Tractatus de dignissimo
eucaristie sacramento

liber mgri Bndicti hesse

425.

N. Inv. 425.

CCVI
7

Mgri Bndicti hesse de Crac profess

948

Decisio Questionis de Venerabili Eucharistie Sacramento facta
~~per Magistrum Benedictum Hesse~~. per Joanne de Ragusio
Ordinis Predicatorum in Concilio
Basiliensi; et alia opuscula.

Reverendissimi Reverendique patres
Illustrissime princeps Regum et prin-
cipum, universitatum atque commu-
nitatum ambasiatores Oratoresque

Egregii utriusque iuris domini, pie et humane doctores eximii atque magistri
Comites Barones Nobiles Civesque insignes, et ceteri in Christo huius omnes
patres domini et fratres dilectissimi cum huius sacre congregationis. dinorumque rev-
tam intesus. Post valde utilem et pernecessariam exhortationem reverendi
in Christo patris et domini mei singularissimi, domini Cisterciensis cuius exhor-
tationis verba, utinam tali fide talique devotione, caritatis affectu fuisset
a cunctis auditoribus accepta, quibus ab eodem prelata sunt. Responsionem
pro modulo mee parvitatis, et ut spiritus sancti gratia suggesserit, ad articulum
de communione sacratissime eukaristie sub utraque specie, per ambasi-
atores et Oratores inclyti Regni Bohemie propositum, facturus,
video me necessitate compellente in presenti actu quatuor debere peragere
primo quidem oportunitatis et necessitatis excusationem premittere. 2o divinum auxi-
lium implorare. 3o necessitatis et consuetudinis protestationem annectere. 4to vero Racione
romane ecclesie consuetudinem in communione unius speciei quo ad populum laycalem
finaliter stabilire et roborare. Primo et adversa quantum si potest et
vires vite debiles pro misera compulsare. Primum igitur prosequendo triplici
me intueor obrui difficultate. Prima est obiecte materie altitudo, 2a est
astantis huius gloriosissimi ac celeberrimi et sacratissimi cetus ingenii pro-
funditas et summe atque incredibilis et pene divine sapientie magnitudo,
3a est propria ingenii vehemens insufficientia et inextricabiles tenebre
et profecto inexplicabilis altitudo. Ita sic alta et profunda invenio de-
quo ad presens verbis totam gloriosissimis conspectibus sum prolocuturus materiam, ut pro-
fecto ad eam explicandam nedum me insufficientem intuear, verum etiam to-
taliter inhabilem et ineptum. Si enim apostolus paulus divinorum contemplator et
reserator archanorum immense divine providentie irreserabili atque in-
attingibili, et inscrutabili profunditati totaliter fuit exclamator dicens
O altitudo divitiarum sapientie et scientie dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius
et investigabiles vie eius. Quid ego miser homuncio dicere potero
de hoc ineffabili sacramento quod inter mirabilia opera domini egregius propheta
david enumerat ita dicens. Memoriam fecit mirabilium suorum misericors
et miserator dominus escam dedit timentibus se. Si enim apostolus divine
sapientie infinitate oppressus cogebatur exclamare. O altitudo divitiarum

sapie et sue dei. Ego vero in consideratione huius dignissimi sacri veluti ma-
nibus et pedibus triplici quod difficile rumpitur ligatus funiculo, nequeo me ex-
plicare. Nam in hoc siquidem dignissimo cunctis sacro, diuina omnipotencia ostenditur, summa
sapientia explicatur, et immensa diuine bonitatis benignitas declaratur. Et quidem

diuina vero ostenditur circa hoc sacramentum

diuina omnipotencia ostenditur, cum diuino verbo ad elementum accedente, hec terrena
materies remanentibus accidentibus in Christi substanciam subito et in instanti conuertitur,
dum ipsa panis et vini accidentia preter hunc ordinem absque subiecto relinquuntur,
dumque eis modus existendi sine subiecto tribuitur, ita ut omnia possint agere et pati
sicut si eisdem adesset propria substancia. Dum non mutans locum, nec celum dese-
rens, Christus totus verus et integer sub hoc incipit esse sacro, ut non solum
totus sub toto, sed totus sub qualibet parte. Et quantumvis species diuidantur,
frangantur, dentibus masticentur, siue in pluribus locis aut ubique terrarum multi-
plicentur, ipse tamen Christus totus et integer sub qualibet diuisionis particula perseue-
rat. Idemque in celo et in omnibus locis in quibus hoc sacramentum celebratur
aut existit non multiplicatus manet. Idem perinde qui ex virgine natus,
qui in mundo conuersatus, qui in ultima cena seipsum discipulis corporis [?] sacrum
instituendo tradidit, qui in cruce pependit, qui mortem pro nobis pertulit,
lanceam militis sustinuit, in sepulcro iacuit, tercia die de sepulcro
gloriosus resurrexit, in celum ascendit, apostolis spiritum sanctum misit, sedetque
ad dexteram patris. Ipse inquam idem unus et totus atque integer est et
apud patrem in celo, et nobiscum in altari, et ubicumque hoc diuinum myste-
rium celebratur, et sicut non alius et alius hic et illic, sed hic et ibi
et omnia unum verum et immaculatum sacrificium. Hec et innumera alia
que continentur in hoc sacro mirabilia fiunt omnipotenti dei virtute. Cum
enim sacerdos illa Christi verba pronunciat Hoc est enim corpus meum, et
hic est sanguis meus, panis et vinum in carnem et in sanguinem conuertuntur
illa verbi virtute qua verbum caro factum est et habitauit in nobis, qua
dixit et facta sunt, mandauit et creata sunt, qua feminam mutauit in
statuam salis, et virgam Moysi in colubrum conuertit. Itaque si verbum Helie
potuit ignem de celo ponere, verbum Christi non poterit panem in carnem mutare.
Quis hoc audet opinari de illo cum nullum verbum est impossibile, per quem
omnia facta sunt et sine quo factum est nichil. Certe maius est creare
quod non est quam mutare quod est, ac longe maius quod est de nichilo
procreare quam quod est in aliud transmutare. Illud autem nemo dubitat et
hoc quis dubitabit absit. Omnino incomparabiliter maius est quod deus
ita factus est homo quod non desijt esse deus quam quod panis ita sit caro quod non
desinit esse panis quod non annichilatur sed in corpus Christi conuertitur. Illud
per incarnacionem semel factum est, istud per consecracionem iugiter factum est.
Unde Ambrosius in libro de sacramentis. Et habetur de con dist ij c. Reuera
Cognouisti potiora, potior est lux quam umbra, veritas quam figura

corpus creatoris quam manna de celo. Forte dicis: aliud video, quomodo tu mihi asseris quod
Christi corpus accipiam? Et hoc nobis adhuc superest ut probemus, quod hoc non esse quod
natura formavit, sed benedictio consecravit. Maioremque vim benedictionis esse
quam nature, quia benedictione etiam ipsa mutatur natura. Virgam tenebat Moyses,
proiecit eam et facta est serpens. Rursus apprehendit caudam serpentis et in
virge naturam convertitur. Vides ergo prophetica gratia bis mutatam esse naturam serpentis
et virge. Currebant Egypti flumina puro meatu aquarum, subito de fontium
venis sanguis cepit erumpere, non erat potus in fluviis. Rursus ad prophete
preces cruor cessavit fluminum, aquarum natura remeavit. Circumclusus undique
erat populus Hebreorum, hinc Egyptiis vallatus, inde mari conclusus. Virgam
levavit Moyses, separavit se aqua et in murorum speciem congelavit, atque
inter undas via pedestris apparuit. Iordanis retrorsum conversus contra naturam
fontis in sui generis exordium. Nonne claret naturam vel maritimorum fluctuum vel
fluvialis cursus esse mutatam? Sitiebat populus patrum, tetigit Moyses
petram et aqua de petra fluxit. Numquid non preter naturam operata est
gratia ut aquam vomeret petra quam non habebat per naturam? Marath flu-
vius amarissimus erat, ut populus sitiens bibere non posset. Misit Moy-
ses lignum in aquam et amaritudinem suam aquarum natura deposuit, quam
infusa subito gratia temperavit. Sub Helisco propheta uni ex filiis prophetarum
excussum est ferrum de securi et statim mersum est. Rogavit Elyzeum
qui amiserat ferrum, misitque Elizeus lignum in aquam et ferrum na-
tavit. Utique et hoc preter naturam factum cognovimus. Gravior enim est species
ferri quam aquarum liquor. Advertimus igitur maiorem esse gratiam quam naturam,
et adhuc tamen prophetice benedictionis miram gratiam. Quod si tantum valuit
humana benedictio ut naturam converteret, quid dicimus de ipsa consecratione divina,
ubi verba ipsa domini salvatoris operantur? Nam sacramentum illud quod acci-
pis Christi sermone conficitur. Quod si tantum valuit sermo Helie ut ignem de ce-
lo deponeret, non valebit Christi sermo ut species mutet elementorum? De to-
tius mundi operibus legisti: quia ipse dixit et facta sunt, ipse mandavit et
creata sunt. Sermo igitur qui potuit ex nihilo facere quod erat, non
potest ea que sunt in id mutare quod non erat? Non enim minus est dare quam
mutare novas naturas rebus. Sed cur argumentis utimur? Suis utamur
exemplis, Incarnationisque astruamus mysterii veritatem. Numquid
nature usus precessit, cum Ihesus dominus ex Maria nasceretur? Si ordinem
querimus, viro mixta femina generare consueverat. Liquet igitur quod
preter nature ordinem virgo generavit, et hoc quod conficimus corpus est ex virgine.
Quid hic queris nature ordinem in Christi corpore, cum preter naturam sit ipse
dominus Ihesus partus ex virgine? Vera utique caro Christi que crucifixa est,
que sepulta est. Vere ergo illius carnis sacramentum est. Ipse clamat dominus
Ihesus: Hoc est corpus meum. Ante benedictionem verborum celestium alia species
nominatur, post consecrationem corpus significatur. Ipse dicit sanguinem suum

ante consecratõz aliud dicit^r post ɋsecratõz aut sanguis xpi nuncupatur
Tu dicis amē, h^c ē, verū est qd os loq^r, mete interna fateat^r, quod s̄mo
sonat affectꝰ sentiat. hec ambro. ¶ Bed. d^a. Certus sū omino q deus
hec videlz et maiora pt, at nō sū certus q velit aliquo^s. ¶ Audiuit g^o
q xpus panē cū accepisset benedixit et dixit, h^c est corpꝰ meū, vita
eni h^c dixit, quod g^o panis fuerat cū accepat, corpꝰ suū erat cū dedit,
panis itaqz mutatꝰ erat in corpꝰ ipīꝰ, et similit' vinū in sanguīez.
Nō eni vt hereticꝰ sapit, sed desipit. Ita dz intelligi quod dns ait h^c
est corpꝰ meū idē, h^c sig^{fi}ficat corpꝰ meū, sicut vt ait aplus petra

Excluditur opinio erronea negans [illegible]

erat xpus .i. petra sig^{fi}ficabat xpm̄, h^c eni postq dixisset de agno pa-
scali qui de asimo pane, ita agnus pascalis absqz dubio sig^{fi}abat
corpꝰ domini, sed panis asimꝰ corpus s̄macrū. Sicut aut Johannes
baptista q dixit. Ecce agnus dei, per aduictu determinauit q tollit pcca
mūdi, sic et xpus quod dixit, h^c est corpꝰ meū per aduictū d'minat
quod pro vobis tradet^r. ¶ Sic g^o corpꝰ xpi veratir tradebat^r, ita vē
demirabat^r, nō in figa que iam cessauerat, sed in vitate que ia aduenat.
hec innoce^s. ¶ Bene igi^r dns fecit oipus memoriaz fecit mirabilium
suoꝝ et taliū adeque nullius creatr^e potencia valet nedū actu aut
ope, sed nec cogitatu attinge^r, vt mito ratōe huiꝰ ineffabilis potentie
dicat^r ei illud quod hester xiij c^o. ¶ Domine deus rex oips in dicōne
tua cuncta sūt posita et nō ē qui possit resiste^r tue voluntati si de-
creuis saluare isrl. Tu fecisti celū et traz, et quicquid celi ambitu
ɋtinet^r, dns omi es, n^c est q resistit magnificencie tue. Desi dicit vt
magr dnz Albertꝰ in tractatu suo de officio misse. ¶ Talem rede pro
nre cibū et pignꝰ impossi^{le} est quia^r ifirmitati sparare, sed tibi dne
rex oips nichil ē impo^e qz in dicōne tua cuncta sunt posita, qz tu
vbo simplici tibi doctrina fecisti celū et trā et oia q^e in eis sunt co
tenta, et eadē vbo creaturas in id quod uis transmittas qz dns v
niuersoꝝ ipse tu es, cui magnificencie cuncta obediut et nichil resistit. Et
h^c est qd dici^r sapie xv. Subest tibi cū volueris posse. qz oīnius fidei
in arti^l sunt di oipotencie innitit^r. In sacro tn̄ altaris in q^o ɋsistit funda-
mentū fidei et tociꝰ eccie ɋmunio maxime innitit^r oipotēcie. Et h^c ē
q in signo huiꝰ sacri dixit ad saram angelus Gen xvj^o vbi simil pro-
missio fcnīs fca est et confectio cibi angloꝝ de tribꝰ satīne satis que
mag^a sunt et nō nisi ab oipotencia dei fi poterat. Nō deo cunctipoti
erit difficile qi dicat nō, facile eni est deo creaturas mutare ut transsbare
quas fecit et de cibis nobis ɋsuetis h^c ē pane et vino corporis sui et
sanguinis nobis dulcē cenā sparare. ¶ hinc ē etiā q luce p^o Angelus dixit
cū de ɋceptōne et ɋceptōne dni corporis et sanguinis ager^r. Nō erit impos-
sibile apud deum omne vbū et psuadens virgini h^c vnde fi posset dixit. Virtus altissimi
obumbrabit tibi. ¶ Quod exponens Origen dicit virtute altissi esse
vtuositez potēciaz pris que vmbrā et ymaginē sui ipīꝰ pferit in maria virgīe

Summa sapia ondit

de creatā vetustatis corrupte novū hominē scdm deū creatū per-
ficeret et sic nō ad ymaginē sed ipam ymaginē ficeret per unionem
in quo perfecta resultaret potentia potencia patris. hec alb. Summa etiam
diuina sapia in hoc dimissime cū re sacro discernitur, qui iuxta hominis natalez
conditorum. sicut angelorum cibum in eis sensibilibus rebus contemperauit et
ut sic per corporalia et sensibilia discerent homines in celestium et diuinarum
rerum cognitionem deuenire. Item neque possibile est aliter nobis lucere diuinum ra-
dium nisi varietate sacrorum velamine anagogice circumvelatum. ut dicit
aut dionisius 1° ce celestis ierarchie. Quemadmodum enim infirmi o-
culi solem nube tectum libere conspiciunt, et chorusum lumine eius intueri
nō possunt. sic diuinum radium lipientibus mentis oculis lucere impossibile est,
nisi varietate sacrorum velamine circumvelatum est, spiritum prudenter paterna co-
naliter et ipse que sui nobis sunt. Hugo de sancto victore ibidem in glo
hy innocens de officio misse ita dicit. Sapia dei que se per visibilia
manifestat volens euidenter ondere ex ipa cibus est animarum, carne assump-
tam proposuit in edulium. ut per cibum humanitatis ad gustum
sue diuinitatis. de quo dicit ps. Gustate et videte quoniam suauis est
dominus. Totum ergo se xpus pro nobis exhibet in cibum. ut diuinitate
nos reficiat quem corporaliter ore comedimus. ut ita de visi-
bilibus ad inuisibilia. de temporalibus ad eterna. de terrenis ad celestia
de humanis ad diuina nos transferret. Ego sum inquit panis viuus
qui de celo descendi. Ecce cibus diuinitatis. Et panis quem ego dedero
caro mea est. ecce cibus humanitatis. Panis ergo angelorum factus est
cibus hominum scdm illud propheticum panem angelorum manducauit homo. Quatenus
qui scdm animam cibum diuinitatis accipit etiam scdm carnem cibum humanitatis sumeret.
Enim sicut homo anima rationalis et caro unus homo, ita deus et homo unus est xpus.
Et ex per gustum homo mortem meruit. per gustum quoque vitam accipit
quatenus unde mors oriebatur, inde vita resurgeret. Dictum est quippe
de illo. quacumque die comederis morte morieris. Dicitur autem de isto
Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in eternum. Cibus ille mortis
pependit in ligno scientie boni et mali. Cibus iste vitalis pependit in ligno
vite quod est in medio paradisi. Illud fuit lignum inobediencie ad quod
homo motus extendit manum ut fieret sicut deus iuxta illud quod serpens
illi promiserat. Eritis sicut dii scientes bonum et malum. Istud est lignum
obediencie in quo deus manus extendit ut fieret homo iuxta quod dicit apostolus Ex-
inaniuit se formam serui accipiens in similitudinem hominum factus et habitu
inuentus ut homo. factus obediens usque ad mortem. mortem autem crucis.
Item albertus magnus in libro de officio misse. De sapientia autem huius cibi
contemporatione dicitur ad ro. xi°. O altitudo diuiciarum sapientie et scientie dei. Qui
Enim dignè inuestigare valeat qualiter ex antiquo corpus in
corporatum sit innouatum innouatum et qualiter noua anima viuificatum

qualiter utriusque nature divinitati sit sotiata et in unam personam unita et assumpta
qualiter in carne infirmitates carnis portavit / qualiter in cruce mortuus sit
et qualiter in corpus et sanguinem principalia elementa esulenti et potulenti
huiusmodi mutavit / et sic se hominibus in cibum prebuit / Hec enim vie sapientie sunt
dei nobis abscondite / Unde prius tractatu dicit Salomon hec esse sibi absco-
dita inquiens / Tria sunt difficilia mihi / et quartum penitus ignoro / viam
aquile in celo / viam colubri super petram / viam navis in medio mari
et viam viri in adolescentia sua / Hec quidem quatuor iste doctor pertractans
deducens ad difficultates que in hoc sacramento continentur precipue ibidem que
Quomodo tres persone in unitate substantie / et tres substantie in unitate persone — in presenti tamen breviter obmittuntur / In quibus valde pulcrum est considerare / qualiter
celestis altitudo consilii disposuit / ut sicut tres sunt persone in unitate
divine substantie / scilicet pater verbum et spiritus sanctus / Ita tres essent substantie in unitate persone
scilicet divinitas corpus et anima / Et sicut christus secundum naturam divinam tribus modis
existit in omnibus / per essentiam / presentiam / et potentiam / in solis iustis per
gratiam et gloriam / in homine assumpto per unionem / Sic voluit ut idem ipse secundum
naturam humanam tribus modis in rebus existeret / scilicet localiter in celo / per-
sonaliter in verbo / sacramentaliter in altari / Sicut enim secundum divinitatem totus
essentialiter est in omnibus / Ita secundum humanitatem totus sacramentaliter est in omnibus locis in
quibus conficitur et celebratur / Similiter in hoc excellenti venerabili sacramento / Imme-
Immensa bonitas dei — nsa divine bonitatis benignitas / erga nos miseros et pauperes copio-
sissime declaratur / Ut enim suam ad usus nos caritatem ostenderet
et nostram erga se caritatem attenderet / qui dedit se nobis in pretium ipse
tribuit se pro nobis in cibum / ut per pretium redimeret nos a morte
per cibum aleret nos ad vitam / Unde qui manducat me et ipse vivet propter
me / Quid unquam amplius potuit pro nobis efficere / pretium se dedit
pro nobis in morte / et cibum se nobis tribuit ad vitam ut morte nostram
sua morte perimeret / et vitam nostram sua vita nutriret / Panis iste si di-
gne comeditur impinguat / et calix iste si digne bibitur inebriat / non
corpus sed cor / non ventrem sed mentem / Unde psalmista / Poculum tuum inebrians
quam preclarum est / per hoc ergo sacramenti virtutem universe virtutes augentur
et omnium gratiarum fructus exuberat / Ibi enim in hoc sacramento sumitur totus
et integer qui est fons et origo totius virtutis et gratie / Quapropter an-
Hoc sacramentum eukaristie vocatur scilicet nomine — tonomasice respectu omnium aliorum sacramentorum / Eukaristia dicitur grece
quod latine interpretatur bona gratia / Cuius interpretationis possunt cause et rationes
assignari / Prima est / quia non est nisi gratia et non nisi gratia esse potest
Secunda quia non datur nisi a gratissimo / Tertia quia non nisi gratissimis ad-
ministratur / Quarta quia gratiam operatur / Quinta quia est gratia super gratiam / et
Sexta quia est omnis gratie continentia / Item cum in omnibus sacramentis aliis
gratiam eius per partes participamus / in hoc sacramento totum quod videmus
quod tangimus / quod gustamus est gratie / Unde Zacharie quarto / dicit
de hoc sacramento / Exequabis gratiam gratie eius / et exequivid in ultimis

sacris et virtutibus sparsim in ceteris colligitur totum simul hic in una gra-
inuenitur / Unde significatur per Gomor quod est mensura manne que
vnicuique sufficiebat Exo xvi Mensa sufficiens homini ad salutem no-
n est nisi ea que graciam perfectam in qua totus christus continetur / Hec est vena
aurea continens manna Ad hebre ix° que infra sancta sanctorum celatur que
ad unumquemque sufficit capacitate / Longum esset singulas bonitatis
gracias et perfecciones huius sacramenti enumerare et immensam divine bonitatis benignitatem
extollere propria / Et potius mens et lingua primo et dies et tempora
deficerent quam materia / Iterum ut dicit Innocencius / Per Eukaristie sacramentum christus — Utilitas sacre eukaristie sunt
eripuit nos a potestate peccati liberat a voluntate peccandi / Ita eukaristia si
digne sumitur a malo liberat et confirmat in bono / venialia delet et ca-
vet mortalia / Unde tu frequenter in oracione dominica / panem nostrum idest
supersubstancialem da nobis hodie statim adiungis / Et dimitte nobis debita
nostra / et ne nos inducas in temptacionem / sed libera nos a malo / Quia
per panem istum celestem liberamur a malis preteritis presentibus et futuris / Ide-
dat ergo nobis hoc sacramentum salutis Ut quia nos cottidie peccamus / et ipse
iam mori non potest per hoc sacramentum quod in memoriam sui accipimus / remissionem
peccatorum cottidie prosequimur Hec Innocencius / Iterum et alibi ex multis
sub compendio prosequimur proferamus / Primo hoc sacramentum digne sumptum
in nobis remissionem peccatorum operatur / Deinde vitam gracie tribuit / et ne
a gracia deficiamus nutrit / augetque ad profectum gracie / unionem nostri ad
deum operatur / sumentes in christum transformat / Preter hos adhuc effectus /
famem pariter sanat / inebriat sitientes / tenues impinguat . con-
firmat debiles / letificat merentes . ignit affectum / illuminat intellec-
mitigat temptaciones / affectum mortalium reprimit / firmat virtutes / a futuris
preservat peccatis . penam minuit / subuenit viuis / proficit defunctis -
spiritum suum nutrit / terret demones / corporis hostes eciam visibiles adiu-
vat et tandem ad vitam eternam perducit / Nullum igitur est isto sacramento
salubrius quo peccata fugantur virtutes augentur et mens copia spiritualium
carismatum habundancia impinguatur / Verum plura hic pro exercitio
et exercitacione mentis mee de innumeris huius ineffabilis et stupendi sa-
cramenti quam breuiter curo perstringere / In quibus et omnipotencie dei summam
sapienciam et inenarrabilem erga nos divine dignacionis et benignitatis
bonitatem sedulo et grato animo contemplemur / Et quamuis parum sit quod — quod cognicio superiorum delectabilior quam in
a nobis aut exprimi aut intelligi possit / Est enim super omnem sensum
et omnem intelligenciam / eo tamen modicum eciam quantumcumque sit debet esse
magis amatum et desideratum a nobis omni cognicione quam habemus
de rebus inferioribus / Sicut enim et Aristoteles ait in xi de animalibus / quod
quamuis parum sit quod de substanciis superioribus percipimus / tamen illud modi-
cum est magis amatum et desideratum omni cognicione quam de rebus infe-
rioribus habemus / Et in i° de celo et mundo dicit / ep iud de corporibus

De inmortacione angelis divini

celestibus questiones prius solui parua et tepida solucione contigit audi-
tori ut vehemens sit gaudium eius. Et in 2° eth. Cum sermo iudaus tunc
preciuit homini tenendas diuinas cognitiones persuadet. et humanis rebus in-
terminum applicandum oporte. Ingens. Humana sapere homines et mortalia
comm dicit, quod homo debet se ad inmortalia et diuina trahere quantum potest. quod utique
et nos deo adiuuante admuente in presenti altissima materia quantum potuimus
fatiemus. Tali tamen a nobis sacrorum eloquiorum predefinita lege ut non
inpersuasibilibus aut incredibilibus humane sapiencie verbis spem ponamus
sed in demonstracione a spiritu mote theologiorum virtutis secundum quam i
affabilibus et ignotis. inaffabiliter et ignote coniungimur. secundum meliorem
nostre racionalis et intellectualis virtutis et operacionis unionem. ut diuinus
theologus dionisius p° ca° de diuinis nominibus scribit. Et circa hec diuina
misteria tractanda ut idem dionisius ait. Temperancia et sanitate co-
stricti sanitate quidem diuinis fruimur inhendo. ab omni nos errore imm-
nes deo duce obseruauimus. Temperancia vero dum ad diuina perscrutanda
misteria non magis nos ingerimus quam nobis de celo datum fuit et
ostensum. Verum quia ut vox attestatur apostoli non sumus sufficientes non
solum aliquid agere aut operari, sed nec cogitare quidem ex nobis, sed
omnis sufficiencia nostra ex deo est qui eciam omnia opera nostra in nobis operatur,
ideo secundo loco ut verbis utar platonis agamus et deliberemus apta
vocata ut mos est prius de diuinitate. Etenim ut idem ait in primo
thimei. Omnibus mos est et est queda religio quod vel de maximis
vel de minimis rebus sunt actum aliquid primi ad auxilium diuinitate. Et
ut dicit sacer theologus dionisius tercio ca° de diuinis nominibus, ante
omnia ab oracione incipere est utile, sicut nos ipsos tradentes deo et unientes
hoc sunt enim sumne intenciones dei quere cum agimur a mortalibus ut
inquit trismegistus mercurius in libro de deo deorum. Igitur ut ea dicantur
a nobis que deo placent. veritatem declarat, mentes nostras illuminat,
cognoscit gradum, caritatem accendat, pariter unitate et pace. Primum
cum eodem diuinissimo theologo parisiorum antistite ariopagita videlicet
dionisio p° ca° celestis ierarchie. Ihesum patrem luminis inuocemus
quod est quod verum lumen quod illuminat omnem hominem venientem in hunc
mundum per quem ad principale lumine patris accessum habemus. Etenim ut
ait idem diuinissimus theologus. Sicut omnis a patre motu manifestacionis
luminum processio in nos optime et large proueniunt. Sic iterum viuifica virtus
que est spiritus ihesus restituens nos replet et ad patris unitate et dei-
fica simplicitate conuertit. Sicut enim diuinum verbum per paulum apostolum
testatur ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia. Origo enim fontium ut
inquit bernardus et flumen omnium est mare. virtutum et sciarum est dominus ihesus
christus in quo sunt omnes thezauri sciencie et sapiencie dei absconditi. continencia
carnis, cordis industria. mentis rectitudo. casta consilia. iusta in-
dicia. sancta desideria. ex ipso manant. Si quis viget ingenio si quis
intet eloquio si quis moribus placet. Inde fuere. Inde sapiencie primo

quia gratia et veritas per ihesum christum facta est, de cuius plenitudine omnes nos accepimus
gratiam pro gratia Joh. 1o. Igitur in meis precordijs fundamentis caritatis humilitatis
te xpe ihesu huic cepto que omni decore sicut omnium qui consensus mar-
ac tre regimen esse voluit, certissima salus pie, Invoco, ut meus hic
presens sermo nunc licet instans oro, ut hic tractatus atque piu etiam
fidelium devote flagitantibus tua xpe virtute fructus pariat salutares
Ut prius hic noster actus oportunum sortiatur initium, progressum ordinatum
accipiat atque fine competenti et debito terminetur effectu sincero et vere
unionis Amen.

Sed iam attendo tamen in utique summe necessarium et valde proficuum scilicet ad — causa protestacionis
consuetas debitas et laudabiles protestaciones quibus puro et sin-
cero corde inherendo puto et spero me ab omni erroris periculo liberari
maxime cum per huiusmodi protestaciones precipue que est mater erroris omnis et origo
presumptio evitetur, et omnium virtutum fundatrix stabiliatur humilitas, cum sic
presto est illuminator et illustrator cordium spiritus sanctus qui nisi super — laudabiles protestaciones
humiles et mansuetos requiescit, doctus homines ad salutem necessariam veritatem

Protestor igitur imprimis quod in presenti actu et in quotcumque alio per me
deo concedente fiendo imposterum, non intendo, sicut nec umquam intendi
aliquid dicere asserere, dogmatizare, aut pertinaciter defendere quod sit contra
fidem katholicam, sacram scripturam sane intellectam, determinationem sacrosancte
katholice et apostolice ac Romane ecclesie, quod sit contra omnes interpretes sanctorum
doctorum ab ecclesia approbatorum, aut contra bonos mores, seu quod
sit quomodolibet piarum aurium offensivum. Et si ex ignorancia que in
me magna est et inadvertencia aut ex lapsu lingue aliquid me
contra predicta dicere aut scribere contingerit quod deus sua pietate dignetur
avertere, ex nunc prout extunc, et extunc prout ex nunc et annullo et habeo
pro non dicto, subiciens me et dicta mea atque scripta correctioni atque
emendationi ecclesie sancte dei, et specialiter huic sacrosancte generali Basiliensi syno-
do in spiritu sancto legittime congregate et plenam ecclesiam representanti et omnium
aliorum ad quos huiusmodi errantes et deviantes pertinet ad viam veritatis reducere.
Et hanc protestationem adhereo proprium et adherere intendo quamdiu vitam
duxero in humanis. Et utinam similem protestationem quo ad sui glabs
eius pretes fecisset domini qui pro regno Bohemie posuerunt, ex
et seipsos et nos et universam christianitatem a multis laboribus angustijs
ac perturbacionibus satis faciliter potuisset et posset liberare, se
determinationi katholice ecclesie Romane submittentes, quod quidem ymmo
et nunc et ipsis et nobis deus sua inmensa pietate dignetur concedere
Amen. Protestor insuper toto et puro corde et sincera in-
tencione, quod in presenti actu et tota collacione qua facturus sum coram
hoc sacro Concilio Basiliensi publice cum dictis dominis Ambasiatoribus
et Oratoribus Regni Bohemie, nichil etiam privati intendo dicere
aut facere, nutu vel signo, quodcumque et qualitercumque animo vel
intencione iniuriandi, Sed intendo verbis terminis quibuscumque in preiudicium

aut quouismodo in confusionem ipsorum vigentibus . semper tamen manente ve-
ritate illibata / quam ecclesia katholica et Romana profitetur / in quorum defensione
si aliquid me dicere contigit . quod forte possit esse contra naturam displicere . ex
inadvertencia vel ex lapsu lingue . Illud extunc habeo pro non dicto
et rogo eosdem dominos ut non capiant ad animum . offerens me usque ad
condignam satisfaccionem in omnibus . vel integre retractare . vnius capituli in
ipsorum saluo conductu inserti / sub tali verborum forma / Iste liber
erit illis sic et nobis salua pace et bona honestate coram dicto Con-
cilio si placuit obicere aut accusare quoscumque status exorbitantes de
fectus sibi inuicem / quos senserit / modeste exponendo / velut eciam ad
metem Christi per regulam reducere qua dixit / In qua mensura mensi fueritis
eadem remecietur vobis / Confiteor insuper et protestor cum beato Augustino
in libro de vtilitate credendi circa principium Certum rogaui deum et rogo
et spero ita fore . si michi non vanum nominis appetitione ac inguiatoria
ostentacione accessi / Sic eciam et idem inquit doctor Deus cui
nota sunt archana consciencie mee . nichil me in hoc sermone malicio-
se agere . sed ut estimo accipiendum esse veri probandi causa . cum vni
regi viuere iam diu statuimus et incredibili sollicitudine / Non igitur
de bonis nominis appetitu . aut rancorum . aut malicie . vel odij
in priori actu a vobis prestantissimi patres habeat suspectum . nisi
forsan clarior incastigati vultus . aut verba rigida hec depingant
Sed rogo prestantissimi domini mei si hec euenerit . recolite . quid
de corde profiteor . et date signis veniam / Et si forsan interdum
me contingat aliquid durius loqui . et a solita exorbitare mansue-
tudine Indulgete fragilitati dicentis et audacie fideli / Non enim pos-
sum omnes alloqui pari corde / Nec tamen si in me contigant aliqui
defectus debent contumelia reputari ab auditoribus / Sicut idem gloriosissimus
doctor Augustinus declarat in consimili casu in Epistola ad Proculeianum
Dixit epistolas audiui inquit de incoritate fratris nostri finxisse conquestum
ut nescio contumeliose quid tibi respondit . ut queso tenere illam co-
tumeliam deputes . quam certum michi est . non de superbo eius processisse
se . noui enim fratrem meum / Sed si quid in disputando pro fide
sua et pro caritate ecclesie dixit . forte feruencius quam tua grauitas
vellet audire . Non illa contumelia sed fiducia nominanda est /
Proinde per viscera misericordie dei nostri / quotquot hic assistetis / rogo et
obsecro quatenus ingenium veritatis prouisorum . quatuor articulorum propo-
sitorum studeatis imitari atque suauiare / ut doctor egregius Augustinus
in primo libro de Trinitate de se ipso ait / Non pigebit me inquit
sicubi querere . non pudebit me sicubi errodiscere / Quisquis ergo
hec audit vel legit . vbi pariter certus est pergat mecum . vbi pariter hesitat
querat mecum / vbi errorem suum cognoscit redeat ad me . vbi meum reuocet

Excusacio de vana gloria

Excusacio de contumelijs

me ista ingrediamur simul caritatis via tendentes addenim de quo
dictum est Quere faciem eius semper

Domini mei ac coram reuerendissimis prelatibus viris tu omni auctoritate
sapientia preditis consydero me tam alta et grandia tractaturum dum
coram acutissimis ingenijs illustrissimis et omnium litterarum peritissimis in-
vestigande veritatis diuino amore flagrantissimis me presencio lecturum
profecto timor et tremor me taliter obruunt ut pene silencio opprimi cogar
quam verbis. Hec enim reuerendissimi patres, nam si quibusdam etiam constantissimis
dicturis in conspectu ipsius sudor erumpit, non aliter quam fatigatis et estuantibus
solet contingere. Quibusdam tremunt genua dicturis, quorundam dentes
colliduntur, lingwa titubat, labia concurrunt. Ut Seneca ait xj epistola
ad lucillum. Quid mirum si et michi in loquendi non in conspectu vulgi
aut rudis populi, sed in presencia gloriosissimi senatus, totiusque orbis christi-
ani preclara in contingerit et contingat. Inter hec quoque rubores
sao esse Inquit idem philosophus. Cum gravissimis quoque viris subitus
effunditur, magis quidem quod et in iuuenibus apparet, quibus et plus
caloris est et tenera frons. Nichilominus et veteranos et senes
tangit, quidam nunquam magis quam erubuerint timendi sunt, quasi
omnem verecundiam effuderint, sed illa tunc erat velocissimus
tu sane eius sanguis inuaserat. Nichil erat mollius ore
Pompei, nunquam non coram pluribus erubuit. Utique in contencio-
nibus. Fabianum cum in senatum esset testis inductus erubu-
isse memini, et hic illum mire pudor decuit. Non accidit ab in-
firmitate mentis sed a nouitate rei que inexercitatos etiam
si non concutit mouet in hac naturali in hac facultate corporis
potius. Ita ut quidam boni sanguinis sunt, ut quidam incitati
et nobilis et cito in os prodeuntis. Et sequitur. Hec ut dixi
nulla sapientia ambigit. Pupius enim dixit postquam verecundia cog-
dam adolescentis descripserat. Ruber hic illum quem suspicor
etiam cum se confirmauit et omnibus vicijs exuerit sapientem quoque
sequitur. Nulla enim sapientia naturalia corporis aut animi vicia ponit.
Quidquid infixum et ingenitum est leuiter arte non vincitur. Aliquin
habet certe naturam sub imperio. Si omnia erudiret vicia quecunque adlibuit
condicio nascendi et corporis temperamentum, cum multum se diucius
animus composuerit habebunt nichil horum vitari potest. Et infra
hec sapientia permittit nichil proficit, sui iuris sunt, iniussa ve-
niunt, iniussa discedunt. Hec Seneca in eadem epistola. Quid
ergo, si nunquam preditis defectibus ne impedirer quod ut
vero fateor in primordijs defectibus dicendi in primordijs
nunquam arte quecumque abeunte etate mea cepi me valui
Nichilominus attenta altitudine rerum et huius altissimi cetus

Rubus timor et verecundia sit loquentibus coram prepositis edoctis de altis rebus

Quod vicia naturalia difficulter et vix vincit ... sapientia

cause insufficiencie sue assignat

ineffabili sapia meatqz insufficien̄ atqz inexperien̄ · tarditate inge-
nij · ebetudine sensuum · labilitate memorie · difficultate iudicij · indiscre-
tione racionis · intellectus imbecillitate · q se hʒ ad ea que sunt manifestis-
sima in na̅ sic vespertilionis oculus ad lucē diei / vt phus dicit in
pu° scdi sue sme p° phie / Honestior in fuga esse q tantillus in
conspectu tantoz ac talium psuma apparere. Studes sequens mas
vt gliosissimus doctor nr Jo. aut. Ingenia pua no sufferunt /
et in ipo conatu vltra vires ausa succubunt. Quanto maius fuerit
qd dicend e tanto magis obruunt q magnitudine rez vbis wlt ex-
plicare. Sed et si wlgari stilo et pedestris more nos in puti dicere
tractatu oportet / ista inclito nuq conventu sacratissimo meo
profito prolocuturus erubesco / Quibus no nisi difficilia intellectu
alta misterijs et inscrutabilia placent sac'tr. Nemine naqz
vt nobilissimi oratoz testat' sūma excelsi ingenij virtus similia
delectant et pua. Habet enim hec optimus ipse gnoscit aig qpadar-
dua gesta et honesta et magnaz rez spes in se vocat et at-
tollit atqz ignee flame qpatur que surges in rectum / iacere atqz
deprimi pt no magis qm extinguere. Vos porro gliosissimi pres
vos q omi terreno caretis negotio vos q celesti habundatis oro-
lectione quottidiana refecti oratione assidua saginati quoz sic adipe
et pinguedine replet' aia supnoz secretoz dulcedine. Vos inqz
labijs exultationis debetis aias esurientium reficere sitientes po-
tare et ex superhabundanti spus vri sagina tardum aviditate
impinguare / q eiusdem panis vbo quo vivunt angeli dulci
et ineffabili suavitate cstis repleti. Hec quidem sunt gliosissimi
pres que me silere iubet · loqui no pmittunt / et imposita ori
custodia taciturnitate exhortantur. Et revera si mea res ess-
set et no fidei et eccie katholice in defensioni etiam vsqz ad sa-
guinis effusione spalr in superiori gradus integralis licet inmeri-
tus et indignus iuramento me astrinxi · longe aliter pmitterez
Et licet naturalis affectus quo ex affinitate lingwe Inclito regno Bo-
hemie tota cordis affectione et caritate afficior / me ab hec certamine
qmplurimum retrahat. Tamen ex quo vtriusqz phie ome pit et sua-
det nāz duobus existentibus amicis vt dicit Arist. Sanctū e pre-
honorare veritatē / Sic enim et ipse erat solitus dicere / Amicus plato sed
magis amica veritas · quod pubium etiā ab ipo suo preceptore acceperat /
q et ipse solitus erat dicere Amicus Socrates / sed magis amica veritas
Et in Evangelio dicit ipsa suma veritas Qui no odit prem et matrem
pt me non e me dignus et multo magis · Qui no odit prius
lingwam et gentem quod quidem odiu no excludat veritatē. Ex quo
et ipi pt et mr sepe pter pncipue que fidei e veritatē odio habentur
Dicit etiā et 3° Esdre 4° ca° Ois tra veritatē invocat / celū etiam

Quia sapientibus placet audire

Quibus licet loqui de altissimis et profundis

p vitas spēr aia
h' cipiact in pte
3 nacio

ypaui benedicit et oia opa monet' et tremunt eu et no est tu ea quedz
inicqui Et infra no est aput ea recipe psona neqz dtus sed qe iusta
st' fuit oibus et oms benignat' in opibz eius ¶ Et hec quo ad pmu tu
sz quo ad excusatos mitatas et oportuas dta sut tu oi simulte et man=
suetudine ¶ Hys itaqz huiuslit presuppositis Venio ad qrtu et ad pri=
cipale ntu atqz pntis intentu vz ad responsionem articuli de comm=
mone dimissime cuk' sub vtraqz spe protinus rei executive pponit'
questio sub tali verborum forma

Utrum comunio dimissime eukaristie sub spe vtraqz sz panis et
vini sit multu vtilis et saluti expediens toti credencium pplo ne=
cessariaqz et a dno precepta saluatore ¶ Omissis argumentis pro
et con gra breuitatis In det'minacone huius questionis sic procedam
Quia pmo ppo net' quedam nota ad intelligentiam dicendarum per
modu suppositionum quarundam ¶ Secundo ponet' conclusiones ad questione ppo=
sitam ¶ Tercio respondebo ad obiecta adversariorum et oppositum tenencium ¶
Quantum ad pmu ponet' 6 suppos quedam gnales fundates omem
maz fide et ecclaz katholicaz concernentes ¶ quedam vo spales et ppe ad
ppositaz questionaz et maz ptinentes ¶ Pro execucione prime ptis pma
Sciendum est et notandum qp sicut in scijs nalibz optet fieri reductioz
ad principia que per priora pbari no pnt sed sunt indemonstrabilia et pse
nota quorum stat cognitis t'minis cognoscitur veritas et per ipsa omni aliorum
que traduntur in scientia cuius sunt principia veritas innotescit ¶ Kuiusmodi in
mathe'ci sunt ¶ Omne totum est maius sua parte ¶ Et si ab equalibus equ=
lia demas ea que remanent sunt equalia et cete tales ppos ¶ Et in methaphisica
de quolz est esse vel no esse etc ¶ Ita in doctrina et scientia fidei que
supernaturalis est sunt quedam principia indemonstrabilia et pse nota in lume fi=
dei que per alia no pbantur sed omnia alia que in doctrina theologie
traduntur hunt noticiam et manifestationem per ipsa ¶ Ita sic principia indemonstra=
bilia et pse nota sunt plura et tamen omnia necesse est reduci ad primum principium
vniversalissimum et primum atqz commune omnium quod est dignitas omnium dignitatum
sicut est illud de quolz esse vel no esse ex cuius veritate et cognitione
omnium aliorum noticia dependet et veritas vz per Arestotelem 4to methaphisice
Ita cum plures sint articuli fidei tamen est unus inter eos qui est
ianua et principium omnium aliorum qui est simpliciter pse notus quo ad nos
et nullo variabilis in aliquid aliud quod sit notius quo ad nos in lu=
mine fidei quod pbari et manifestari a priori quomodo possit in vita
presenti ¶ Et hoc est credere sanctam katholicam et apostolicam ecclesiam regi et guber=
nari a spiritu sancto nec eam posse ullomodo errare in hiis que fidei sunt
et necessaria ad salutem ¶ Et tangitur in simbolo cum dicitur Credo in spiritum
sanctum sanctam ecclesiam katholicam ¶ Quia per ipsum spiritum sanctum sz sic Ecclesia
katholica sancta est et gubernatur ac dirigitur per eundem qui nec falli nec
falli potest ¶ Quod autem predictus articulus sit inter omnes alios primus in quo

Tusio ad p^m artic
sz de cõione sub
vtraqz spe

Ijus articulus de c
tio cuhac sit p
om aliorum decla

p^m pu in theo

dcā mē scōz doctz
et alioz ad ppositū

omnes alij resoluūt. Manifestū est, q si que dubitacio circa alios articulos
contigit stari ad sacram scripturam veluti ad certissimam et immobilem
regulam quam recurrit, et testimonium veritatis eius. Sublatis dubijs
veritas elucescit. In tali autem recursu ad sacram scripturam adhuc duplex
dubium remanet, quia cum sacra scriptura non procedat ex racionibus
et ligaturis intellectus quemadmodum in scienciis naturalibus et precipue mathe-
maticis procedit, oportet q modus suus procedendi sit ex auctoritate, quia
vt dicit Boecius argumentacio fit duobus modis vel ex racione vel
ex auctoritate, et licet in scienciis humanis locus ab auctoritate sit debilissimus nisi pro
quanto fundatur in racione, In sacra tamen diuina locus ab auctoritate qui non in
humana racione fundatur sed in diuina reuelacione est firmissimus. Que autem
scripture sunt diuina reuelacione tradite vt earum auctoritati assenciatur, vel
que sciri non posset nisi aliquo approbante de cuius testimonio dubitari
non posset, Quod vtique de nullo particulari homine dici potest, quia quilibet
talis potest errare. Oportet ergo firmitatem scripturarum in approbacionem resolui
ecclesie, secundum quod gloriosissimus fatetur Augustinus qui in pluribus locis ait, Non cre-
derem euangelio nisi me ecclesie auctoritas commoueret, quod et si ipsa er-
rare posset, vtique nichil firmi in sciencia diuina remaneret. Deinde cum
sacra scriptura in plerisque locis sit ad intelligendum difficilis in dis-
soluendis igitur dubijs circa fidem emergentibus sepe inter doctores
accidit varietas et multiplicitas opinionum et inextricabilis quedam
difficultas. In hac ergo difficultate scripturarum et varietate opinionum
necesse est habere recursum ad aliquam metam et mensuram per quam applicacione
principij a se lo discernitur. quod vtique non potest esse in quauis, alius quam ipsa
ecclesia katholica sancta, quam presupponamus errare non posse. Ita sicut in
scienciis philosophicis contra negantem principia et precipue communissimum non est amplius
disputandum ad probandum ipsum a priori, quia non est aliquid prius per quod
possit probari, cum ponatur simpliciter primum, vt patet per commentatorem quarto methaphisice. Ita
in doctrina fidei contra negantem articulos fidei et sacre scripture veritatem
et precipue ecclesiam regi a spiritu sancto et ideo non errare, quod est simpliciter
primum in doctrina fidei, non est amplius disputandum a priori, cum
non sit aliquid prius in quod possit resolui vt dictum est. Iterum licet non sit
disputandum a priori contra negantem principia ad ipsa probandum vt dictum
est tamen capitur eorum experiencia per sensum. Et eciam si ad vsum
concedit aliquid eorum que in hac materia non sunt, a posteriori et
ex consequenti potest ostendere defensor principiorum eorum veritatem deducendo
ipsum ad magis aliquid, aut soluendo raciones si quas contra veritatem
eorum adducit. Si autem nichil concedat, tunc nec disputandum nec
loquendum est cum ipso, vt patet per commentatorem quarto methaphisice,
prout eciam per se manifestum est. Sic et in doctrina fidei a posteriori
quidem manifestari potest et declarari quo ad nos in hac fide ipsa
principia aliquomodo, vt per exempla et alia, et contra negantem aduer-

Ecclesia contra negantes
articulos fidei que sunt
principia theologie quomodo sit disputandum

sariu(m) si aliquis negaret resurrectionem mortuorum et concederet resur-
rectionem xpi / per resurrectionem xpi posset katholicus ut ex resurrectione ca-
pitis arguere resurrectionem mortuorum membrorum / Sic apostolus ad Co-
rinthios facit Epistola prima capitulo xv° / Si autem nil eorum que fidei sunt concedat
ut paganus / tunc cum ipso de negatione fidei nil agendum est / quia talis
longe erit a vera philosophia Ut Dionisius ait In decimus noi lib(ro) / Poterunt
tamen fideles per exempla · manuductiones et persuasiones aliquas movere
animos infidelium ad credendum non esse impossibilia · nec divine potencie ·
sapiencie · maiestati · et bonitati inconveniencia · ea que fides predicat et
affirmat · atque rationes naturales et philosophia humana superatas · si quas in opposita
et in contrarium fidei mundi sapientes adducunt solvere et anullare / tunc
non possunt esse deuitaciones sed celestium persuasiones / quia infallibili-
tati impossibile est deviare in contrarium esse verum / Quia ergo in doctrina fidei
universalissimum principium est et primum / Ecclesiam katholicam credere regi a spiritu sancto
dirigi et gubernari / ac per hoc non posse errare in hiis que necessaria sunt ad
salutem ut dictum est / Et quia ipso et per ipsum omnium hereticorum nequicia eliditur
Ideo licet non a priori · a posteriori tamen ad ipsum declarandum et manifestandum
summopere insistendum est / Verum quia huiusmodi declaracio atque manifestacio
predicti universalissimi principii et aliorum in hoc tractatu dicendorum pri-
ncipaliter et maxime sumenda est ex auctoritate sacre scripture que superficietenus
in cortice ~~littere~~ intellecta superbis hominibus et elatis · materiam prestat
maximorum errorum / sicut patet luculenter intuenti antiquas hereses et modernas /
que in defensione sui erroris · pluribus auctoritatibus sacre scripture male
intellectis se muniunt et defendunt / Ideo ut manifestius et elucius
pateat veritas katholice fidei / quam in presenti · deo auctore et directore
defendere suscepimus · et omnium heresum falsitas et malicia · quedam
generalia censuimus premittenda / quibus in intellectu sacrarum
scripturarum velut quibusdam regulis atque limitibus dirigantur / In primis
igitur tamquam fundamentum firmissimum stabiliatur · quod omnis scriptura
veteris et novi testamenti contenta in volumine biblie sit edita ab aucto-
ribus suis spiritu sancto inspiratis / Et de veteri quidem testamento habetur
2 petri primo capitulo / Ubi ait / Non enim a voluntate humana allata est aliquando
prophetia / sed a spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines / In noue
prophetie tamen in nobiliori parte includens ceteras partes scripturarum /
De scripturis vero novi testamenti habetur Mathei capitulo 10 ubi xpus misit
apostolos / et dans eis auctoritatem predicandi et evangelizandi dixit eis
nolite cogitare quid aut quomodo loquimini / dabitur enim vobis in illa
hora quid loquimini / Non enim vos estis qui loquimini / sed spiritus patris
vestri qui loquitur in vobis / Constat autem apostolos conscripsisse et evan-
gelistas novi testamenti / Et de apostolo paulo notum est / quia non ab homine

Suppo(sitio) I

neque per homines sed per revelationem ihesu xpi ut ipse testatur ad Galathas primo
capitulo. Ex quibus sequitur quod principalis actor sacre scripture est spiritus sanctus qui
est deus. homines vero per quos edite et conscripte sunt fuerunt quasi instrumenta et
calami eiusdem spiritus sancti. Unde propheta lingwa mea calamus scribe te
Scriba eius doctissimus in lege ut ait Iohannes est spiritus sanctus.

Secunda suppositio est. Tanta certitudo veritatis sacre scripture
est ut nichil in eis assertive positum aut expressum sit
mendosum et falsum. patet ex premissis quia actor ipsarum spiritus sanctus cum sit prima
et summa veritas nec fallere nec falli potest aut mentiri. Et patet per illud quod dicitur Mathei v°
Amen quippe dico vobis donec transeat celum et terra iota unum aut
unus apex non preteribit a lege donec omnia fiant. Et Luce xvi° capitulo
facilius est celum et terram preterire quam de lege unum apicem cadere. Quibus verbis
ostenditur infallibilem certitudinem. Ita eveniat prout lege cautum est et
expressum. Iuxta sensum quem intendit spiritus sanctus. Ad hanc veritatem regulam
confirmandam sunt quodammodo infiniti textus scripture tam veteris
quam novi testamenti quos adducere longum esset et tediosum. Quam regulam
et Augustinus hijs verbis confirmat in libro de videndo deum. Sufficit ullo modo
potest ut hec sacrarum litterarum auctoritas ex aliqua parte sui mentiatur. Hec est
enim omnium katholicorum firma et inconcussa sententia. Et oppositum
dicere est totius fidei nostre diruere fundamentum. Quapropter tota
sacra scriptura considerari debet quasi esset una propositio copulata. ad cuius veritatem
exigitur utrasque propositiones et partes esse veras continentes singulas partes et
una affirmans elucidans et exponens per alteram. Alioquin si aliqua
propositio sacre scripture posita assertive per actorem suum quod est spiritus sanctus esset
falsa. tota scriptura sacra sicut dicit Augustinus vacillaret auctoritas.

Tercia suppositio est. Sacra scriptura data a deo hominibus divine
bonitatis fuit congruum et humane saluti necessarium. Patet quia cum
bonum de ratione sua sit communicativum et deus sit non solum quodammodo
sed et ante et summe ac per omne bonum utique congruum est et
fuit ut se communicet omnibus liberalissime creaturis. secundum uniuscuiusque
exigentiam. A quo ut Plato ait. Porro invidia omnis longe rele-
gata est. neque enim divinum invidum esse convenit. Ut Aristoteles ponit
in primo methaphisice contra poetas. Qui maxime in generatione sapientie deum
invidere hominibus asserebant. Unde et Symonides. Solus quidem
deus hunc habet honorem inquit. Unde dignum est querere que secundum
se est sapientia. Sed pro parvo bonum ut idem Aristoteles ait. Multa mentiuntur
poete. Cum igitur verbis creata homo scilicet capax sit per intellectum et
voluntatem eterne felicitatis. quia ad hoc ipsum idem deus et dominus produxit
et creavit propter bonitatem suam. dicente Augustino in libro de doctrina christiana
et allegatur a Magistro sententiarum libro 2° distinctione prima. Quia bonus est
deus sumus. et inquantum boni sumus. Unde si queratur ad quid
tanta sit rationalis creatura. Respondetur ad laudandum deum et ad fruendum eo

de certitudine veritatis sacre scripture

Quod dare conveniat sacram scripturam ad salutem humanam est necessarium

ad fruendum eo in quibus psistit ipa. uo deus. Deus enim pfectus et summa
bonitate plenus. nec augeri pt nec minui. Sz aut ronabilis catura scilicet ea ad do
referendum est ad creatoris bonitatem et ad creature utilitatem. Et inde ibidem Magister
dicit. fecit deus creaturam ronalem que summum bonum intelligendo amaret. amando
possideret et possidendo frueretur. verum quia hec fruitio non competit homini. secundum naturam
sua. licet insit ei capacitas ad eam obtinendam et habendam a natura per graciam dei
sua. sic ipsi homini ad pdictam fruitionem que cophensionem
sdo ipa diuina bonitas sic ordinat. secundum illud ysaie. quod oculus non vidit deus absque
racionis humane excedit ordinat. Ita eciam sua liberalissima communicatione
te que pparasti diligentibus te. Ita eciam sua liberalissima communicatione
sciam et doctrinam sacrarum scripturarum omnem humanum intellectum excedentem capita
reuelauit per quam ad huc finem dirigeretur. Oportet enim precognitum esse
finem hominibus qui suas actiones et intenciones debet ordinare in
finem. et hec est valde homini vtile et necessarium. Vnde apostolus ij ad thimotheum 3o
Omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum. ad arguendum
ad corrigendum et erudiendum ad iusticiam.

Quarta suppositio est. sacra scriptura in vno eodemque sermone habet
plures sensus scilicet litteralem et spiritualem. patet per Gregorium 3o libro moralium
vbi dicit. Sacra scriptura omnes sciencias ipso suo more locucionis transcendit. quod
in vno eodemque sermone dum narrat gestum pdit misterium. Quod
ita declarat autor sacre scripture
deus est. prima parte q. i articulo xo. Ita declarat autor sacre scripture
deus est. in cuius potestate est non solum quod voces ad significandum accomodet quod
eciam homo facere potest. sed eciam res ipsas. Et ideo cum in omnibus scienciis voces
significent. hoc habet ppria ista sciencia quod ipse res significate per voces eciam
significent aliquid. Illa ergo prima significacio qua voces significant res
ptinet ad primum sensum qui sensus est historicus vel litteralis sensus. Illa autem significacio
qua res significate per voces iterum res alias significant. dicitur sensus
spiritualis. propter quod sensus spiritualis sit super litteram fundatur et eum supponit.
Sicut enim dicit apostolus lex
hic autem sensus spiritualis triplicem dividitur. Et ipsa noua lex vt dionisius dicit
vetus figura est noue legis. Et ipsa noua lex vt dionisius dicit
in ecclesiastica yerarchia est figura future glorie. In noua eciam lege ea que
in capite gesta sunt. signa sunt eorum que nos agere debemus. Secundum ergo quod
ea que sunt veteris legis significant ea que sunt noue legis est sensus
allegoricus. Secundum vero quod ea que in xpo sunt facta vel in hijs que
xpum significant sunt signa eorum que nos agere debemus est sensus moralis
et dicitur tropologicus. prout vero significant ea que sunt in eterna gloria
est sensus anagogicus. sicut exempliciter posset declarari in illo versu
psalmiste. lauda ierusalem dominum.

Quinta suppositio. Sensus litteralis sacrarum scripturarum principalis est
ille. non quidem litteram pretendit. sed quem autor earum scilicet spiritus
sanctus intendit. patet exempliciter in sensu parabolico siue figuratiuo qui
sub litterali sensu continetur. ita in hijs locucionibus parabolicis per
voces significatur aliquid pprie et aliquid figuratiue. Hec est litteralis sensus

cuius sit sensus litteralis.

ipa figa sed id quod est figatum Sic cum tum scripta noiat dei brachium non
est sensus litteralis quod in deo sit membrum huiusmodi corporale quia spiritus est ut dicitur
Johannis 4to sed id quod per membrum significatur scilicet spiritus opera activa Ex quo patet
quod sensui litterali sacre scripture nunquam potest subesse falsum ut dicit sanctus Tho
mas ubi supra

Sexta suppositio omnis fides christiana necessaria ad salutem tam credenda quam a
genda fundatur in sensu litterali et ex ipso solo argumentatio sumitur
ad probandum ea que fidei sunt vel necessaria ad salutem Et non ex hiis que
secundum allegoriam vel aliud sensum spiritualem dicuntur Ut Augustinus in epistola ait contra
Vincentium donatistam Et nichil sub spirituali sensu continetur fidei necessarium
quod scriptura sacra per litteralem sensum alicubi manifeste non tradat ut dicit
sanctus Thomas loco preallegato

Septima suppositio Sacra scriptura in sensu litterali sane et bene intellecta est
infallibilis fidei regula et sufficientissima Prima pars suppositionis huius ex
superioribus manifesta est Sed secunda pars patet quia cum intellectum ita ea que
fidei sunt contingat errare utique inherere necesse est esse regulam aliquam per
cuius deviationem vel conformitatem percipit se intellectus errare vel non errare
alioquin in dubio semper remaneret et semper fluctuaret Et cum fides sit circa ea que
humanam intelligentiam et rationem excedunt secundum illud apostoli ad hebreos xi fides
est substantia rerum sperandarum argumentum non apparentium Et secundum Ambrosium Tolle arta ubi fi
des queritur Et secundum Gregorium fides non habet meritum ubi humana ratio prebet ex
perimentum patet nullam humanarum scientiarum esse regulam fidei Relinquitur ergo quod cuiuscumque regula
fidei sit sacra scriptura Hec regula est Johannis 20o capitulo ubi ait Hec autem scripta sunt
ut credatis quod Jhesus est filius dei et ut credentes vitam habeatis in nomine eius
2 petri 1o capitulo Et firmiorem habemus propheticum sermonem cui benefacitis atten
dentes quasi lucerne lucenti in caliginoso loco donec dies elucescat et
lucifer oriatur in cordibus vestris Et apostolus ad Romanos xv Quecumque scripta sunt
ad nostram doctrinam scripta sunt ut per patientiam et consolationem scripturarum spem habeamus
Et patet quod predicte auctoritates sunt sacre scripture et non de aliis scriptis humanitus adinventis Tertia pars patet etiam quia si sacra scriptura
non esset sufficiens fidei regula sequeretur quod spiritus sanctus insufficienter tradidisset eam
qui est auctor eius quod de deo cuius omnia opera sunt perfecta nullo modo est sentiendum
Preterea si sacra scriptura in aliquibus que sunt necessaria ad salutem deficeret tunc licite
et meritorie ea que deficerent possent aliunde superaddi quod si aliquis licite
superflua diminui sed hoc prohibitum a Johanne apostolo ultimo ubi sic ait
Si quis apposuerit ad hec apponat deus super eum plagas scriptas que sunt in
isto libro et si quis diminuerit de verbis prophetie libri huius auferat deus
partem eius de libro vite et de civitate sancta et de hiis que sunt scripta in libro isto
Ex quibus verbis Johannis evangeliste clare audiuntur in sacra scriptura nichil diminute neque
superflue contineri quod utique congruit auctori eius qui est spiritus sanctus ut deum
esse eius omnipotentie congruit ut nichil diminute sapientie ut nichil superflue et
bonitati et ordine congruo nichil provideat necessarium saluti Ymago prologi 3o

Sermo dei ignitus clipeus est sperantibus in se ne addas quicquam verbis
ipsius et ne arguaris inveniaris que mendax. Et loquitur de divina sapientia. Sed
pro declaratione ampliori huius regule pro ista parte sciendum est quod sufficiencia
aliquis doctrine notandum inter duplex. Uno modo implicite. Alio modo explicite. Et est verum
quod in qualibet doctrina et scientia quod nulla umquam fuit doctrina tam sufficienter tradita que
omnes conclusiones in principiis principiis collecte explicite et in propriis terminis fuisset
tradite et expresse. Et sic est in proposito nostro quod quicquid necessarium est ad fidem et ad salutem
quocumque et qualitercumque pertinens quod non in sacra scriptura sufficientissime explicite aut
implicite contineatur. Unde Augustinus. Omnis veritas in scriptura continetur latens aut patens
quemadmodum in aliis scientiis sive speculativis sive moralibus et singule conclusiones
et determinaciones in earum principiis continentur iuxta exigentiam rerum temporum et personarum
atque occasionum veritatem educuntur et explicantur ut notum est cunctis in scola-
sticis disciplinis erudito. Et nequid educto fit per modum illationis
sicut determinationis ut in processu huius operis forstasse clarius elucescit. Quarte
sciendum quod ad aliquam doctrinam addere aliquid potest intelligi quatuor mo-
dis. Primo per modum explicationis. Secundo per modum suppletionis.
3o per modum ampliationis. 4to per modum destructionis contrarii.
Primus modus est necessarius in qualibet scientia et doctrina et specialiter in sacra scriptura non
propter se ipsam que sufficientissima est et clarissima in se sed propter nos. Unde et
declarantibus eam promittit premium vite eterne. Ecclesiastici 24. Qui elucidant me vitam
eternam habebunt. Secundus modus est necessarius scientiis ab auc-
toribus earum dimissis et insufficienter traditis ad ipsarum suppletionem. Cuiusmodi
apud nos sunt scientie philosophie naturalis. Que cum Aristoteles non sufficienter tradidit et
semiplene aut si perfecte tradidit ad nos non pervenit perfecte et complete.
Albertus magnus et alii philosophorum latinorum per multos libros et tractatus
ad complementum ipsius addiderunt. Tercius modus magis est si non fuit ex
necessitate sustinendus est et tollerandus et bonum esse licet non sit necessarium.
Quartus modus potest addi in scientiis duobus modis vel declarative tamquam
oppositum in opposito vel verum ex suo contrario et opposito quod est sicut magis elucet.
-ut sicut iuxta quod Aristoteles potest et communiter dicitur opposita iuxta se posita magis
elucescunt. Scilicet unumquodque in sua natura quod sicut opposito vero eius falsitas ex
comparatione vel manifestior fit et econverso si veritas falsi. Et sic iste modus
ad primum reducitur qui est utilis et laudatur in qualibet doctrina. Vel assertive
pro conclusione tamquam verum et sic cum destruat veritatem doctrine et cor-
rumpat omnino in qualibet doctrina tamquam venenum abiciendus est
et tanto amplius quanto doctrina certior fuit et remotior a contradictione.
Unde cum sacra doctrina sit certissima in veritate ut patet ex secunda parte huius
propter auctorem eius quod errare non potest contrarium eius omnino est reprobandum.
Alioquin sic apponens mereret plagas descriptas supra per Iohannem evangelistam
Et omnino intelligendum sunt auctores scripturarum que prohibent additionem vel subtractionem
ad sacram scripturam unde supra 1o Deuteronomii 4o Non addetis ad verbum quod vobis
loquor nec auferetis ex eo. Glossa ordinaria dicit doctrinam veritatis et omnem

qui modus quarti addi aliquid ad sacram scripturam et ad aciem scientiam

heresim peruertit. vetat enim recte doctrine aliquid preter addere intencionis vel aliquid
veritatis subtrahere. Via enim regia medium est non addere dextram neque ad sini-
stram / quia rectas vias domini et iusti ambulabunt in eis. Vide Nicolaum de lyra
Considerandum hic est quod sic prohibetur additio depravans intellectum legis. non
autem additio declarans aut elucidans quod scribitur Exodi xxiii / xxiv elucidat
mere etc. Et similiter super 10 questiones diu ignorauit etc. dicit eodem fuit / vt heretici qui
corrumpunt scripturas ne eis obuiantur. Et Deuteronomii ne corripias eloquia
sacrarum scripturarum sicut quidam heretici ne eis obuientur fecisse noscuntur. Et Ni-
colaus de lyra ne addas quidquid etc. quod sit eis contrarium / potest tamen et me-
ritorie addi illa que faciunt ad verba dei declaranda Exodi xx. Ni-
chil elucidat etc. Similiter super dicto sancti apostoli vltimis de glo. ordi. / quia quosdam
sciebat in Asia esse qui pro suis erroribus fovendis aliquid adderet
vel diminueret super predicationem. Et Nicolaus de lyra si quis apposuerit et
idem discrepans / sicut fuerunt heretici qui ipse illo addebat discrepantiam a
veritate euangelii / et aliquid diminuebat de eius veritate. dicentes Christum ante
Mariam non fuisse / per hec tamen non excluditur quin possunt aliqua addi licite
que faciunt ad declarationem totius sacre scripture. Et sic fecerunt doctores sancti
Et adhuc modum adduntur. Si quis mandatis Christi dimissis et neglec-
tis alias humanas superaddet traditiones. Sic dicunt doctores super illo
verbo Christi / Ve vobis qui decimatis mentam et anetum / et que ponderosa
sunt legis dimittitis sic iudicia et iudicium Mathei 23. Et alibi increpa-
pat dominus Iudeos dicens. Irritum fecistis mandatum dei propter traditiones vestras
Et per ysaiam prophetam / sine causa colunt me / docentes mandata et
doctrinas hominum docentes et sequentes /

Octaua suppositio. Non est inconueniens sub vno et eodem textu sacre
litere esse plures sensus litterales. Declaratur hic sicut sanctus Thomas vbi supra dicens
quod auctor scripture sacre deus est qui omnia simul suo intellectu comprehendit
Ideo non est inconueniens vt Augustinus dicit 12o Confessionum si etiam sensus
litteralis sensus in vna litera sacre scripture plures sunt sensus / vbi gratia ex-
empli 1 paralipomenon xvii capitulo dicit dominus de Salomone Ego ero illi in patrem et ipse erit
mihi in filium. Et intelligitur de Salomone ad literam inquantum fuit filius dei per ad-
optionem in iuventute / propterea quod Nathan propheta nominat eum amabilem domino / vt
dicitur 2o Regum 12. predicta eadem auctoritas Ego ero illi in patrem inducitur ab
apostolo ad Hebreos 1o tamquam dicta de Christo ad literam / quod patet ex hoc quia apostolus
inducit ad eam probandam quod Christus fuit maior angelis. talis autem
probatio non potest fieri per sensum misticum vt dicit Augustinus contra Vincencium do-
natistam vt supra allegatum est. Predicta igitur auctoritas completa fuit ad literam
in Salomone minus tamen perfecte quia fuit dei filius solum per gratiam / In Christo
autem perfectius ymo perfectissime qui est dei filius per naturam. verba sunt Nicolai de
lyra in prologo Biblie /

Nona suppositio ad recte intelligendum sacram scripturam secundum sensum litteralem
necesse est sepe vt vnus et idem textus ad precedentia vel subsequentia
referatur vel ad alia loca in quibus de eadem materia tractatur. quia per
ipsa quedam exponuntur et quedam supplentur. Vide Augustinum in libro 83 questionum questione 69 Col.

circumstancia scripturarum elimare sermonem quamquam in verbis xpi hec regula deli
gent notanda est quod per ea precedentibus sepe in verba xpi figurative dicta sunt an
non quod ex precedentibus ut ex sequentibus ibidem vel simul ex utrisque vel aliis
non quod ex precedentibus ut ex sequentibus ibidem vel simul ex utrisque vel aliis
locis sacre scripture comprehenditur et apparet intellectus sic et nolumus intelligere que
est verba locutionum figurata sit an non. Ego sum vitis vera. Et hoc est eciam circa
communem locutionem figurata sit an non Ego sum vitis vera Et hoc est eius corpus
meum. Ex hiis que subiungitur apparet intellectus. Ita ad primam statim sub-
iungit ad discipulos et vos palmites per quam subiunctionem manifeste ostenditur
quod cum discipuli non erant palmites naturales sed tamen figurales quod nec ipse vitis
erat eius dixit. Ego sum vitis nisi secundum figuram. Ad secundam vero subdit quod pro vobis
tradetur per quod intelligitur quod ipse verum corpus suum et reale quod traxit
de virgine et in quo pependit in cruce tradidit discipulis in cena. Consimiliter
dictum sepe truncata sentencia per aliud presso
sufficiencius exprimitur scilicet sacri. Similiter sepe truncata sentencia per aliud passu
supplevit. Ita ille textus ait. Qui crediderit et baptizatus fuerit salvus
erit. Si precise intelligatur de fide et de baptismo sine aliis virtutibus
falsum est et truncatum quod predicta non sufficiunt ad salutem sed omnes quod alie virtutes
requirantur et specialiter caritas. Sine qua nec fides nec baptismus proficit ad salutem
ut patet per apostolum. Et sicut facile est videre in multis aliis sacre scripture locis.
Octava regula est ad studium verum sensum sacre scripture. Notandum est summopere
De cum studio et diligencia attendere varium modum curiositatis. Ita in textu
cum studio et diligencia attende varium modum curiositatis. Ita in cas
textu verborum sepe aliqua verba accipiuntur litteraliter et pure commaniter et aliqua
textu verborum sepe aliqua verba accipiuntur alibi et aliter. Ita illud ait. Nichil tu-
leritis in via nisi virgam tantum. Secundum predictam distinctionem ubi hec verba nichil tulitis
in via accipiuntur litteraliter et sequencia nisi virgam tantum accipiuntur aliter. Nove virge
premendi veteri naturam. Item precepit nisi virgam tantum aliter accipitur nove virge
ait xpo. Luce 9° et ait 6. Quod in primis locis ubi expressus locus de missione
apostolorum accipitur virga pro baculo aut rebus minimis humane sustentacioni in tantum
hic vero accipitur misterice pro potestate accipiendi naturam ab auditoribus quam xpc dedit
evangelizantibus. Unde Augustinus in de cons. Ewangelistarum. Solet mirari quare
quod Matheus et Lucas commemoraverunt dixisse dominum discipulis ut nec virgam
ferrent eis dicat ait et preciperet eis ne quidem tollerent nisi virgam tantum
quod ita solvitur. Et sub alia significacione dicam virgam que secundum Marcum
ferenda est. Et sub alia que non est ferenda. Intelligamus
ferenda est. Et sub alia quam ait et Lucas non esse ferendam intelligamus
Patuit enim brevitas sit dicta. Nichil necessariorum vobiscum feratis nisi virgam
tantum ut illud quod dominus est ut virgam intellige nec minimas quidem res quod
vero est adiunctum nisi virga tantum intellige potestas quod per potestatem a domino acceptam
que virge nomine significata est eciam que non portantur non deerunt. Et subdit
ad propositum. Quamvis putat non potuisse dominum in uno sermone quedam
figurative quedam proprie ponere eloquia. Cetera eius inspiciat et videbit quam te-
mere ac inerudite arbitretur. Videlicet multi passus sacre scripture sibi in
effectu contrarii sunt tamen ad contraria lege propriam respiciunt ut patet in predictis locis. Ut ait
et Lucas dicit neque virgam. Et ait nisi virgam tantum. Videlicet ait. Precepit
diligere inimicos. Et Luce 14 precepit odire patrem et matrem uxorem filios fratres et sorores
Item sepe sacra scriptura sub uno contextu cum una persona aliquid loquitur non tamen

ad idem singule partes locutionis referuntur, sed aliqua ad ecclesiam que est corpus Christi misticum, secundum quem modum intelligitur illud Ysa. 61 Induit me vestimento salutis et indumento iusticie circumdedit quasi sponsum decoratum corona, et quasi sponsam ornatam monilibus suis. Quod cum dicitur quasi sponsum, intelligitur de Christo capite, et illud quod subditur et quasi sponsam intelligitur de ipsa ecclesia. Similiter Cant. primo Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt ubera tua vino. Cum enim dicitur osculetur me, desiderium sponse sponsum desiderantis exprimitur. Et subditur quia meliora sunt ubera tua, verbum est sponsi sponsam commendantis. Quia vero misticum corpus ecclesie est quasi sagena modo tracta ad litus continens malos permixtos cum bonis, ideo sepe in sacra scriptura mali commendantur cum bonis quibus sunt permixti, sicut Osee xi° Puer Israel et dilexi eum, et econverso sepe boni vituperantur cum malis, sicut Ysa. primo primo: Cognovit bos possessorem suum et asinus presepe domini sui, Israel autem me non cognovit et populus meus non intellexit. Similiter in eodem contextu aliquid quod pertinet ad bonos ponitur et quod ad malos exprimitur, sicut Cant. primo: Nigra sum sed formosa filie Ierusalem sicut tabernacula Cedar sicut pelles Salomonis. Verba sunt ecclesie que ratione malorum in ipsa contentorum dicit nigra sum, sed ratione bonorum sed formosa subdit. Et quod subdit sicut pro eodem inducitur, sicut tabernacula Cedar. Cedar enim fuit filius Ismael a quo descenderunt Sarraceni, et refertur ad malos. Quod autem dicitur sicut pelles Salomonis refertur ad bonos, per Salomonem enim secundum expositores intelligitur Christus et Hebreos ipse Deus, et ideo pelles eius dicuntur quibus operiebatur tabernaculum in quo Deus colebatur. Quia etiam sacra scriptura in suo modo loquendi transit de specie ad genus sive de parte ad totum et econverso, quod patet Ysa. 13 ubi specialiter loquitur contra Babilonem, primo loquens omnibus Babilonis et deinde transit ad introductionem ubi de toto mundo generaliter per hoc quod subditur a summitate celi dominus et vasa furoris eius ut disperdat omnem terram, postea revertitur ad loquendum contra Babilonem specialiter cum dicit: Ecce ego suscitabo contra vos Medos qui argentum non querunt neque aurum, sed sagittis parvulos interficient et lactentibus utero non miserebuntur et super filios non parcet oculus eorum, quia Darius Medus cum Cyro nepote suo cepit Babiloniam et interfecit Baltasar regem Babilonis, ut patet Danielis v° c°. Quinta etiam dyabolus cum malis constituit corpus malorum, sicut et Christus cum bonis constituit corpus ecclesie misticum, dicente Gregorio: Certe iniquorum omnium caput dyabolus est et huius capitis membra sunt omnes iniqui. Ideo propter connexionem utrorumque aliquando scriptura in eodem contextu loquens de uno transit ad loquendum de altero, sicut habetur Ysa. 14° ubi loquens de rege Babilonis qui erat membrum dyaboli transit ad loquendum de principe demoniorum, cum subditur: Quomodo cecidisti de celo lucifer qui mane oriebaris, corruisti in terram qui vulnerabas gentes. Et similiter habetur Ezech. 28 ubi loquens de principe transit ad loquendum de dyabolo ubi dicitur: Tu signaculum similitudinis plenus sapientia et decore in deliciis paradisi fuisti. Sepe etiam in sacra scriptura contingit difficultas ex parte temporis, quod quidem contingit quadrupliciter, scilicet per synodochen qua ponitur pars pro toto, sicut cum dicitur in evangelio Christum tribus diebus in sepulcro iacuisse, cum in parte et duo dies non fuerunt integri. Alio modo per minimorum temporis obmissionem, que aliquando in sacra scriptura computantur et aliquando obmittuntur, sicut enim aliquando scriptura loquens de aliquo numero annorum in pluribus

locis accidit et varietas quia in uno loco nuncupatur minutie temporis et ita
videtur plures annos in alio vero loco dimittendo dictas minutias paucores vi
dentur 13° contingit ex variatione termini quia computato annorum aliqui incipiunt ab
uno loco a priori termino et in alio a posteriori sicut Gen 17° capitulo dominus fuit abrahe
tuos peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua et subiciet eos
servituti et affliget quadringentis annis Et Exo 12 capitulo De ista eadem peregrinatione annorum
dicitur quod mansio filiorum israel in terra Egypti fuit 430 annorum quia computato tempore
dicitur quod mansio filiorum israel ... fuit triginta et octo annis post
maioris numeri Incipit a nativitate ysaac Quinto vero modo contingit eo quod scriptura sacra loquitur de futuro
egressu Abrahe de terra. Certo vero modo contingit eo quod scriptura sacra loquitur ... Et hec ad denotandum
per modum preteriti. Sic ysaie 9° parvulus natus est nobis Et hec est
certitudinem prophetie cum enim de futuro certa est sic ea pretereuntibus et hec est
propter certitudinem divine prescientie ex qua fit revelatio ipsi prophete Et tamen advertendum
per talis modus loquendi non habet locum nisi in prophetia predestinationis que est quando
aliquod certum contingens revelatur prophete eo modo sicut provisa et preordinata. In prophetia
vel comminationis non habet locum que est quando alicui pena revelatur prophete infligenda
propter aliquem personam peccatum non semper est in divina prescientia sed secundum ordinem causarum
sed secundum aliquem ... sicut et illa prophetia Jone 3° Adhuc
quadraginta dies et Ninive subvertetur. hec enim subversioni meruerat peccata illorum
civitatis. Ninivite quia talis causa mutabilis est. Ideo effectus alius non sequitur sicut
in proposito quia Ninivite egerunt penitentiam et sic deus non inflixit eis penam
pena comminata. Insuper contingit difficultas in scriptura propter variam mutationem
recapitulationis et anticipationis in narratione quia non semper eo ordine
gesta et facta scribuntur quo fiunt. Et ideo quandoque ponuntur per modum dicitur anticipa-
tio quandoque vero fit econtrario dicitur recapitulatio Sic Gen 10 dicitur de filiis Noe Ab istis
divise sunt insule gentium in regionibus suis unusquisque secundum linguam suam. Et
infra eodem capitulo dicitur Erat autem terra labii unius et sermonum eorundem. Ex quo patet
quod illud quod prius dictum est de divisione linguarum dictum est per anticipationem
Et illud quod postea dicitur est per recapitulationem Gen 2° postquam Moyses descripserat creationem celi et terre et dis-
tinctionem et ornatum ... in die dixit Iste sunt generationes celi et terre in
die quo create sunt. Exemplo patet quod predicta dicuntur hic et referuntur per recapi-
tulationem. Hec et multe alie difficultates in intelligendis sacris scripturis
eveniunt propter subtilitatem et ordinationem divinam tum mentis et inspirationis conscrip-
ta sunt. ad quarum difficultatum elucidationem Donatista quidam Ticonius
nomine regulas ... quas Augustinus in de doctrina christiana pro-
sequitur et declarat. Isidorus de summo bono Ricardus de Sancto Victore in prologo biblie
et multi alii doctores quorum in aperiendis predictis difficultatibus vestigia sum secutus.

Undecima conditio propter predicta difficultates in intelligentia sacrarum scripturarum
est ecclesie valde utilis et iusta. tum propter studiosorum exercitium et multa
commoda. Nam si singula paterent et omnes plano sensu caperent accessu ad divina
cognoscenda et capienda mysteria humanum ingenium pigresceret. Et multi
quamvis in necessitatibus virtutis ... labore occupati ab otio marcescunt
aut ad illicita prolaberentur. Nam in studio earundem scripturarum haberent
illud mutuum quod eis promittitur qui elucidat me vitam eternam habebunt

Nec doctores eorundem aureolam singularem reportarent. Tum etiam propter
vitandas irrisiones infidelium, et ne etiam apud fideles eadem divina mysteria
vilescerent. Unde dominus ait Matthei vi: Nolite sanctum dare canibus et margaritas non
sint proiecte inter porcos.

Duodecima suppositio. Tali ac tanta difficultate in intelligentia sacrarum scripturarum ex-
istente necessario ipse scripture requirunt diligentes et fideles expositores qui
sint preediti ingenio, acuitate studio, humiles in intellectu, immunes ab af-
fectato vitio. Ita ex opposito aliquo illorum solet facillime falsus intellectus sacre
scripture suboriri, ut si sit homo hebetis ingenii, vel iners et neglector studii,
vel superbus et arrogans in intellectu, vel denique sit infectus et depravatus ab
affectu alicuius vitii aut passionis, sicut plerosque excecat malicia eorum.
Possent predicta et quodlibet ipsorum tam auctoritatibus quam exemplis et rationibus
multipliciter declarari, que causa brevitatis omitto, sunt enim ex se nota vel inveniuntur.

Terciadecima suppositio. Inter expositores et declaratores sacre scripture summa
cum diligentia facienda est comparatio. Et illi quos constat hec conditiones
positas in precedenti suppositione preferendi sunt non habentibus. Similiter revelatores
habentes non habentibus eas, et dona gratis data possidentes ceteris paribus non possi-
dentibus ea. Magna enim stulticia et fatuitas est homines qui dimissis doctoribus
omni sanctitate et devotione ferventibus, summo ingenio preditis, acuitatis
studio, humilibus in intellectu et omni vitio ac passione spoliatis, qui
etiam in vita et post mortem miraculis claruerunt, in interpretandis et
exponendis sacris scripturis divinas et celestes revelationes habuerunt,
sequerentur homines rudes ingenio, neglectores studii, superbos et ar-
rogantes ac presumptuosos in intellectu, depravatos et infectos omni vitio,
quibus a capienda veritate evangelica aures vetatur. Sed heu impletur
hodie illud quod Apostolus predixit 2a ad Thimotheum 4o: Erit enim tempus
cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacer-
vabunt sibi magistros prurientes auribus, et a veritate quidem auditum
avertent, ad fabulas autem convertentur. Ex quo patet quod antiqui doctores
eiusmodi fuerunt ut Iohannes, Ambrosius, Augustinus, Gregorius et alii qui similiter
in predictis conditionibus claruerunt, preferendi sunt modernis quibus et sanc-
titate et ingenii acuitate et ceteris conditionibus prevalent, maxime pectus defectus-
... Ac proinde convincuntur et deprehenduntur eorundem arrogantia
modernorum usurpantium sibi illud de Psalmo: Super omnes docentes me
intellexi. Et item: Super senes intellexi. Et item: Super inimicos meos
prudentem me fecisti. Sed ut ibi additur quod subiungitur: quia testi-
monia tua exquisivi, quia lex tua meditatio mea est. Sequitur ultimus quod
interpretationes quas non commendat famosa veterum traditio, neque expositorum a-
tum exponentium vite sanctitas nec miraculorum attestatio, neque novo-
rum ... nec plus certe etiam approbata auctoritas, patet quod hoc est se exponere
periculo salutis, cum ignorantia legis dei neminem excuset. Et ideo
omnino cautum et securum est in exponendo et allegando sacram scripturam

Innitimur sacre

Juncti sententiis sanctorum antiquorum doctorum ecclesie de quorum cogitationibus
et contrariis in precedenti dicebatur quo cum quis fuerit magis certior utitur eo maiori
auctoritatis eius verba esse videntur
Quartadecima suppositio Sicut sacre scripture recipiunt interpretationes et expositiones
in suis verbis originalibus sic etiam doctores exponentes eam sepe recipiunt
interpretationes et expositiones dictorum suorum Et comparanda sunt dicta doctorum et
etiam unius et eiusdem doctoris adinvicem Et si aliqua contrarietas in dictis eorundem
videatur reducenda est quantum possibile est ad concordiam Et si omnino repugnaret tunc ac-
cipiendus est ille doctor cuius sententia propinquior est et veritati et secundum quem
intendit auctor scripturarum qui est spiritus sanctus vel eam quam ecclesie auctoritas corrobo-
rat Similiter si dicta unius et eiusdem doctorum dissona et contraria videantur
ea accipienda est potius quia doctor ex intentione prosequitur et que magis approximare
videatur veritati aut sensum litterae quem exponit Ubi si Augustinus in aliquo
loco dicet quemadmodum baptismum utrumque sperat esse de necessitate salutis et alibi
videatur veritati aut sensum literae
dicet vel obscuraret opinionem tunc laborandum esset ut dictus doctor ad con-
cordiam reducatur vel ea potius esset amplectenda quam ex intentione prosequitur
prout facit in expositione capituli sexti Johannis ubi totum illud capitulum
ex intentione prosequens exponit et declarat de manducatione spirituali ut
clarius declarabitur in sequentibus
Quintadecima suppositio Contra scripturam patitur in lectoribus superbis
et presumptuosis permittente deo ex errent et perverse agant incidantque
in varias hereses et errores et hoc multiplici ratione neque enim corpus deus
et optimus hereses permitteret sic et alia mala nisi etiam ex ipsis posset et vellet
meliora bona elicere ut Augustinus dicit in Enchiridion diligentibus inquit apostolus
deum omnia cooperantur in bonum ad Romanos 8 Nam ex ipsis fideles probantur
electi corroborantur innocentes maiore gloriam
doctores amplius illuminantur multi enim tempore persecutionis se pu-
tabant esse bonos et firmos in fide exemplo Petri Luce 22 qui paratum se dixit
tu Christo in morte et in carcerem ire Cum tamen ipse persecutionis a dubitat
aut a fide relabitur Et ideo inquit apostolus prima ad Corinthios 2o Oportet hereses esse
ut qui probati sunt manifesti fiant in vobis ubi glossa dicit Non vult apostolus
nec optat ut hereses sint sed quia sic futurum esse predicit Et quod hoc utile
est Et ideo adquod sit utile declarans subdit Et non tantum reprobi qui dicunt
Ego sum Pauli sed etiam qui probati sunt in nobis id est inter nos sunt illi qui
dicunt ego sum Christi manifesti fiant hominibus Tunc etiam videtur quod sunt lolium
seu zizania in agro ecclesie utiles etiam sunt quia tunc doctores plures ele-
cto lumine Unde glossa et est Augustinus ubi prius Multa que ad fidem katho-
licam pertinent dum hereticorum callida inquietudine exagitantur ut adversus eos
defendi possint et considerantur diligentius et intelliguntur clarius et pre-
dicantur instantius Ideoque divina providentia hereticos multos esse permittit
ut cum insultant nobis interrogant nos que nescimus et pungunt ut excu-
tiamus pigritiam et divinas scripturas nosse cupiamus Utiles sunt hereses
quia per eas electi purgantur Unde glossa ubi prius Omnes inimici ecclesie vel
eiusdem cecitate vel malitia depravati sunt quia si accipiunt potestatem corpora-

affligendi, excecant eis paciam. Si vero male senciendo adversantur, excecat eis
sapienciam ab adversitatis eius mota, quod discendi extitit occasio. Postremo viri-
les sunt heretici, quibus tamen videtur, quod divina iusticia humanas presumpciones puni-
vit, eius quandam theoricam tamen de suo ingenio presumentes, ut totam veritatem rerum
naturam se reputent suo intellectu posse metiri, ut dicit sanctus Thomas primo contra
gentiles, estimantes id solum esse verum quod eis videtur, et esse falsum quod non
videtur eis. Exempli gracia: Si quis crederet intra celum vel ambitum lune esse
omnia, nichil haberet credere non esse, quemque intra ipsum non inveniret. Et quia ipsi
tanto amore amplectuntur opiniones suas et sectas, ut de contrariis eciam nec
cogitare velint, tantoque odio aversi sunt, ut contraria errorum suorum nullatenus
videre respicere aut audire velint. In quibus verificatur illud proverbiorum 18: Non
recipit stultus verba prudencie, nisi ea que dixerit que versantur in corde suo.
Cuiusmodi ergo singularis presumpcio venit puniendo, quia ut dicit Apostolus ad Romanos primo
de romanis et sapientibus paganorum: Cum cognovissent deum, non sicut deum
glorificaverunt aut gratias egerunt, sed evanuerunt in cogitacionibus suis
et obscuratum est insipiens cor eorum; dicentes enim se esse sapientes, stulti
facti sunt. Ubi glossa: Obscuratum est cor et racio more superbie obum-
brate, ita ut sit insipiens, idem paulatim usque ad insipienciam cor eorum de-
ductum est, nebula enim errorum contexit cor eorum. Unde Leo papa ait: Nimis
iniquus est qui in ipsa sapere et sapientibus doctoribus non credere, sed in
hanc insipienciam cadunt, quicumque ad cognoscendum veritatem aliquo impediuntur
obstaculo, non autem ad propheticas voces, nec ad evangelicas auctoritates, sed ad se
metipsos recurrunt. Et ideo magistri errorum existunt, quia veritatis discipuli non fuerunt.

Ultima suppositio proposita ad vicem faciens propositum. Scriptura sacra
in sui recepcione et exposicione auctentica atque intellectu eiusdem pla-
no et vero, necnon et singulorum doctorum katholicorum exposicio intellectus sive
sentencia ad fidem katholicam pertinens finaliter resolvitur in auctoritatem receptam et
approbacionem universalis ecclesie, tamquam in primum et universalissimum doctrine
et sancte fidei principium. Ad quod probandum ex eisdem inducitur fundatum
auctoritatibus et veritatibus eiusdem sacre scripture, procedendo in quantum divina gracia
et spiritu sancto dirigente, qui est in secula seculorum benedictus. Amen.

Quantum vero ad suppositiones speciales et propositas principales questionis divi-
nissime eukaristie convenientes: Primo supponitur tamquam articulus
fidei, quod in sacramento divinissime eukaristie sit verum corpus Christi et
sanguis eiusdem, licet nec sensu nec racione possit deprehendi. Hanc
suppositionem doctor sanctus Tercia parte summe questione lxxv articulo primo explici-
tacione declarat, propterea sunt ex perfeccione nove legis respectu veteris, quia
sacrificia veteris legis illud verum sacrificium passionis Christi solum in
figura continebat, secundum illud ad Hebreos 10: Umbram habens lex futurorum
bonorum, non ipsam ymaginem. Et ideo oportuit ut aliquid plus haberet
sacrificium nove legis a Christo institutum, ut scilicet ipsum Christum passum non
solum in significacione vel figura, sed eciam in rei veritate contineret. Et hac
racione perfeccionis nove legis et sacramentorum eiusdem, necesse est dicere
quod hoc sacramentum eukaristie ipsum Christum contineat realiter. Unde Dyonisius dicit
tercio capitulo ecclesiastice ierarchie: Et est perfectissimum omnium sacramentorum aliorum

in quibus v'tus xpi participatur / Scda sunt ex pfectione caritatis et amicie
qua ipse dns ihus xpus eccle sue sancte coniungit² / ex q̄ puenit² / vt sic
pro salute nra / corpus veru nre ne assumpsit / et in eodem pro nobis
passus e / ita etia cu eode corpe nobiscu et cu eccla maneat inetnu
Na vt dicit phus in Ethicis / maxime ppu est amicicie coniuē amicis
Et q2 in ppa spe p statu mortale3 no erat conueniens vt manet nobiscu
inetnu cu etia3 vt resurrne sua futura3 nra3 resurreccioz astrueret
Nec etia p statu glie congruebat cu sit altius condicionis incoparabiliter
distans a nra / nam nobis et optimu fuerat / et congruu sue inmense
bonitati / caritati / et amicie / vt saltem sub aliena spe / in ppa tn corpali
puncia sic et inetnu manet cu eccla / vt sic per v'itatem corpis
et sanguinis sui / nos sibi in hoc sacro coniugeret Vnde et ipse dns d't
Joh' 6 Qui manducat mea carne / et bibit meu sangne in
me manet / et ego in eo / Vn hoc sacrm est signu maxime cari
xpi ad nos / et nre spei ad xpm sublenato / ex tam familiari co=
municatone ipius ad nos Tercia vo sunt ex pfectione fidei Que sic
e de dinitate xpi / ita et etia de eius huanitate p illud Johannis 14
Creditis in deu et in me credite / Et q2 fides est invisibilium / Ideo sic
xpus dus erat in hoc seclo dinitate sua exhibebat discipulis humanitate
velata velata invisibil' / Ita et in hoc sacro carne sua sic et dinitate
alienis spebus velata modo exhibet invisibili / predicta v'itas pz et
v'bis xpi q̄ ait hoc est corpus meu quod pro vobis tradet² / manifestu
e aut q xpus veru corpus suu reale et nale pro nobis tradidit
in cce et in morte / ergo illud ide quod sic tradidit dedit discipulis
Ite ide pz per aplm paulu i ad Cor
qui dixit / hoc est corpus meu
xi° Qui manducat et bibit indigne / iudiciu sibi manducat et bibit
no dimidicans corpus dni Vbi expresse paulus no dicit / no dimidicans
figura3 corpis dni / sed simplr corpus dni / Preterea si eet ibi corpus solu solu
p significatoz / ad quid opteret dimidicai Quare cibus ab alys / q2 aliz
panis eade racone posset significare et significat corpus xpi / Opteret
Igit² ponere q sit ibi veru corpus xpi / Ad hanc v'itate catholica astruenda
corroborandam / et confirmandam / est auctas eccle / que sic tenuit
tenet / et tenebit inetnu / ta diu quamdiu hic inductus durabit / q
in hoc d'nissimo euke sacro / sit verus totus et integer xpus q v'itas
fide tenet² cuiu xpifidelium / approbat² doctrina / cum doctoru pfessoz
eccle / et innabilibus miracl' extitit declarata / que oia peto hic esse
pro repetitis ca brevitatis
Secundo d'supponi² q in eodem d'nissimo eukaristie sacro / post conse=
cratione nullomo remanet nec remane pt panis et vini substa
Quod sicut Thomas declarat in 4to Contra gentiles c. xl q i / Triplici racione
pmo est / q2 est contra v'itate scripte / Na simul eet in hoc sacro corpus
xpi cu substa panis / Corpus xpi eet cu quo mutant / et qui in loco / et
sic cu pronomie scz hoc / sic demratiuo sibi xpus sibi dixisset por
rigens panem / hoc est corpus meu / et debuisset potius dicere

cu[m] Hoc vel hic est corpus meu[m] Cu[m] igit[ur] est co[n]t[ra] v[er]itate[m] v[er]borum
xpi vt dicit idem doctor omnino est heticu[m] dicere s[ub]sta[n]tia[m] panis et vini p[os]t
[con]secrat[i]o[n]em remane[re] Sc[un]do q[uia] sic dice[re] esset dare occasione[m] ydolatrie p[ro]p[ter]
(?) Na[m] cu[m] huic sacr[amen]to exhibeat[ur] veneracio latrie racione p[rese]ncie d[omi]ni
n[ost]ri ih[es]u xpi in ip[s]o existe[n]ti Si ibi remaneret s[ub]sta[n]tia panis et vini tu[nc]
sp[eci]es extrinsece sunt sacr[amen]to corporis xpi vtiq[ue] non ducerent in re[m] corp[or]is
xpi per modu[m] signi sed magis in s[ub]sta[n]tia[m] panis et sic ho[m]i[n]es vinu[m] pro
(?) adoraret quod eet maximu[m] inco[n]ve[n]ie[n]s et o[mn]i[n]o i[m]porta[bi]le fidei
Tercia q[uia] manete v[er]itate in h[oc] sacr[amen]to corporis xpi p[ro]ut p[ri]ma suppo[sicio]
presupponit impo[ssi]bile est eande[m] s[ub]sta[n]tia[m] panis et vini remane[re] Nam
manifestu[m] est q[uod] an[te] consecracio[n]em ibi corp[us] xpi no[n] est, oportet igit[ur] q[uod]
v[ir]tute [con]secracionis incipiat ibi esse vbi p[r]ius no[n] erat Non p[ote]st aut[em] aliq[ui]d
esse alicubi vbi p[r]ius no[n] erat nisi aut per loci mutatione[m], aut per
alterius [con]v[er]sione[m] in ip[su]m Sicut in domo aliq[ua] de novo incipit esse
ignis aut q[uia] illuc defert[ur] aut q[uia] ibi g[e]n[er]at[ur] Manifestu[m] est aut[em]
q[uod] corpus xpi non incipit e[ss]e in h[oc] sacr[amen]to per motu[m] localem q[uia]
ab ex[tr]insecto adveniret p[ri]mo quide[m] q[uia] sequet[ur] q[uod] no[n] remaneret
in celo Non e[ni]m aliquid localit[er] movet[ur] et p[er]venit de vno loco
ad aliu[m] aliq[ue]m nisi deserat p[r]iore[m] Sc[un]do q[uia] o[mn]e corpus localit[er]
motu[m] p[er]transit o[mn]ia media, quod hic dici no[n] p[ote]st Tercio q[uia] impo[ssi]bile
est q[uod] v[ni]us corp[or]is mot[us] eiusde[m] corporis localit[er] moti t[er]minetur
simul ad div[er]sa loca, cu[m] ta[men] in plurib[us] locis corpus xpi sub hoc
sacr[amen]to simul esse incipiat Et p[ro]pt[er] h[oc] relinq[ui]t[ur] q[uod] non possit aliter
corpus xpi incipe[re] esse de novo in h[oc] sacr[amen]to nisi per [con]v[er]sione[m] s[ub]sta[n]tie
panis in ip[su]m Quod aut[em] [con]v[er]tit[ur] in aliquid aliud f[a]cta [con]v[er]sione
non manet Vnde relinq[ui]t[ur] q[uod] salua v[er]itate huius sacramenti s[ub]sta[n]tia
panis post consecrac[i]o[n]em rema[ne]re no[n] p[ote]st Nec tam[en] s[ub]sta[n]tia panis i[n]
p[re]iacente[m] materia[m] vt quida[m] posuit[ur] Nec eciam in nichilu[m] [con]v[er]tit[ur]
vt alij dixerunt, q[uia] si sic, vel fieret no[n] eet dare aliq[ue]m modu[m] per que[m]
corpus xpi veri inciperet e[ss]e in h[oc] sacr[amen]to nisi per sola[m] s[ub]sta[n]tie panis [con]v[er]-
sione[m] in ip[su]m corp[us] xpi vt clare deducit ide[m] doctor tria p[ro]t simul eade[m]
q[uestio] ar[ticu]lo 3o — tunc sex[to] Tercia suppo[sicio], h[ec] est q[uod] accidencia panis et vini
Et p[re]dict[a] que s[ens]u dep[re]hendim[us] in h[oc] sacr[amen]to p[os]t [con]secracio[n]em rema-
nent sine subiecto Na[m] ex quo ibi fides katholica ponit e[ss]e veru[m] corp[us]
xpi vt dicit p[ri]ma suppo[sicio] nec remanet s[ub]sta[n]tia panis vt dicit sc[un]da
oportet q[uod] remaneat sine subiecto q[uia] si remanerent in subiecto aut re-
manerent in ip[s]o corp[or]e xpi aut in aere aut in aliq[ua] alia s[ub]sta[n]tia Sed
no[n] potest dici p[ri]mu[m] q[uia] corp[us] huiu[s]mo[d]i nullo mo[do] p[ote]st afficj huiusmodi accide[n]tib[us]
nec eciam est po[ssi]bile q[uod] corp[us] xpi glorio[s]u[m] et impassibile ex[tr]i[n]sec[us] alteraretur
ad suscipie[n]d[u]m huiusmodi qualitates Nec p[ote]st dici sc[un]d[u]m q[uia] aer no[n] e[st] susceptiuus huiusmodi
accidencium susceptibus q[uia] eciam accid[e]ns no[n] t[ra]nsit de subiecto in subiectu[m] vt s[ci]l[icet]
ide[m] accid[e]ns n[umer]o sit quod p[ri]mo fuit in suo subiecto postmodu[m] sit in alio
accidens eni[m] accipit n[umer]u[m] a subiecto Vnde no[n] p[ote]st esse q[uo]d ide[m] n[umer]o manens

sit quocumque in hoc quam in alio subiecto. Et videmus etiam ad oculum quod cum huius
accidencium transferantur de loco ad locum ad motum harum specierum aer depellitur, quod
utique non fieret si in ipso aere existerent ut in subiecto. Nec potest dici quod remaneant
aut in aliqua alia substancia pari racione, sicut nec in substancia panis ut supra dictum est,
cum ibi nulla remaneat. Nec hoc est inconveniens divine omnipotencie et sue sapiencie, nam
cum defectus magis dependeant a causa prima quam a causa secunda, utique nulli dubi-
um potest esse quod deus qui est causa prima substancie et accidentis possit sua virtute infinita
conservare inesse accidencia substracta substancia per quam inesse conservabantur sicut per
causam secundam. Sic et in genere cause efficientis conservat alios effectus naturales causarum preter
causas (?) sine eisdem causis naturalibus, quemadmodum corpus humanum fecit sine virili semine in utero virginis.

Has tres supposiciones de veritate
dignissimi sacramenti volui preponere duplici de causa. Prima est quia ad sequencia
multum inserviunt (?). Secunda ad aliqualiter asserendam (?) maledicte et dampna-
tissime memorie heresiarche Johannis Wycleph perfidiam, qui quantum
in eo fuerat non divino sed dyabolico spiritu inspiratus visus est tollere a cordibus
fidelium fidem huius venerabilis sacramenti et subvertere universam fidem et ecclesiam katholicam,
ponens in sacramento tres conclusiones contrarias predictis tribus veritatibus katholicis, Conclusiones wyclef tripartita
videlicet Christus non est in eodem sacramento ydemptice et realiter in propria presencia corporali.
Contra primam: substancia panis materialis et similiter substancia vini materialis remanet
in sacramento altaris. ¶ Contra secundam: accidencia panis non manent sine subiecto
in eodem sacramento. Contra terciam. ¶ Que sentencie et que proposiciones quam sint ad-
verse fidei, quam sunt blasfeme in deum, utpote eiusdem omnipotencie, summe
sapiencie et summe bonitati derogantes, quam sunt piarum aurium offensive,
et quantum derogarent ipsius ecclesie katholice et sacrorum eiusdem dignitati, quibus suf-
ficiat enarrare, cum etiam horror sit, necdum legere aut audire tantas
in deum et ecclesiam blasfemias, sed nec etiam pravis motibus cogitare. Hu-
ius nequitate (?) plenum, omni errore seductum, omni immundicia sauciatum,
omni blasfemia sordidatum, tibi profecto competit illa Apostoli sentencia, qua
Actuum 13° capitulo protulit: O plene omni dolo et omni fallacia, fili dyaboli, in-
imice omnis iusticie, non desinis subvertere vias domini rectas.

Quarta supposicio. Secundum quod secundum Magistrum Sentenciarum in 4to d. xiii
in sacramento eukaristie tria sunt consideranda, videlicet id quod est sacramentum In sacramento eu-karistie sunt tria notabilia (?)
tantum, id quod est res et sacramentum simul, et id quod est res tantum et non sacramentum.
Primum est species visibilis panis et vini que post consecracionem manet.
Secundum est corpus Christi verum. Tercium est corpus Christi misticum. Primum
dicitur sacramentum quia sacre rei signum. Huius autem sacramenti due sunt res,
quarum prima est contenta et signata, altera significata, et ideo est res simul
et sacramentum. Et hec res est caro Christi quam de virgine traxit, et sanguis
quem pro nobis in cruce fudit, que res significatur per species visibiles
panis et vini et realiter sub eisdem continetur. Et hoc corpus Christi verum
est figura corporis Christi mistici et ipsum significat. Alia vero res huius sacramenti
est corpus misticum Christi per ipsum sacramentum significatum sed non contentum
sub eo realiter, nec aliquid aliud secundum se ex vi huius sacramenti significans

Et ideo est res tm̄ et nō sacrm̄ Unde Innocēt in Summa de officio misse
vbi dicit Tria quippe in hoc sacro sunt discreta vz fforma visibilis ve-
ritas corporis et virtus spūalis forma panis et vini veritas carnis et sanguinis
virtus vnitatis et caritatis Primū oculo cernitur Secundū creditur 3m in
corde percipitur primū est sacrm̄ et nō res Scdm est sacrm̄ et res
Tercium est res et nō sacrm̄ Sed primū est sacrm̄ gemine rei Scdm vo
sacrm̄ vnius ē et res alterius Tercium vo est res gemini sacri Nā forma
panis vtrāqz carnē xpi significat id est veram et misticam sed veram
carne qz et significat misticam vo significat sed nō continet Est sciendum
qz ħ pdicaz dupplice re huius sacri est dupplex caro xpi siue corpus vna
quam traxit et sumpsit de virgine et sanguis qui fusus fuit in cruce
pro nobis De hac carne dicitur luce vlt palpate et videte qz spūs car-
nē et ossa nō hz sicut me videtis hēre De sanguine vo dicitur Joh 19°
Et continuo exiuit sanguis et aqua Alia vo caro et sanguis xpi
ē spūalis et mistica id est corpus xpi misticum cuius corpus caput ē ipse
xpus Reliqui vo fideles sunt membra de quo meminit Aplus j Cor 12
Sicut enim corpus vnum est et membra multa hz oīa aut membra corporis
cum sint multa vnum corpus sunt Ita et xpus Et enim in vno spū omnes
nos in vnum corpus baptizati sumus siue Judei siue gentiles siue serui siue
liberi Et omnes in vno spū potati sumus Et infra Vos aut estis corpus
xpi et membra de membro Nec est mirū qz in predicta distinctione in vno
membro dicitur caro in alio vo corpus qz in hoc sacro idem constat Unde
et saluator nr̄ in institutione huius sacri dicebat Hoc est corpus meum
Et Joh 6 Caro mea vere est cibus Corpus eciā misticum xpi dr
caro xpi vt dr magr Summarum in 4to Hanc distinctionem duplicis carnis
siue corporis xpi tangit Augustinus quando de eis dicens Comedunt
enim xpus in hoc sacro corpus et sanguinem suum quod eciā fecit et
nos ipos hā et nos corpus ipsius fieri sumus Et habetur de con d. 2
Comedamt Et similiter Joh super epistolam ad ephesios Et po in glo j°
ad Cor Ita dicens Dupplr intelligitur caro xpi et sanguis vel spūal
illa atqz diuina de qua ipse ait Caro mea vere est cibus et sanguis meus vere
ē potus et nisi manducaueritis carnem meam et biberitis sanguinem meum
nō habebitis vitam in vobis vel caro que crucifixa est et sanguis qui militis
effusus est lancea Et ponitur habetur vo de con d 2 c dupplr Huius itaqz
gemine carnis xpi ipse visibilis species sacrm̄ est qz vtrāqz signat et
vtriusqz similitudinem gerit Sicut enim panis pre ceteris cibis corpus reficit et
sustentat vinum hominem letificat atqz inebriat sic vera caro xpi
et sanguis eius plus ceteris gratiis interiorem hominem reficit et saginat
Similiter sicut ex multis granis vnus panis conficitur et ex pluribus
racemis vinum in vnum confluit sic ex multis fidelibus personis v-
nitas ecclesiastica constat et constituitur corpus xpi misticum Unde et Aplus
pria Cor xi dicit Vnus panis et vnum corpus multi sumus Super quo

et augustinus Sicut panis et vinum corpus ecclesie dicitur pro eo quod sicut vinum
panis ex multis granis et vinum corpus ex multis membris xpi. Sic ecclesia ex
multis fidelibus caritate copulante connectitur. Similiter ipsa vera caro xpi aut
eius verus sanguis est carnis xpi mistice et ipsius sanguinis mistici signum
et sacramentum / sic enim vera caro xpi ex multis membris purissimis et immaculatis
constat. Ita caro xpi mistica que est societas ecclesiastica ex multis personis
a criminali macula carentibus scilicet veris operis liberis consistit /

Quinta suppositio / quod secundum tria facta que in hoc sacramento attenduntur triplex est
manducatio huius sacramenti, ut sumptio videlicet specierum / veri carnis xpi / et ipsius car-
nis mistice / prima manducatio est pure corporalis qua hoc sacramentum comestum
masticatur et in stomachum trahitur / Similiter bibitur et postea digeritur et ul-
timo in substantiam similitudinis convertitur / et sic vere manducantur et bibuntur ille species
sub quibus veraciter continetur verum corpus xpi. Alia vero manducatio et sumptio
veri corporis et sanguinis xpi / sub dictis speciebus panis et vini contentis
et hec manducatio dicitur sacramentalis. De qua dicitur Mat 26 Accipite et co-
medite / hoc est corpus meum / Et ibidem bibite ex hoc omnes / Et ista ma-
ducatio fit dupliciter uno modo in sacrificii oblatione / Luce 22. hoc facite in
meam commemorationem / et sic fit sub duplici specie. Alio modo fit in
communione in simplici communione / et illa secundum dispositionem et observantiam eccle-
sie latine fit sub una specie tantum. Et predicte due manducationes pertinent ad omnes corporaliter
Et ter-
tia manducatio et bibitio spiritualis est / et hec ad omnes electos pertinet
duplex est / secundum quod duplex est res huius sacramenti / prima sumptio rei scilicet veri carnis
et veri sanguinis xpi / et hec est devota cogitatio seu meditatio pas-
sionis domini nostri ihesu xpi sive ipsius xpi secundum quod sub hoc sacramento continetur
tum vero suo corpore et sanguine / in quo multiplicem sustinuit passionem sustinuit
et quem pro nobis in ara crucis fudit / Et hanc ipsius cogitationem seu
meditationem scilicet ipsius recogitationis unio transformativa ad ipsum cogitatum
per actum amoris. Unde ad hanc manducationem spiritualem / sicut in corporali
duo requiruntur scilicet masticatio et incorporatio. Primo enim requiritur quod homo in
fide vera recogitet devote passionem xpi cuius memoriale est hoc verum sacramentum
et hoc sufficit quo ad minores seu vulgares. Sed quo ad maiores
ultra hoc requiritur quod devote recogitet quod sub illis speciebus est realiter
et vere corpus xpi deus et homo cum suo sanctissimo corpore quod pro nobis
exposuit tam multiplici passioni / et quod illud ex ineffabili sua bo-
nitate dedit nobis in cibum animarum nostrarum etc. que in hoc sacramento mirabilia
opera pietatis continentur / et talis devota recogitatio masticationem cor-
respondet. Secundo requiritur quod recogitans uniatur per actum amoris
ipsi cogitato scilicet xpo domino / et in ipsum per amorem quodammodo transformetur
et hec incorporationem correspondet. Secunda manducatio spiritualis que in hoc sacramento
consideratur pertinet ad ... et bibitio que est secunde rei est communicatio unionis
seu adeptio per fidem et caritatem ad membra ecclesie et cum xpo capite /
qua unionem tamquam sacramentum cuius prima res huius sacramenti significat /
Dicta inter primas manducationes est / quia prima lex panis et commodatio
iacionis corporalis manducationibus ut dictum est / Secunde vero non quia caro
xpi vera sumpta sacramentaliter nec laceratur dentibus nec secundum saporem

Triplex manducatio et sumptio corporis et sanguinis xpi
1
2
3

que requiruntur ad manducationem corporalem spiritualem

gustum immutat, nec convertitur in corporale manducantis nutrimentum. Similiter in
aliis duabus spiritualibus, quia nec Christus dum recogitatur eius passio aut dum sibi mens
unitur per amorem comeditur aut materialibus dentibus premitur. Nec similiter
corpus Christi misticum dum quis sibi unitur per fidem et caritatem. Intelliguntur tamen
et dicuntur predicte manducationes per aliquam similitudinem ad manducationem corporalem.
Sicut enim cibus corporalis nutrit, augmentat, reficit, confortat et sustentat
corpus et vitam conservat, sic etiam sumptio corporis Christi, sive veri in sacramento
et recogitatio per devotionem, sive etiam mistici per fidei et caritatis unionem,
animam nutrit augmentat et conservat in vita spirituali. Differunt tamen et per gradum
ad manducationem corporalem, quia cibus corporalis sumptus in sumentem et manducantem
convertitur, sed Christus digne sumptus sive sacramentaliter sive spiritualiter non convertitur
in suscipientem, sed potius ipse sumens in Christum transformatur sive convertitur. Unde
Augustinus in libro suarum confessionum dicit: Quasi audire vocem dei de excelso
dicentem: Cibus sum grandium, cresce et manducabis me, nec tu me mutabis
in te sicut cibum carnis tue, sed tu mutaberis in me. Similiter in manduca-
tione corporis mistici sumens non sibi corpus misticum incorporat, sed potius ipsi
mistico et Christo capiti coniungitur, et in ipsum transfertur et incorporatur. Item differentia
est inter manducationem sacramentalem et spiritualem, quia manducatio vere carnis fit
ore corporali ut dictum est sub speciebus sacramentalibus. Manducatio vero spiritualis
fit ore anime sive intellectu et voluntate per fidem et caritatem. Per hec enim ha-
bitat Christus in nobis et nos in eo tamquam membra coniuncta capiti, secundum illud
ad Ephesios iii° Habitare Christum per fidem in cordibus vestris. Et i Johannis 4to Deus
caritas est et qui manet in caritate in deo manet et deus in eo. Prima
manducatio potest esse bona et digna et etiam indigna et tunc ad iudicium. Secunda autem
semper est bona. Prima exigit secundam ut sit ad salutem. Prima vocatur sacramentalis
sine qua multi martires sancti et parvuli salvati sunt. Secunda vero vocatur spiritualis
sine qua nullus salvatur. Ultimo notandum est quod licet necessarium sive necessitas ita
a theologis sicut a philosophis et precipue ab Aristotele in quinto metaphisice multipliciter distin-
guatur, tamen quantum ad presentem spectat materiam necessarium respectu finis est duplex
distinguendum, quia aliquid dicitur necessarium respectu finis simpliciter et absolute,
illud scilicet sine quo finis nullo modo potest obtineri. Aliud ex conditione sive ex
Ex pacto necessarium — pacto sive ex suppositione. Alia necessaria sunt pro utili et expedienti. Sic respectu
finis qui est eterna felicitas consequendi aliquid dicitur esse necessarium simpliciter et absolute,
scilicet ipsa divina volitio, sine qua impossibile est simpliciter et absolute ipsam feliciter consequi.
Aliquid autem ex suppositione et ex communi lege, sic est baptismus de quo dicitur
Johannis iii° Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non potest intrare in regnum
dei. Quicquid baptismus non est ita necessarius ad consequendam vitam eternam
sicut divina volitio, quia deus non sic suam potentiam alligavit sacramentis
ut sine ipsis non possit aut non valeat dare vitam eternam cui voluerit.
Aliquid autem dicitur necessarium respectu dicti finis non simpliciter et absolute nec ex suppositione
sed secundum quid, quia etiam sine eo potest finis obtineri, licet non ita expe-
dite et faciliter. Cuiusmodi dicimus consilia Christi esse necessaria vel esse utilia
ad eternam vitam consequendam, quia per ipsa facilius et expeditius homo potest adquirere.

His presuppositis venio ad secundam partem principalem, circa pertinentem
proposite questionis, scilicet ad ponendas conclusiones pro eiusdem questionis
decisione, et erunt tres in numero tamen. Quarum prima sit ista:
Communio divinissime eucharistie sub specie utriusque panis scilicet et vini

q°s

toti credencium populo non est necessaria primo modo accepta necessitate ¶ Secunda conclusio 2a 9o
conclusionum ¶ Communio dignissime eukaristie sub specie utriusque scilicet panis et vini to
cuiusmodi non est necessaria toti credencium populo secundo modo accepta necessitate nec a domino
precepta salvatore ¶ Tercia conclusio ¶ Communio dignissime eukaristie sub specie 3a 9o
utriusque panis scilicet et vini consuetudine et statuto ecclesie statibus in oppositum
non est multum utilis nec saluti expediens toti credencium populo ymmo est
multum inutilis eidem et nociva ¶ Probacionem prime conclusionis non intendo
insistere cum sit quasi per se nota quia deus non alligavit suam potenciam sacramentis
ut absque illis non possit et valeat salvare cum voluit nisi forte aliquis
Wyclephista vellet dicere quod omnia ex necessitate proveniant Ex quo sequeretur quod
solum per hanc viam sacramentorum deus posset salvare et non aliter a quo
errore pestifero quia video Magistrum Johannem quem hunc articulum posuit
longe et remote positum ideo in hac materia me non extendo sed par-
go ad secundam conclusionem in qua consistit pondus belli dici et estus quam
iterum replico videlicet ¶ Communio dignissime eukaristie sub specie utriusque ; Pa ca
panis scilicet et vini non est necessaria toti credencium populo secundo modo accepta probacio
necessitate nec a domino precepta salvatore ¶ Probatur hec conclusio sic laycis
non conficientibus sufficit ad salutem predictum sumere sacramentum sub una specie
ergo non est de necessitate salutis neque de precepto Christi sumere sub utraque specie quia
non est quia si una sufficit sequitur quod altera non sit necessaria neque de precepto Christi
utrumque ex racionibus sufficiencie et necessitatis atque precepti ¶ Assumptum probatur primo
per legem divinam deinde per praxim Christi deinde per praxim apostolorum
et primitive ecclesie Quarto per sacra generalia concilia Quinto per dicta
sanctorum doctorum vocatur se in lege divina fundancium post subiungetur tam
aliquorum et raciones doctorum pro conclusione intenta ¶ Et primo per legem divinam primo probacio per legem divinam
tam novi quam veteris testamenti Nam in nova lege Christus loquens de hoc sacramento videns tam novi
sub utroque ad usum aliorum Joh vio quamdiu verbis vel pluribus fecit men- veteris testamenti et
cionem de hoc dignissimo sacramento de pane quidem et de manducatione eius quo lege novo
verbis de manducacione vero carnis et bibicione sanguinis quater de
vino vero in toto processu illo non fecit mencionem ad ostendendum manifeste
quod sumere sub altera specie tantum scilicet sub specie panis sufficit ad salutem Et
quod sub ipsa specie panis continetur vera caro Christi et verus sanguis eius
Unde inquit ¶ Operamini cibum qui non perit sed qui permanet in vitam eternam
quem filius hominis dabit vobis hunc enim pater signavit deus Ecce primum te-
stimonium in quo nullam mencionem facit de potu et dicit cibum permanere
et sufficere in vitam eternam ¶ Item non Moyses dedit vobis panem de
celo etc ecce secundum testimonium in quo hic panis celestis prefertur manne da-
te per Moysen quod intantum sigidem cibos corporales habebat omnem saporem
suavissimum nec erat verus panis et quod hic scilicet de quo Christus loquitur
est panis verus ubi iterum nulla mencio fit de potu aut de vino ¶ Item
panis enim dei est qui de celo descendit et dat vitam mundo ecce tercium
testimonium de pane qui dat vitam mundo et nichil dicit de vino Item ego sum
panis vite qui venit ad me non esuriet et qui credit in me non sitiet umquam
Ecce quartum testimonium de pane vite manifestum quod non solum tollit esuriem
sed eciam sitim ut eadem racione sic cibus dicitur et est sic eciam et potus dicitur

Item quinto Ego sum panis vite. patres vri manducauerunt manna in
deserto et mortui sunt. Ecce iterum dicit se panem vite et nullam mencionem
facit de vino. Item sexto hic est panis de celo descendens vt si quis de
ipso manducauerit non moriatur. Item septimo Ego sum panis viuus qui
de celo descendi si quis manducauerit ex hoc pane viuet in eternum. Item octauo
Et panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita. Item nono Amen amen
dico vobis nisi manducaueritis carnem filij hominis et biberitis eius sanguinem non
habebitis vitam in vobis. vbi primo incipit mencionem facere de bibicione san-
guinis. nullam tamen mencionem faciens de specie vini. Item decimo qui manducat
meam carnem et bibit meum sanguinem habet vitam eternam. Item vndecimo
caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus. Item duodecimo
qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem in me manet et ego
in eo. In quibus solum quater loquitur fit mencio de pocione sanguinis et
nullo modo de pocione vini. Et cum sub specie panis contineatur totus
integer xpus manifestum est quod qui sumit sub vna specie sumit vtrumque scilicet
carnem et sanguinem et adimplet dominum mandatum nisi manducaueritis etc.
dato quod de sacramentali sumpcione intelligeretur. Deinceps redit ad pri-
stinum modum loquendi scilicet de solo pane. vnde subiungit. Tredecimo
loco Sicut me misit viuens pater et ego viuo propter patrem et qui manducat
me et ipse viuet propter me. Et iterum quartodecimo hic est panis qui
de celo descendit. Non sicut manducauerunt patres vri manna in deserto
et mortui sunt. Et conclusit finaliter. Et qui manducat hunc panem
viuet in eternum. Ecce quociens ipse fecit mencionem de pane et nullam
de vino. Et qui manducat hunc panem viuet in eternum. Vnde cum in toto
illo processu ewangelico enumerato nullam facit mencionem de vino sed
solum de pane manifestum est quod sumpcio vnius sacramenti sub specie panis sufficit ad
salutem cum pene in singulis clausulis vita vel equalentis tribuitur. quia
vtique qui manducat vera xpi carne manducat et verum eius sanguinem
bibit. Eciam si numquam de vino gustet. Vnde et id xpi preceptum
adimplet. Si tamen de sacramentali sumpcione intelligatur. Nisi mandu-
caueritis carnem filij hominis et biberitis eius sanguinem non habebitis vitam
in vobis. quia sumendo tantum sacramentum panis vere sumit vtrumque cum vtrumque
sub altera specie contineatur. Vnde sanctus Thomas in postilla super Iohannem
super eodem verbo Nisi etc. Solus sacerdos sumat sanguinem nec enim est con-
firmandum quia qui sumit corpus sumit eciam sanguinem cum sub vtraque
specie totus xpus contineatur et quantum ad corpus et quantum ad sanguinem. Hec ille.
Si enim xpus predicto mandato voluisset ad vtramque speciem obligare fideles
pro communione sicut panem totciens nominauit et expressit. Ita et vinum
in dicto processu nominasset alicubi quod minime fecit. Vnde in hoc decipiun-
tur aduersarij qui arguunt a contento ad continens et preceptum quod de manducacione
contenti et rei illius sacramenti trahunt ad continens scilicet species que sunt sacramen-
tum. xpus enim suum posuit preceptum ad carnem et sanguinem dicens. Nisi mandu-
caueritis etc. ipsi trahunt ad panem et vinum. Vlterius manifesta in predicto
processu euangelico et verbis xpi contradiccio implicaretur. si illa auctoritas
nisi manducaueritis etc. esset obliganda de necessitate et de precepto xpi

In quo decipiuntur Bohemi

3

quo ad omes ad utrauz speciem Et sic in uno illa p cdctoz p̄ma et s̄ma
veritas non dicet vnu quod nullo est dicendu / pz tam secunda Na xpus in
predicto processu pmisit Ego su panis vivus qui de celo descendi si quis
manducavit ex isto pane vivet in eternum / Et iterum si quis ex ipso manducavit
no morietur Et iterum panis que ego dabo caro mea e pro mundi vita /
et ne curta replicar Ita cclusit in premissis q manducat hunc pane vivet
in eternum Ex quo pz q ad vita eternaz habendaz sufficit sumptio huius sacri sub
specie panis Si aut ex opposito illa auctas Nisi manducaveritis carne filii ho=
minis et biberitis eius sanguine etc et ut adversarius dicit et allegat ad sumendu
pane et vinu / seq expressa cdictio / qz sufficit sume pane ad salutez
et no sufficit sume pane ad salute quia adhuc vinu requirit que
nullus sane mentis dicet Et cfirmatur Na in predicto pro= [margin: & von einsch ppiy]
cedit / que ... carne suam carne et sanguine / et seipm
cessu pro eade accipit pane et carne sua / carne et sanguine / et seipm
et ad oia pdicta ide premium apposuit / Ita dicit post q qs mandu=
cavit ex hoc pane vivet in eternum / Et declarans quis esset ille panis
subiungit / et panis que ego dabo caro mea e pro mundi vita Ceterum
manducat carne mea et bibit sanguine meu / habet vita eterna / Et iterum
qui manducat me et ipse vivet propter me Ex quibus pz q ide sit premium
quantum ex quo ide premium omnibus apponitur Nam manducare pane, manducare
carne / et manducare carne simul et sanguine bibere nichil aliud sunt
quam manducare ipsum xpm / quod erat ubique / qz sive sub specie panis sive
sub utraque sumatur xpus / in tali sumptione / nichil confert vitam nisi [margin: Item 2 19 punctum ... legis vide ...]
xpus qui sub illis speciebus continetur et sumitur / Iste secundo pnr probatur idem
ex lege xpi Luce xi Cum discipuli peterent ut eos xpus orare doceret aut
Cum oratis dicite Pater noster qui es etc pane nostrum cottidianum da nobis hodie etc
Et Mathei vi dicitur pane nostrum supersubstancialem da nobis hodie / quod utrumque
proprie et spiritualiter de pane huius sacramenti intelligendum plurimi sanctorum doctorum
exposuerunt quia manet in nobis non substancialem sed supersubstancialem scilicet graciam auget et
augmentat / Unde Jeronimus dicit / qui petis ut peculiare vel precipuum vel super
substancialem deus panem nobis tribuat / illum petis qui dicit in Evangelio
Ego sum panis vivus qui de celo descendi / Et beatus Cyprianus panis
vite xpus est / et panis hic omnium non est / sed noster est / hunc autem panem
dari nobis cottidie postulamus ne qui in xpo sumus et eukaristiam cottidie
accipimus intercedente aliquo graviori delicto dum a celesti pane prohibemur
a xpi corpore separemur / petimus ergo ut qui in xpo manemus / a sanctificatione
eius et a corpore non recedamus Beatus quoque Augustinus in libro de bono perseverancie
perseveranciam ergo a domino petunt sancti / qui petunt ne a corpore
xpi separentur / sed in ea sanctitate permaneant ut nullum crimen committant
Et in Collacionibus patrum dicitur Cum dicit hodie ostendit cum cottidie
esse sumendum in omni tempore / Hec oracio dz cottidie offerendi quia non est dies in
quo non opus sit nobis huius panis percepcione cor interioris hominis confirma=
re / Predictas auctoritates adducit sanctus Thomas in glossa continua super Mattheum Tercio
sancta dicit panis ille cotidianus est medicina / deferens vitam perhennem
Hunc ergo cottidie accipe / ut tibi cottidie prosit / sic vive ut cottidie

mercatus accipe. Et litera tractat illud a[?] vi. panem nostrum cottidianum da nobis hodie
oia sacrata ordinat ad sacrm quod petit qm dicit panem nrm supersubstancialem
dicit et supersubstancialis quia transcendit vitam corporalem et perducit ad vitam eternam
Joh. vi.o Ego sum panis vivus qui de celo descendi. Si quis manducaverit ex hoc
pane vivet in eternum. Et petendo hoc sacrm petit oia alia que ad necessitatem
adipiscitur. Et subdit litera. Lucas euangelista xi.o co. vocat eum panem cottidianum
quia cottidie ipsum sumimus per ministros ecclesie. qui hoc sacrm percipiunt pro
se et tota communitate. Ex quorum doctorum auctoritate patet quod in predicta oratione dominica
panem cottidianum et supersubstancialem intelligunt corpus Christi quod in sacro
altaris accipimus. quod dari nobis Salvator petere a deo. Cum igitur in pre-
dicta oratione Christus nullam fecit mentionem de potu aut de vino sed tantum de pa-
ne. manifestum est quod sufficit species panis tantum. Alioquin insufficienter Christus
suos docuisset orare discipulos. Item Johannis primo dicitur Ecce agnus dei ecce qui
tollit peccata mundi. Ubi per agnum per omnes doctores intelligitur Christus qui figu-
rabatur per agnum paschalem comestum in figuram comestionis huius sacramenti.
Et sic eukaristie sacrm hic in loco sub una specie scilicet comestibili exprimitur.
Item Luce xv.o habetur de prodigo quod ei pater occidit vitulum saginatum per quem
Christus significatur propter gratie pinguedinem quem vitulum cuiusque manducabat.
nulla mencio facta est de bibitione. Et licet forte biberet. non tamen fit men-
cio tamquam de impertinenti. sic de locucione et aliis que in huiusmodi con-
viviis solet accidere et fieri tamquam de impertinentibus ad intentionem sponsam.
Ubi dicit litera. Adducite vitulum saginatum ut epulemur. et occidite
ut manducemus. id est sacrm eukaristie fidelibus ministrate in quo ymolatur Christus
qui est vitulus saginatus propter pinguedinem et manducatur. Etiam in primitiva
ecclesia non solum ministri ecclesie sumebant hoc sacrm. sed etiam omnes populus
cottidie ut habetur Actuum ii.o. Erant perseverantes in fractione panis.

3a probacio ex doctrina apostoli

Item tercio ex doctrina apostoli prima Cor. v.o Inquit apostolus pascha nostrum ymmo-
latus est Christus per quem transire debemus de hoc mundo ad patrem. Ut dicit glosa
ymolatus est Christus per quem transire debemus de hoc mundo etc. quem scilicet edere debemus
ubi apostolus non dicit ymolatum est vinum quod bibere debemus. Unde et subdit
postmodum Itaque epulemur et non dicit bibamus in azimis sinceritatis et veritatis
ubi nullam mentionem facit de vino aut de potu. sed solum de pane azimo
sic quod Rona etiam consentit. Item apostolus prima Cor. xi in fine capituli. Itaque fratres
mei cum convenitis ad manducandum. invicem expectate. si quis esurit. domi
manducet. ut non in iudicium conveniatis. Quem textum 2a glosa Ambrosii
sic exponit. Itaque fratres cum convenitis supple in unum ad similitudinem dominice
cene ad manducandum scilicet corpus domini. Invicem expectate scilicet et te in unum
dum omnes conveniant. ut multorum oblacio insimul celebretur. Si quis autem
esurit scilicet et impaciens non vult expectare. domi manducet scilicet suos cibos
id est pane terreno pascatur. nec per eukaristiam sumat. et non in iudicium scilicet
dampnacionis conveniatis. Ecce quam apte et notat apostolus. licet in pre-
cedentibus locutus fuerit de modo quem Christus tenuerat in ultima cena quando
apostolos sacerdotes ordinavit consecravit sub duplici specie. in sola manducatione
sui sermonis imposuit finem. nullam faciens mentionem de bibitione ad manifeste
ostendendum quod sufficit sub specie panis et per modum manducacionis non communicantibus hoc sacrm
sumere.

Ista 2a probatur per [illegible] veteri testamento

Item quarto ex lege divina veteris testamenti manifestum est cum secundum apostolum
omnia vel plura veteris testamenti contingebant in figura eorum que sunt in novo te-
stamento. Omnia inquit in figura contingebant illis. Unde et hoc sacramentum quod est
precipuum et potissimum atque finis omnium aliorum sacramentorum nove legis pluribus figuris
prefiguratur inter quas sunt tres precipue secundum magistrum sententiarum in quarto distinctione viii videlicet
panis et vinum oblata per Melchisedech sub lege nature, agnus paschalis
et manna sub lege Moysayca. Sed panis et vinum oblata sunt per Mel-
chisedech summum dei sacerdotem Genesis xiiii° qui Christum prefigurabat ut ostendit
apostolus ad Ebreos vii°. Hic enim Melchisedech fuit rex Salem
sacerdos dei summi qui obviavit Abrahe regresso a cede regum et
benedixit ei, cui decimas omnium divisit Abraham, primum quidem qui
interpretatur rex iustitie, deinde autem rex Salem quod est rex pacis, sine patre
sine matre sine genealogia, neque initium dierum habens neque finem, assimilatus
filio dei manet sacerdos in perpetuum. De quo etiam ait Ambrosius super id
Mathei 26 Accipite et comedite. Christus inquit suis discipulis obtulit
in cena quod Melchisedech [illegible] in figura. Et idem in libro de sacramentis
et allegatur per magistrum sententiarum in quarto distinctione viii. Item hoc accipe antiquiora
esse sacrificia christianorum quam iudeorum. Obtulit enim Melchisedech panem
et vinum simile per omnia filio dei, cui dicitur Tu es sacerdos in eternum secundum ordinem
Melchisedech. Et beatus Iohannes super illo Cenantibus autem accepit, dicit
typicum postquam typicum pascha fuerat impletum et carnes agni cum apostolis comederet
ad verum pasce transgreditur sacramentum, ut sicut in prefiguratione eius Melchisedech sum-
mi dei sacerdos panem et vinum offerens fecerat, ipse quoque in veritate
sui corporis et sanguinis sic figuratum putaret. Per hoc itaque Melchisedech
panis et vinum oblata non leguntur a populo sub utraque specie sumpta, sed
solum per Melch(isedech) oblata. Sic etiam hodie solum sacerdos celebrans sumit sub
utraque specie. Similiter nec agnus paschalis sumptus legitur cum vino vel liquore
bibitione, sed comestus. Et licet forte biberint, non tamen bibitio cadebat
sub precepto. Similiter manna omne delectamentum in se habens sine precepto
bibitionis sumebatur, quamquam manna in scripturis panis angelorum et
celestis nominatur. Unde Sap(ientie) xvi° Esca angelorum nutrivisti populum tuum, et pa-
ratum panem de celo prestitisti eis sine labore omne delectamentum in se habens
et omnis saporis suavitatem. Et in psalmo Panem de celis dedisti eis domine
panem angelorum etc. In quibus nulla mentio fit de potu [illegible] de vino. Insuper
sanguis in veteri testamento oblatus domino in altari et non populo visus est immo-
lari. Unde Levitici 4° dicitur sacerdotibus sanguinem fundens in altari. Et
quarto ibidem Pro peccato sacerdotis vel etiam totius multitudinis sacerdos offerat
vitulum cuius sanguine aspergat coram velo sanctuarii et de eodem ponat
super cornua altaris thymiamatis, residuum fundendo in basim alta-
ris holocausti. Et xvii dicitur Unde sanguinem dedi vobis ut super al-
tare expietis illum pro animabus vestris. Item etiam signum soli sacerdotes
veteris testamenti utebantur libaminibus in hiis sacrificiis que fiebant ex
fluida materia scilicet oleo et vino. Item I Regum 2° capitulo [illegible] sacerdos
in desiderio populi et omnium non sacrificatum hunc cibum desiderantes dicebat
et petebat: Dimitte me obsecro ad unam partem sacerdotalem ut come-
dam buccellam panis. Unde cum sint partes sacerdotis sacrificatis et conficiens

scilicet panis et vini et sub ambabus et sub qualibet ipsarum totus et integer
xpus. Populus itaque non ad ambas partes sacramenti sed ad vnam petit et
obsecrat admitti et ad eam que est sub specie panis, ad quam vtique ad-
mittitur vt buccella corporis domini sanctificetur. Huius igitur figuram pressit vt magister
albertus magnus in tractatu de officio misse. Gen. in tribus satis farine Gen.
xviij. Cum Abraham sedebat in hostio tabernaculi sui et vidit tres ange-
los descendentes per viam quibus tria sata farine simile commixta pari fecit
tres subcinericios et azimos panes per quod innuitur laycos solum ad vnam
speciem debere admitti eo quod de vino nullam mencionem facit, tria vero sata fuis-
se narrantur. Que explicare scilicet quod in hoc sacramento continetur scilicet corpus anima et deitas.
Similiter in comestione helie huius manducacio sacramenti expressissimam figuram
pressit quod subcinericium panem comedit cum potu aque nulla facta mencione
de vino. In cuius cibi fortitudine ambulabat 40 diebus et noctibus. Patet igitur ex
lege diuina canonum quoque veteris testamenti quod communicare laycos a non conficientes
sufficit sub altera specie tamen scilicet panis et preceptus non esse de necessitate salutis
siue de precepto xpi sumere sub vtraque. Secundo probatur principaliter ex preceptis
xpi. Et primo quod in toto ewangelio non reperitur quod xpus communicauit aliquem
laycum sub vtraque specie sed tamen xij apostolos vt Joh. xiij vbi dicitur quod vespe-
re venit cum duodecim discipulis. Et luce 22. Cum facta fuisset hora dis-
cubuit et xij apostoli cum eo quod duodecim autem in apostolos ordinauit vt dicit
communis doctores omnes in eadem cena per illa verba accipite hoc est corpus
meum et hoc facite in meam commemoracionem et post modum eos communicauit.
Et licet preter solus xpus conficeret et non apostoli tamen communicauit eos sub vtra-
que specie non vt laycos sed vt sacerdotes dans eis crisma et doctrinam qualiter et
ipsi conficientes conficere et sumere debent. Preterea si huius communio sub vtraque
specie fuisset de necessitate salutis nequaquam mulieres aliosque vtriusque sexus
citatos qui ipsum dominum et mentis et corporis passibus sequebantur a predica-
cione exclusisset quod tamen non legitur fecisse cum exceptis xij. Vt dictum est non
leguntur cene dicte interfuisse. Tercio hoc idem patet ex saciacionibus xpi quibus
saciauit turbas et discipulos suos ante et post resurreccionem. Matthei xiiij Marci
14 et Joh 6 quod dominus saciauit quinque milia hominum de quinque panibus
et duobus piscibus. Et Marci 8 habetur quod saciauit quatuor milia de quatuor
panibus et duobus piscibus. In quibus saciacionibus nulla mencio fit de
potu aut de vino siue aqua aut quocumque alio liquore. Et licet non habeatur
in textu quod saciaciones predicte fiunt de pane naturali et sacramentali in cena xpi
tamen vtraque tenendum est quod ille panis diuina potencia inflatus et tam
mirabiliter saciatus corpora manducancium typum et figuram gerebat huius sacratis-
simi panis qui de celo descendit et dat vitam mundo. Quia sicut ille panis cor-
poralis quodam suauiter refecit corpora manducancium et in quadam admiracione
omnes suspendit ita vt quererent ipsum regem facere et vt ipsum sequerentur, sic
iste panis celestis et spiritualis replet mentalis suauitate animas se digne
sumentes et quas sic in sui amore et admiracione continet vt nil preter
xpum in cordibus ipsorum regere permittat. Sicque ipsas trahat vt omnibus
postpositis erat in adore vnguentorum suorum. Vnde xpus Joh. vi
loquens de predicta saciacione corporali ait Amen amen dico vobis

Secunda probacio principalis ex
preceptis xpi et preceptis
apostolorum et primitiue
ecclesie et primo ex preceptis
xpi

cu

quericis me no qr vidistis sig̃ sed qr manducastis ex panibus et saturati
estis Et statim p9 subiungit locus de hᵒ sac̃li et spuali pane Si tam̃ de sac̃li
intelligat ut per s̄ctam sanctitate corpalem manuducet nos in sanctitatem
spuales huius sanctissimi panis de quo statim subiungit Operamini non cibum q̄ perit
sed qui pmanet in vitam eternam quem filius hois dabit / Item p9 passione
sua et hec̄ luc vltᵒ Et factum est cum discumberet cum eis Emaus cum ill̄ sz duobus — sed
discipl̄ sz Cleopha et alio / Accepit panem benedixit et fregit et porrigebat — de discipul in
ill̄ Ubi s̄m multos doctores corpus sub spē panis solum eis tradidit / co — Emaus
q̄ nullam mentionem fecit de vino Unde Augⁿ in lᵒ de Concordan̄ euangeli/starum
a xpo s̄ta est pmissio impediti vsq3 ad sacrum panis ut vnitate corporis
pticipata remouei intelligat² impedimentum inimici ut xpus possit
cognosci Idem Beda super eodem Impedimentum pmittit ce deceptus donec ad
sacrum pueniat² sed ppter veritate corporis xpi impedimentum mitti aufertur
ut xpus possit cognosci Unde Theophilus Sed et aliud innuit q̄ sz sumentibus
magna cum hiis membris sacrum panem / apperiunt² oculi eorum ut eum cognoscant
et ineffabile diuina caro virtute / vii glo et e bede per panem corpus xpi et eius
sacrum significabatur et dabat² Item Joha vltᵒ xpus manifestat se septem
ad mare tyberiadis Ubi accepit panem et piscem assum et dabat eis / quod
vbi tractans Jo Junior dicit per assum piscem que xpus cum suis discipulis
comedebat / intelligi debet corpus xpi quod in ara crucis assatum fuit
Unde btus Gregorius in omeli 24 dicit / per assum piscem debet intelligi me
diator dei et hominum pro nobis passus et pz q̄ ibi nulla mentio fit de potu
et vino Item sequenti die post institutionem predicti sacri Ex ᵈ xpus docet
ex ope non solum esse de necessitate salutis sumere sub vtraque spē quo ad laycos
sed nec sumptio spiritualis predicti sacri in latrone / cui mox credenti et dicenti
memento mei dne dum venis in regnum tuum / promisit padisum dicens
hodie mecum eris in padiso absque quatinus huius sacram̄ti pceptione / quod
etiam in alijs casibus martilius pbatum est q̄ absque huiusmodi pceptione sacrati
ad regna celestia feliciter peruenit quod et de paruis baptisatis s̄ca tenet ecclia
Item pᵒ ex s̄ci aptlica et primitiue ecclie sumit qr dicit actus iiᵒ Erant — Item 2ᵒ ex ppi aplorum et primitiue ecclie p̄t
pseuerantes in doctrina aplorum et communicatione et fractione panis s̄ci s̄m gloz
vt magister hystoriarum in Scolasticis hystorijs exponit fractionem panis i. eu
karistie / qr in primitiua ecclia fideles crebro communicabat et conueniebant
ad pcipiendum eukaristia / in quo loco scriptura de vino nullam facit mentionem
nec alio liquore Eodem et Albertus magnus exponit de aplis et
de ista fractione panis Item de nullo aplorum legit² q̄ huiusmodi quicquam dupplicis
spēi practicauit quo ad laycos / vel de eo doctrinam tradidit aut p
ceptum / excepto paulo Aplo q̄ recitatur Corinthijs narrat / qualiter xpus
sub dupplici spē hᵒ sacrum instituit / et soli Corinthijs hᵒ scripsit / apud quos
solos erat huiusmodi consuetudo / Et indubitanter si fuisset xpi preceptum indifferenter
quo ad omnes communicare sub vtraque spē sanctus paulus expressius scripsisset de
ipso cum Caris suis et alijs fidelibus / quibus suas transmisit eplas puta
Romanis q̄ erat caput mundi / et hebreis pro quibus cupiebat ee anathema
vt eos lucri faceret / Similiter ceteri aplorum et Euangeliste scripsissent aliquid de huiusmodi p
cepto sine quo non esset salus hominis / quod qr non fecerunt Ideo indubitanter
tenendum est q̄ non sit preceptum xpi

Itē ex praxi multoȝ sanctoȝ

Itē pȝ ex praxi multoȝ scōȝ antiquoȝ / et sapue in pruita ecclia de scā
Petronella bti petri apli filia / de q sic in eius legenda legit' q in extremo po
sita iemma et oros corpꝰ dni suscepit / et demum in lectu sepulchralis
post triduu ad xpm migrauit Itē attestat' btus Eusebius ad Dama=
suu portuen episcopu de morte gloriosissimi Jeronimi vbi refert / quo
btus Jero vale et multipt' sacramentu diuinu recomēdans / eukaristie sacrm
sub spē panis ab alio suscepit / vbi refert vba Jeronimi in huc modu
Roga vos fres et dni mei afferatis corpus qtinus in suo lumine
videam lumē / vt firmas sup me oculos suos det m intellectum vt
instruat me in via hac qua gradior / hijs dictis sumtis pro legatis
oros vir dei gliosus / sacrum dni corpus suscipiens ad celum suspirans rede=
it hec Eusebius Sic et idē btus Eusebius in extremis positus sub spē
panis q̄micauit / vt de eo scribit Beatus Cyrillus ad btm Augm / de mira=
culis gloriosissimi Jero' Illo etiā mō btus Ambrō in extremis q̄micauit
de manibus bti honorati vercellensis epi Idē hec' de bto bndicto / de quo
in legenda sua ita dicit' q vltima die q̄tus sui / in oratorium portari
se fecit / et ibi q̄tu sui diuini corporis perceptione muniuit Idem
refert btus Gregorius 3o dyalogoȝ Quod btus Agapitus ppa quendam
claudum et mutū sub vna spē q̄micans cū plene sanauit Idem hec
de bta lucia q ipa spm no tradidit p gladium in guttur eius immersum
donec sacerdos corpꝰ diuinu ei tradret Idē de btis Amato et Francisco
et innūis alijs scīs per ordo Idē wilhelmus in suo sacramentali Hugonē
de sco victore sub vna spē tm̄ q̄municare debuisse narrat sub hijs vbis
Cum Hugo de sco victore excellentissimus doctor vltima infirmitate labo=
raret corpꝰ dni instanter petebat sibi dari / Et cū nullū cibum q̄tinere
posset / fres eius turbarum timentes simplicē hostiam sibi obtulerunt / qd
ille cognoscens per spm ait Miseat' vri deus fres ait Cur me ita
deludere voluistis Iste quē portastis no est dns deus meus / At illi attoniti
mox corpꝰ dni attulerunt / sed ipe videns se no posse recipe / elevatis
in celum oculis ac manibus sic orauit / Ascēdat filius ad patrem et spus
ad deum q misit illu / et int' hec vba exspirauit / et corpꝰ dni videns
disparuit / Ecce quo manifesta et clara narratione refert hic doctorem
scm victorē debuisse sub vna tm̄ spē q̄municare etc.

Tercia probatio pn̄tis q ex doctrina et insti tutione sacroȝ conci lioȝ

Tercio pn̄t' pbat' ex doctrina et institutione sacroȝ Conciliorum Ita
vt hec' ex libro Conciliorum ysidori Ita in 6 Constantinopolitana
Synodo legit' Cytra sanguinem cerimonias in celis celebrantes
Ita quippe accedimus ad venerabiles archanas et sanctificam participes
effici tam sancte carnis quam preciosi sanguinis xpi Ecce quam apte hec sca
synodus ponit distinctionem int' q̄munionē laycam et sacerdotalem Ita quo
ad laycos dicit citra sanguinem cerimonias / ex precepto et statuto ecclie
introducta e / q̄o ad sacerdotes vero subiungit Iterum accedimus ad ve=
nerabiles archanas / et sanctificam participes effici tam sancte carnis quam prec=
iosi sanguinis xpi Etiam si vtraque pars istius decreti / ad laycos vel ad
sacerdotes sine distinctione referret' vtique manifesta implicaret q̄dictionem Ita
i pa parte excludit sanguinem cum dicit citra sanguinem etc / Et in 2a dicit participes effi=
ci tam sancte carnis quam preciosi sanguinis xpi Clarum igr' est hoc decretum / nec aliquo
pacto infirmari aut infringi / Idē longe clarius audit duodecimum Toletanum

Concilium ita dicens Cum nichil in divino Canone debeat esse confusum nichil
dubium nichil eciam indiscretum In Collacione nostri cetus Relectum est Canon
Toletani primi Concilii in quo preceptum est Si quis accepta a sacerdote
Eukaristiam non sumpserit velut sacrilegus repellatur. Nunc adiecta est ei discreta
voluntatis cum infideles talia infideliter agant et fideles accipiant fideliter
quod naturaliter illam minime deglutire non sunt / Solet enim humane necessitatis infir-
mitatis in ipso mortis exitu siccitate granata tanto siccitatis pondere deprimi
ut nullis ciborum illacionibus reficiatur Sed vix tantumodo illati delectatione
poculi gracia sustentari quod eciam in multorum exitu vidimus qui opta-
tum suis votis sacre comunionis expetentes viaticum collata sibi a sacerdo-
te eukaristiam reiecerunt non quod infideliter hoc agerent sed quod preter divini calicis
haustum tradita sibi non possent hostiam deglutire Ex quo decreto
haustum tradita sibi non possent hostiam deglutire. Ex quo decreto
manifeste omnibus eciam tempore primi Concilii Toletani infirmi tunc sola ho-
stiam comunicabant quod patet ex declaracione suppositi decreti Nam refert quod
primum Concilium Toletanum fecerat statutum ut quicumque eukaristiam a
sacerdote acceptam non sumeret velut sacrilegus repelleretur. Et quod in isto decreto
non fecerat facta distinctio de voluntate et necessitate. tum et infideles hic talia
infideliter agant et fideles accipiant fideliter quod naturaliter illam minime deglu-
tire non sunt / Declaratur subsequens Concilium Extrema tum multi fideles
in exitu mortis positi tanto siccitatis pondere deprimantur ut nichil pos-
sint deglutire nisi aliquo poculi vel liquidi mediante / manifestum est quod
tales accipiendo eukaristiam hostiam scilicet sine poculo bona intencione et facta / si
tales accipiendo eukaristiam hostiam scilicet sine poculo bona intencione et facta / si
eam propter siccitatem reiecerint non incurrent sacrilegii crimen Et hoc per experi-
enciam probant fratres in Concilio dicto existentes quod eciam nunc sunt In multorum
exitu vidimus qui optatum suis votis sacre comunionis expetentes viaticum
collata sibi a sacerdote hostiam reiecerunt Non quod hoc infideliter agerent
sed quod preter divini calicis haustum tradita sibi non possent eukaristiam deglu-
tire Ex quo liquet clarius patet quod sub sola specie panis tunc temporis sacra comu-
nio infirmis ministrabatur Dicit enim Sed quod preter divini calicis haustum quod enim
eukaristia sine calice ministrabatur Ideo sepe ex siccitatis pondere gravati
tagebant reicere quia deglutire non valebant et hoc est quod dicit Sed quod
preter divini calicis haustum tradita sibi non possent hostiam eukaristiam
deglutire. Quem sequitur ex Concilio Remensi ordinato et habetur de Con-
secracione distinccione 2 c. pervenit ubi declaratur quod sufficit dare eukaristiam sine hostiam
infirmis sine vino Nam quidam presbiter tunc inpendebat divina misteria vt
layco aut femine sacrum corpus domini traderet ad deferendum infirmis quibus
sancta synodus omnino reprehendit et statuit quod talis temeraria presump-
cio amplius fieri non debeat sed presbiter ipsemetipsum debeat infirmo
porrigere In quo decreto solum fit mencio de corpore christi et nullo de vino
aut de sanguine Tenor vero predicti decreti est talis. Pervenit ad
noticiam nostram quod quidam presbiteri intantum parvipendebat divina misteria
vt layco aut femine sacrum corpus domini tradat ad deferendum infirmis / et
quibus prohibetur vt nec sacrarium ingrediatur nec ad altare appropinquet
illis sancta sanctorum committuntur. Quod quam sit horribile tam detestabile
omnium religiosorum animadvertit prudencia Ideo interdicit per omnia Synodus
ne talis temeraria presumpcio ulterius fiat sed omnibus modis presbiter ipsemet
ipsum

infirmum coiret quod si aliter fecit gradus periculum subiacebit. Item ex
Concilio Warmaciensi eadem distinctione capitulo presbiter prepiit quod presbiter eukaristiam
id est hostiam ut dictum est semper habeat paratam, ut quando quis infirmatur statim eum communicet
ne sine communione moriatur. Unde dicit Canon presbiter eukaristiam semper habeat paratam
ut quando quis infirmatus fuerit statim eum communicet ne sine communione moriatur.
Super quo autem glosa Sanguinem non precepit servare, quod opus esset maxima
cautela in conservando. Et autem Archidiaconus addens preterea non est opus
quod ubi est corpus ibi est et sanguis. Et in glosa super capitulo Comprehendimus
eadem distinctione super verba aut integra habetur et hoc intellige de consuetudine
nam infirmus vel sanus in necessitate sine vino corpus sumere potest. Ex quibus
omnibus patet quod communio sub utraque specie non est de necessitate salutis. Ex quo
preterea cautela sanis pariter et infirmis concedebatur tantum sub una
specie. Iste non solum infirmis sacerdotibus sed etiam sanis ab officiis
eorum depositis a sacris Conciliis concessa est unius speciei communio. Unde
distinctione non capitulo Si episcopus. Et habetur ex Concilio Agathensi ubi dicitur
quod si episcopus presbiter aut dyaconus capitale crimen commiserit, aut cartam
falsaverit, aut falsum testimonium dixerit, ab officii honore depositus in
monasterio detrudatur. Et ibi quamdiu vixerit laicam tantummodo communionem
accipiat. Eundem modum loquendi habet Pelagius papa, de hac laica
communione distinctione xl. ubi dicit Si evangelica admonitione iracundiam
nec usque ad verbum furentem prosilire permittit, ut si racha fratri suo quis
dixerit reus erit gehenne ignis. Carnali putas pena plectendum esse
qui non solum pugno impie percussit in levitici ordinis hominem, mysteriis
sanctis et cetera sed qui non sufficit ad sedem manus instigante ira sed dyaconatu
raptus est ad iracundiam, ut fuste non solum percuteret sed etiam cruentaret et ...
fecit. Et Quibus siquidem excessus quam maxima esset pena plectendus, huic
tam fraternitas tua fecit ab officio prorsus eam removeri. Hoc tamen solli-
citudinis tue sit ut locum ei penitentie constituas et in aliquo cum monasterio
recludas retrudas laicam sibi tantummodo communionem concessa. Similiter ex
Concilio Sardicensi habentur duo decreta de eadem specie laica
siquidem sub tenore. Item Osius episcopus dixit Non minus mala consue-
tudo quam perniciosa corruptela funditus eradicanda est. Ne cui liceat
episcopo de civitate sua ad aliam transire civitatem manifesta enim est causa
quare facere temptant, cum nullus in hac re inventus sit episcopus qui de ma-
iori civitate ad minorem transiret. Unde apparet ardore avaritie
eos inflammari et ambitioni servire, et ut dominacionem agant.
Si ergo omnibus placet huiusmodi perniciem sevius et austerius vindicetur
ut nec laicam communionem habeat qui talis est. Responderunt universi placet.
Item idem Osius episcopus dixit. Etiam si talis aliquis extiterit teme-
rarius ut fortassis excusationem afferens afferret quod ipsi litteras acceperit
cum manifestum sit potuisse paucos premio et mercede corrumpi
eos qui sinceram fidem non habent, ut clamarent in ecclesia et ipsum
petere viderentur episcopum, omnino has fraudes dampnandas esse arbi-
tror itaque ut nec laicam in fine communionem talis accipiat. Si
vobis omnibus placet statuite. Synodus respondit placet. Ex
istis omnibus duobus decretis manifeste declaratur quod communio sub specie

non est de necessitate salutis Alioquin impie predictum concilium statuisset vt talis delin-
quens non laycam communionem in fine acciperet Dicit enim ita Nec laycam communionem nisi
ne accipiat per communionem aut laycam communionem quid pt intelligi aliud quam
communio sumpta sub vna specie et sub ista papie que vt communiter nunquam auferre
pt periculi reuerentie tanto sacramento debite singulariter est species panis Et adhuc
sunt omnes doctores iuris canonici quibus credendum est repote expertalis
et peritis in arte sua Vnde super predicto capitulo Bernardus Abbas exponit
laycam communionem id est corpus christi Innocencius id est viaticum Hostiensis id est panem
benedictum vel corpus christi Et idem dicit Johannes Andree in sua nouella
super Clementis pp Et habetur de Cons dist ii capitulo In tribus gradibus vbi dicitur
Tribus gradibus commissa sunt sacramenta diuinorum sacramentorum seu secretorum
id est presbitero dyacono et ministro qui cum timore et tremore clericorum reliquias
corporis domini custodire debent fragmentorum Et sequitur ibidem Tanta in
altario certe holocausta offerantur quanta populo sufficere debent Et si re-
manserit in crastinum non reseruentur sed cum timore et tremore clericorum
diligentia consumantur qui autem residua corporis domini que in sacrario relicta
sunt consumunt non statim ad accipiendos cibos quos communes Ecce quam
manifeste in Canone habetur quod reliquie clericorum corporis domini fragmentorum
custodiende sunt cum magna diligentia et nulla penitus fit mencio de re-
liquiis vini aut sanguinis siue de custodia eius Certum tamen custodia
si fuisset in vsu potius debuisset custodia adhiberi et ordinacio siue
statutum fieri circa ipso sanguine magis imminet periculum Vnde sancta
Synodus Romana cum beatus Leo papa presedit capitulo de quibus de cons dis
ii loquens de veritate corporis et sanguinis christi in hoc sacramento Inter cetera
sic dicit Idem est corpus de quo dominus est Caro mea vere est esca et
sanguis meus vere est potus Certa hec articula sunt que aliis cumulant
spiritualibus Vnde et idem corpus christi edimus vt vite eterne possimus
esse participes Vbi nota quod sancta Synodus Corpori christi solo soli illa
copulatam attribuit Caro mea etc ad ostendendum quod sub specie panis
sub qua est communis concessionis vlterius est ipse corpus christi vere et realiter ac
integre vtrumque contineatur scilicet caro christi et sanguis Et quamuis alia
se habent ad perfectos christi ex naturali et reali concomitancia Et quod idem corpus
christi edimus nulla mencione facta de sanguine aut de vino siue de po-
tu vt vite eterne possimus esse participes Ad ostendendum quod sufficit sum-
me sub vna specie Nouissime vero declarauit hoc sacratum Constanciense
Concilium cuius tenorem papa Martinus quintus in quadam bulla sua inse-
ruit cuius tenorem pro presenti veritate gracia breuitatis omitto

Quanta autem sit auctoritas sacrorum Conciliorum ostendit Augustinus ad Januarium — De auctoritate sacrorum Conciliorum
ista dicens Conciliorum in ecclesia est saluberrima auctoritas quibus eciam
negotia terminantur Et in libro de fide katholica idem dicit Si quis aliquas
scripturas preter illas quas ecclesia katholica recipit et in auctoritate habendas tra-
didit esse siue veneratur anathema sit Idem Gregorius et habetur dist
xv Sicut sancti euangelii quatuor libros sic quatuor concilia suscipere
et venerari me fateor Cunctas vero personas subdit quas prefata con-
cilia venerantur veneror et quas respuunt respuo et que venerantur
amplector que dum vniuersali consensu sunt constituta se et non illa destruit

quisquis presumpserit absolvere quos ligavit aut ligare quos absolvit
Nec mirum cum ipsa sacra generalia Concilia regantur et dirigantur a spiritu sancto
ymo ab ipso ihesu christo Nam si ipse dominus promisit se esse in medio duorum
vel trium in nomine suo congregatorum quanto magis erit in medio patrum et
seniorum omnium fidelium in sacris Concilijs generalibus congregatorum quod
expresse sancti apostoli exemplo declamant Actuum xv ubi presidentiam in Concilio
spiritui sancto attribuunt vel potius insinuant dicentes in eorum epistola decretali
Visum est spiritui sancto et nobis etc. quod certe attestatur Celestinus papa scribens ad sinodum in Epheso constituta Spiritus sancti testatur presentiam congregatio sacerdotum Certum est enim quod legimus quod non potest veritas nostra mentiri cuius in euuangelio
ista sententia est Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo ibi et
ego sum in medio eorum quod cum ita est Nam si nec huic tam angusto brevissimo spiritus sanctus deest quanto magis eum nunc interesse credamus in
unum conventum turbe sanctorum Sanctum est Concilium est pro debita veneratione
collectio In quo utique nunc apostolorum frequentissime illius qui legimus
congregationis aspiciendi reverentia est Nunquam hijs defuit quem
receperant predicandum Affuit semper hijs dominus et magister doctorum a suo
doctore deserti sunt docebat ille qui miserat docebat qui et dixerat quod
quod docerent docebat qui in apostolis suis se confirmat audiri Hec Celestinus papa Ite sanctus Damasus papa ad Aurelium archiepiscopum de servandis
Canonibus sanctorum patrum et decretis in Concilio editis prout refert
Isidorus in libro Conciliorum sic scribit Reverendissimo fratri et coepiscopo Aurelio
Damasus Scripta sanctitatis tue debita veneratione ac prudentiam tuam
apostolica instituta ut dignum erat agnovimus Quia devicti quidem ex hijs
que petisti misimus et quedam adhuc tu iterum miseris mittere cupimus
Nullum enim a beati petri principis apostolorum sive successoribus nostris potius
misimus de quorum statutis aliquid tibi per Ammonium presbiterum et
nris / Felicem dyaconum sub certis sigillis nos mittimus que te custodire optamus
et alijs predicanda ac publicanda mandamus ut ab omnibus inviolate debita veneratione custodiantur et inviolate serventur atque ab omnibus futuris temporibus diligenter venerentur Et violatores voluntarij Canonum graviter a sanctis patribus iudicantur et a sancto spiritu cuius instinctu et dono dictati
sunt dampnantur quia blasfemare spiritum sanctum non incongrue videntur
qui contra eosdem Canones non necessitate compulsi sed libenter ut prefixum
est aliquid aut proterve agunt aut loqui presumunt aut facere volentibus
sponte consentiunt Talis enim presumptio manifeste unum genus est blasfemantium spiritum sanctum quia ut iam prelibatum est contra eum agit Cuius nutu et
gratia dictante sancti editi sunt Canones Dyabolica vero nequicia plerosque subtiliter fallere solet et ita quorundam prudentiam per similitudinem
pietatis sepissime illudit ut pro salubribus non tuta suadeat
Porro nanque sanctorum Canonum qui sunt spiritu dei editi et totius mundi
reverentia conservati fideliter a nobis est sciendus et diligenter tractanda
Ne quoquo modo sanctorum patrum statuta absque inevitabili necessitate quod absit transgrediamur sed fidelissime pro ea gradientes quia cum eis qui eorum
instinctu condiderunt divino mercedis gloriam et laboris

cumulum cordis nostri auxiliante domino habere mereamur. Quod nobis prestare dignetur
ipse spiritus sanctus in cuius nomine in hac sancta synodo congregati sumus. Amen.
Quarto principaliter ex consuetudine ecclesie que ex antiquissimis temporibus et ex multis Quarta probacio pro conclusione
retroactis annis fuit pluries in ecclesia introducta. Sunt enim ultra ducenti anni
vel saltem circa quibus doctores katholici in libris eorum et scriptis ceperunt laudare
et approbare universalem ecclesie consuetudinem in communicando sub una specie, ut paulo post
patebit in allegacione doctorum. Clarum autem est quod hec consuetudo non fuit
uno die aut uno mense seu eciam uno anno in ecclesia universali introducta,
immo nullus doctorum ipsam laudavit et approbavit. Potuit autem sumi as-
signare temporis origine quo hec consuetudo vel ecclesia habuit propter antiquitatem suam.
Unde indubitanter tenendum est quod communio sub utraque specie numquam fuit in
ecclesia de universali consuetudine ecclesie, sed secundum varium exemplum Christi varia semper
fuit huiusmodi consuetudo. Christus enim in cena sub utraque specie tradidit instante
sua passione, sed post resurrectionem suam legitur secundum interpretationem sanctorum contulisse
sub sola specie panis ut patuit superius, quando in Emaus cognoverunt eum
duo discipuli in fractione panis. Sic eciam et de primitiva ecclesia et de apostolis
legitur in Actibus quod erant perseverantes in fractione et communicatione panis Actuum
2o, quod intelligitur de communione panis sacri ut in precedentibus fuit declaratum.
Et forte sub duplici specie communicabat ut patet per apostolum. Et sic consequenter propter
mansit huiusmodi diversitas communionis laycalis sub una vel duplici specie donec
propter pericula et errores exortos universalis ecclesie consuetudo obtinuit communicare
unius speciei. Cuius consuetudinis principium aut initium nec in memoriis hominum
nec in scriptis doctorum aut in annalibus scribentium reperitur. Et tunc consue-
tudinis huius initium in memoria non habetur, iure constituti habenda sit et De quanta auctoritate con-
tenenda ut dicunt leges. Quanta autem sit auctoritas consuetudinis ecclesie Romane suetudinis ecclesie Romane
ostendit Augustinus in libello de cura pro mortuis agenda dicens: Et si nulla
esset auctoritas sacre scripture que docet orare pro defunctis, tamen est magna
universe ecclesie et eius consuetudo de hoc observata, que nullo modo potest errare, quod pro
lege firmissima sine dubitatione est tenenda. Similiter sanctus Thomas
secunda secunde q iiii ar xii dicit: Maximam vim habet consuetudo ecclesie que semper
in omnibus est emulanda, quia et ipsa doctrina katholicorum doctorum ab
ecclesia auctoritatem habet. Unde subdit quod magis standum est auctoritati ecclesie
quam Augustini vel Jeronimi vel cuiuscumque doctoris. Qualiter autem transgressores
consuetudinis coherendi sint audi Augustinum ad Casulanum presbiterum. Et habetur
dist xi, In hiis rebus, qui dicit quod mos populi dei et instituta ma-
iorum pro lege tenenda sunt. Et sic prevaricatores legum divinarum ita
contemptores consuetudinum ecclesiasticarum coherendi sunt. Et in alio libro
Confessionum sic dicit: Que sunt contra mores hominum que flagicia sunt
vitanda pro morum diversitate, ut pactum inter se gentis aut civitatis
consuetudine aut lege firmatum. Nulla civis aut peregrini libi-
dine violetur. Turpis enim omnis pars universo suo non congruens.
Item Augustinus facere contra consuetudinem prohibet epistola 18 ad Januarium ita
dicens: Causa ecclesie insolentissime insanie nemo senciet. Item Dama-
scenus libro iiii summarum suarum: Semper ecclesie consuetudo servanda est,
et contra dogmatizantes et suam pravitatem confirmantes non sunt audiendi

Item Iheronimus in quadam epistola contra Vigilancium. Quod nunc est in manibus
sumere, quod eciam nostro tempore nisi forte Manichei videntur presumere. Cum
enim ecclesia nostro tempore in communione layca utriusque speciei ipsam utriusque tempore in-
dicet esse periculosum et superfluum. Propter quod beatus Thomas 2a 2e q 93 dicit:
Sicut enim falsarius esset qui aliquid proponeret ex parte alterius quod non esset
ei commissum, ita vicium falsitatis incurrit qui ex parte ecclesie cultum exhibet
deo ultra modum et contra divinam auctoritatem ab ecclesia consuetum. Et articulo 2o:
Si enim aliquid sit quod quantum est de se non pertinet ad dei gloriam, neque ad hoc quod mens
feratur ad deum, aut quod carnis concupiscencie moderate refrenentur, aut sit preter
dei et ecclesie institucionem, vel contra consuetudinem communem, que secundum Augustinum pro lege habenda
est, totum hoc reputandum est superfluum et superstitiosum etc. Sed utriusque speciei
communio sub utraque specie quo ad laycos sit contra consuetudinem ecclesie, utique tamquam
superflua et superstitiosa repellenda est. Manifestum est autem quod iam a multis
centenis annorum predicta consuetudo communicandi laycos seu non conficientes
sub una specie tantum scilicet panis in ecclesia necnon antiquitus universaliter intro-
ducta est, ut patebit statim ex dictis doctorum de hac consuetudine mencionem facientibus.

Quarta probacio per dicta doctorum scilicet in regula divina fundancium et per doctorum primorum et antiquorum — primo libro — Ambrosius

Quarto principaliter probatur per sanctorum doctorum attestaciones, qui in locis quamplurimis de huiusmodi sacramento et communione facientes mencionem, nichil de potu
aut vino mencionem fecerunt, sed tantum de corpore Christi sive de pane aut esca locu-
ti sunt, per hoc ostendentes sufficere sub sola specie panis sumere dominicissime(?)
eucharistie sacramentum. Unde Ambrosius in libro de sacramentis: Ista esca quam accipitis,
iste panis vivus qui descendit de celo, vite eterne substanciam administrat, et
quicumque hunc panem manducaverit non morietur in eternum, quia corpus Christi est.
Et habetur de consecratione distinctione 2 Revera. Idem est de consecratione distinctione 2 de consecratione in ultimo
capitulo videlicet Timorem omnia, et ut in c. In illo sacramento, et c. Vero ille panis
est, et in capitulo [illegible]. In quibus locis manifeste habetur quod sumpcio huius
sacramenti sufficit tantum sub specie panis. Item Ambrosius in libro de paradiso
loquitur sub hiis verbis: Cum igitur in cibo neque premium sit, quia esca nos non
commendat deo, neque magnum periculum sit, quia non quod intrat in os coinqui-
nat hominem, sed quod exit de ore, videtur sine dubio tanto auctori non
esse preceptum, nisi hunc cibum propheticum referas, quem pro magno premio
dominus sanctis pollicetur suis: Ecce qui serviunt mihi manducabunt, vos autem
esurietis. Hic est enim cibus in quo vita diffinitur eterna, quo quicumque
fruitur (?) defraudatus morte morietur. Cuiusmodi panis vivus atque celestis
ipse deus est qui vitam dat huic mundo, unde et ipse ait: Nisi manducaveritis carnem
meam et biberitis sanguinem meum non habebitis vitam. Et infra: Quis ille
accipe quem dicat: Panem angelorum manducavit homo. Est enim bonus
panis ipse filius, manducat hunc panem. Denique dicit: Meus cibus est
ut faciam voluntatem dei qui in celis est. Hec Ambrosius. Ubi primo notandum
quod hic doctor sanctissimus et unus ex quatuor columnis ecclesie videtur se fundat
in sacra scriptura et in doctrina Christi. Ita dicit: Cum in cibo neque premium
sit, neque magnum periculum, quia non quod intrat in os coinquinat hominem, sed
quod exit de ore, verba sunt Christi per Matheum, ubi manifeste fundat
intencionem suam in dicto Christi. Deinde notandum est quod dicit: Videtur sine
dubio tanto auctori non esse preceptum, ubi dicit sine dubio omnem ambiguitatem

concludens non esse preceptum. Tercio notandum est et dictis supra, quod si intelligatur
preceptive, quod illud spiritualiter intelligendum est et de spirituali manducatione, ut patet per
totum residuum quod sequitur. Nisi hunc textum ad illud propheticum referas etc. /
Item beatissimus vir Jeronimus ut supra sunt allegata loquitur de duplici carne Christi Jeronimus
videlicet spirituali et divina de qua intelligitur illa auctoritas: Nisi manducaveritis etc. Et de
ea que crucifixa est et sepulta, que ut fides katholica tenet est vere et realiter
et in propria persona ipse Christus in hoc sacramento, et non spiritualiter tantum. Item idem beatus
Jeronimus super leviticum ita dicit: De hac quidem hostia que in Christi commemoratione
mirabiliter fit edere licet, de hac vero quam Christus in ara crucis obtulit secundum
se nulli edere licet. Ubi notanter dicit: nulli edere, et nullam mencionem facit de
bibere. Et habetur de consecratione dist. ij de hac. Item idem post in quodam sermone
dicit: Singuli accipiunt Christum dominum, et in singulis porcionibus
totus est, nec per singulos diminuitur, sed integrum se prebet per
singulos. Et habetur de consecratione dist. ij Singuli. Item Augustinus in epistola ad Hemmundum Augustinus
Christus panis est de quo qui manducat vivet in eternum et de quo ipsemet
dicit: Panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita. Et habetur de
consecratione dist. ij Christus. Idem in sermone de verbis domini. Et habetur in glosa prima
ad Corinthios x°. Non ergo timeamus fratres manducare panem istum, ne forte fi-
niamus, id est consumamus illud. Et propterea quod manducemus non invenimus /
niamus id est confirmamus illud. quia surrexit occisus, nec quando
manducatur Christus, vivit manducatus. Et quod est in sacramento sic fit, et noverint
manducantes fratres de illo facimus. Et quod est in sacramento sic fit et norunt
fideles quemadmodum manducent carnem ut corpus Christi. Et supra post
3a idem dicit: Judei pascebantur tamquam de pane domini et nos de
carne domini pascimur quia corpus ipsius manducamus. Et Augustinus in predictis
omnibus salutem facit mencionem de pane et non de potu. Item Hylarius Hylarius
dicit. Et habetur de consecratione dist. ij Si non sunt tanta peccata ut quis excommunicetur
non se debet a medicina corporis domini nostri Jhesu Christi separare. Item idem
de Trinitate. Et habetur de consecratione dist. ij In Christo pater et Christus in nobis
est unum in hiis nos esse facit. Si vero carnem corporis nostri Christus as-
sumpsit. Et vere ille homo Christus est. Nosque in illo mysterio carnem corporis
sui sumimus et per hoc unum erimus quia pater in eo est, et Christus
in nobis. In quibus solis Hylarius nullam de potu facit mencionem. Quamvis
plura longum esset narrare antiquiorum sanctorum doctorum dicta per quos
videtur animo inniti sufficientiam communionis sacre sub una specie. Sed
iam oculos nostros dirigamus ad doctores posteriores, qui tamen nostris
et quasi noviter per plura centena annorum processerunt, quorum dicta
et sentencie sequuntur in hunc modum /
Inprimis igitur occurrit antiquissimus doctor et summus pontifex In- Et sicut dicta
nocentius in tractatu de officio misse particula quarta de sacramento doctorum posteriorum
Innocencius eukaristie, cum utrum panis sine vino vel aqua valeat consecrari quasi nobis et novi
Ubi inter cetera sic loquitur: Si vero vinum inveniri non possit vel aliquo casu tate istud per plura
defuit, credunt utrumque nunc ut casu cogente sola panis materia possit in annorum centena
eukaristiam consecrari, sicut sub sola panis specie debet eukaristia servari processerunt /
et infirmis concludi. In hiis etiam rogamus in quibus alicubi invenimus

non potest licite potest alterum sine altero consecrari, unde enim ignorantia
que necessitas vel negligentia quam facultas excusat. Hec Jmmo. Jn quibus v-
bis hic doctor affirmative pariter probando quod sub sola panis specie debet eukaristia
servari, secundum quod in hiis regionibus in quibus alterutrum inveniri non potest licite
possit alterum sine altero consecrari, que nullo modo potest stare in veritate
Alexander de Hallis — sub utraque specie erit de precepto christi. Item Alexander de Hal doctor antiquus
solempnis et profundus in doctrina divina pietate et scientia, et sancte vite
magneque auctoritatis in tota scola theologorum. Jn quarta parte sue summe
de materia sacramenti eukaristie querit, Utrum liceat corpus christi sumere sub
specie panis tantum, sine sub specie vini. Et videtur ad illud dubium dicit
quod est christus integre sumitur sub utraque specie, ideo licet christum sumere sub specie
panis tantum, sicut fere fit alicubi ubique in ecclesia. Et autem dicunt Ca-
nones Comperimus Jnterius de consecratione. Ecclesia autem illud sacramentum
dispensare consuevit sub specie panis tantum propter periculum effusionis quod facile
accideret si sub specie vini dispensaretur. Denique propter vitium infidelitatis quod
si non modicum in multo simplicitate mentibus ingereret si ipsum sub speciebus panis
et vini daretur, possent enim simplices credere quod christus non contineretur sub
altera specie, sicut contigit quibusdam. Unde aliquibus religiosis appetentibus
cxiii — et instantibus ut sub utraque specie sumerent sacramentum hoc, sacerdote quo-
dam pro celebrante cum faceret fractionem, continuo patena tota visa
est repleri sanguine, ad quod obstupuerunt ipsi et circumstantes. Sed
cum contingeret sacerdos partes hostie, totus ille sanguis visus esse
rediisse, et sic petitioni et temptationi illorum fuit penitus satisfactum.
Et in sexto suo super Johannem ubi exponens illud Johannis vi Nisi
manducaveritis carnem filii hominis dicit quod solus sacerdos communicat
Albertus magnus — sanguini Reliqui non scilicet non sacrificantes communicant corpori. Item Albertus
magnus summus philosophus et maximus theologus sancte vite qui et in
vita et post mortem claruit miraculis. Jn tractatu de corpore christi
dicit. Hoc est quod dicitur primi Regum ii capitulo Jn desiderio populi huius
cibum desiderantis dimitte me obsecro ad unam partem sacerdotalem
ut comedam buccellam panis. Unica enim et singularis pars sacerdotalis
est hostia corporis christi ad quam populus admittitur ut buccella corporis
domini satietur. Et consequenter subdit figuram unius speciei in tribus satis dicens.
Et hec est figurata Genesis 18o ubi dicitur. Cum abraham sederet in
hostio tabernaculi sui, vidit tres angelos descendentes per viam
quibus tria sata farine simile permixta pani fecit in subcinericios
et azimos panes. Hec Albertus. Per que innuit laycos solum
ad unam speciem esse admittendos, eo quod de vino nullam facit mentionem.
Item idem Albertus magnus tenuit et tradidit quod ecclesia possit dispen-
sare cum sacerdotibus in partibus in quibus vinum non reperitur quod cum
sola hostia posset conficere. Cuius verba in propria forma sunt hec que
sequuntur et habentur in tractatu de officio misse circa finem. Ad hoc at-

quod communicare de tertis

quod quintum de terris in quibus vinum nullomodo possit haberi dicendum
videtur quod de hoc consultacio ad eundem etiam haberi deberet quid sit agendum
tamen propter intollerabile dampnum animarum quod incurrit de sacramenti
defectu videtur michi esse cum talibus dispensandum ut corpus christi sine
calice habeant et consecrant sacramentum / Tercia sicut patet per auctoritatem
Corpus non est sine sanguine et anima et deitate / Quamvis non sit ibi
sanguis ex virtute consecracionis et sacramenti / Hec Albertus / Item
beatus Thomas discipulus eiusdem Alberti qui fuit excellentissimi inge-
nii ymo potius angelici quam humani diligentissimi studii humilimi
intellectus et omni animo spoliatus mirabili passione vite suffulte quia
scienciam suam plus oracione et meditacione quam studio et leccione a deo pro-
meruit / Quociens enim studio dei disputare legere scribere vel dictare vo-
lunt prius ad oracionis secretum accessit et inde surgens memor fu-
it in promptu quod scriberet vel dictaret quasi in libro aliquo didicisset /
hic doctor cum quadam nocte oracioni insisteret sancti apostoli Petrus et Pau-
lus ipsum de textu dubio scripture prophetice plenissime instruxerunt
Cuius doctrine et vite sanctitati testimonium perhibuit / Nam
postquam edidit officium corporis christi et scripserat materiam in tercia
parte huius dignissimi sacramenti orante ab ymagine crucifixi talis
vox emissa est / bene scripsisti de me Thoma / quam ergo recipi-
es pro tuo labore mercedem / Et respondit sanctus Thomas / Domine non
aliam mercedem recipiam nisi teipsum / Audiamus igitur quid talis et
tantus doctor dicat in ista materia / Dicit ipse in tercia parte questione 80
articulo 12 Movet in forma articulum et in responsione ad illum articulum
sic videtur / Circa huius sacramenti usum duo possunt considerari unum ex parte
ipsius sacramenti aliud ex parte sumencium / Ex parte ipsius sacramenti
convenit quod utrumque sumatur scilicet corpus et sanguis / quia in utroque consistit
perfectio sacramenti / Et ideo quia ad sacerdotem pertinet hoc sacramentum consecrare et
perficere nullomodo debet corpus christi sumere sine sanguine / Ex parte autem
sumencium requiritur summa reverencia et cautela ne aliquid acci-
dat quod vergat in iniuriam tanti misterii quod precipue posset
accidere in sanguinis sumpcione qui quidem si incaute sumeretur / de
facili posset effundi / Et quia crescente multitudine populi christiani in qua
continentur senes et iuvenes et parvuli quorum quidam non sunt tante dis-
crecionis ut cautelam debitam circa usum huius sacramenti adhibeant
ideo provide in quibusdam ecclesiis servatur ut populo sanguis sumendus
non detur sed solum a sacerdotibus sumatur / Hec ille / Ad raciones vero quas
adducit in oppositum redditur ut sequitur / Et primo ad auctoritatem Gelasii que
habetur de con. dist. ii / Comperimus dicit quod Gelasius papa dicit hoc quantum
ad sacerdotes qui sicut toti consecrat sacramentum ita eciam toti communicari
debent ut eciam legitur in concilio Toletano / Quale erit sacrificium
ubi nec ipse sacrificans esse demonstratur / Ad 2m de perfectione huius sacramenti
dicit quod perfectio huius sacramenti non est in usu fidelium sed in consecracione
materie

b. Thomas

Et ideo nichil derogat perfectioni huius sacramenti si populus sumat corpus
sine sanguine dummodo sacerdos consecrans sumat utrumque ¶ Ad 3m
de representatione dominice passionis dicit quod representatio dominice passionis
agitur in ipsa consecratione huius sacramenti in qua non debet corpus sine sangui-
ne consecrari. Potest autem a populo corpus sine sanguine sumi, nec exinde ali-
quod sequitur detrimentum quia sacerdos in persona omnium sanguinem offert
et sumit. Et sub utraque specie totus christus continetur ut supra habitum est.
Hec sanctus Thomas in scriptis suis. Item idem in [illegible] super Joh. dicit
propter periculum effusionis in aliquibus ecclesiis servatur ut solus sa-
cerdos communicet sanguinem reliquis vero corpus. Nec tamen est contra sacramentum
domini quia qui communicat corpus communicat et sanguinem, cum sub utraque specie totus
christus contineatur, eciam quantum ad corpus et sanguinem. Sed sub speciebus panis
continetur corpus christi quod vi conversionis, sanguis vero ex concomitancia. Hec ille.
Ecce et paulo superius declaratur quid intelligatur per illud quod dicit
In plerisque locis. In quibusdam ecclesiis dicit ubi ministri altaris communicant et
corpore et sanguine christi communicat. Per que verba manifeste declaratur quod tempore
suo in nulla ecclesia laycus communicabat sub utraque specie nisi solum ministri
altaris et hoc solum in quibusdam et non in omnibus. Item Petrus doctor in
scripto super quartum sententiarum dist. xij sic arguit uno argumento. Communicacio corporis
domini et sanguinis equaliter debetur omnibus membris christi, sed aliis datur corpus
christi sine sanguine, ergo sacerdos salve a sumptione sanguinis abstinere potest.
Respondet prefatus doctor quod perfectio huius sacramenti in utroque consistit. Et ideo
sacerdos celebrans qui altero tantum sumeret imperfecte sacramentum perageret. Unde
reus sacrilegii secundum canones iudicatur De con. dist. ij Comperimus. Secus
autem est de aliis qui istud sacramentum percipiunt quia eis subtrahitur sanguis
propter effusionis periculum. Unde et sacerdos et in parasceue qui non consecrat
corpus sine sanguine sumit. Item sanctus Thomas in quarto dist. ix q. ij in re-
sponsione ad 3m articuli primi articuli ita dicit ¶ Ad 3m dicendum quod populo non
datur sanguis propter periculum quia facilius una gutta sanguinis laberetur
quam aliqua particula corporis. Unde ministris altaris secundum consuetudinem aliquarum
datur pro purificatione sanguinis. De quibus presumitur quod in talibus magis sint
cauti. In lege eciam veteri in libaminibus nichil habebant offerentes sed
soli sacerdotes per que significabatur potus huius sacramenti. De sacrificiis autem
habebant quibus significabatur cibus huius sacramenti. Hec sanctus doctor. Item idem
doctor in alio loco dicit quod laycis debet dari sumptum vinum non consecratum
aut aqua pro ablucione, non tamen propter misterium aliquod sed ut lavetur os a su-
mento ne remaneat aliquid reliquie eukaristie infra dentes vel in
gingivas et eciam ut non sputet hostiam in ore propter maleficium exercen-
dum ut exemplum fuit tempore beati Ambrosii quo in trunco apum hostia consecrata
per unam mulierem fuit iniecta et abscondita ut apes augerentur. Et ultra
dicit quod sacramentum semel in die sufficit communicare. Aliis autem probatis et perfectis
sufficit de octava in octavam. Qui autem populo qui non est occupatus cum
tamen magna devocione ad minus semel in anno. Et consequenter dicit.

Sacerdos porriges aliis eukaristiam sub una specie post illa vel similia verba proferre Corpus et sanguis domini nostri Ihesu Christi proficiat tibi in vitam eternam et non solum corpus domini nostri Ihesu Christi et dans vinum simplex pro ablucione dicit ut potest dici In nomine domini nostri Ihesu Christi amen ¶ Longum esset replicare verba et loca quibus in quibus dictus doctor hanc veritatem fidei katholice ex proposito et intencione prosequitur ita in sermonibus de corpore Christi sermone 2o ad longum spacium et quasi per medium sermonis sub tali titulo ¶ Secundo quomodo quare plebs non recipiat sanguinem sicut sacerdos sub specie vini prosequitur videns et assignans triplicem racionem quas ibidem deducit ad longum Vide in compendio theologice veritatis et in questionibus de sacramentis et in multis aliis locis quo ad presentem doctorem Igitur pro parte dicte allegatorum sufficiat ¶ Item dominus bonaventura doctor utique devotissimus et sancte vite promeruit sancte et doctrine qui eciam miraculis claruit dicit distinctione XI quarti sententiarum dicit sentencialiter Duo sunt circa hoc sacramentum consideranda primum est eius efficacia secundum est eius significancia et sic aliquid potest esse de integritate ut de perfectione huius sacramenti dupliciter primo modo quo ad efficaciam scilicet illud quod ex parte sacramenti requiritur ad totalem efficaciam eius et neutra species est de integritate sacramenti sed quelibet consecrata est ex opere operato sufficit sine alia ad causandum totalem sacramenti effectum Et hoc ideo quia efficacia sacramenti non est in racione signi sed racione contenti sub sacramento Idem autem per omnia continetur sub utraque specie et secundum eundem modum existendi nec plus sunt quam sunt utraque specierum quam que sunt alterius tantum Ut dicit Magister distinctione X quarti Unde sicut sub speciebus panis est totus Christus cum corpore anima sanguine et deitate ita sub speciebus vini est totus Christus cum omnibus eisdem et secundum eundem modum existendi Et sicut sub speciebus panis dictus est presentia quantitati ita sub speciebus vini Et sicut hic anima informat corpus sic et ibi Et sic hic sanguis est inclusus intra venas corporis ita ibi sub speciebus vini Et ita in modo existendi nulla est diversitas hic et ibi Forma in conversione sit diversitas Forma panis convertitur tantum in corpus et cetera sunt ibi concomitante Alio modo aliquid est de integritate sacramenti quantum ad eius significationem scilicet illud quod requiritur ad totalem et completam illius sacramenti significationem hoc modo ambe species sunt et quelibet earum est de integritate et perfectione sacramenti eo quod per ambas et per nullam earum seorsum sufficienter ac complete exprimitur huius sacramenti significacio quod sic patet hoc sacramentum fit Christum ut intinctum propter refectiones sepiusque communicantes sacramentaliter Sed cum perfecta refectio corporalis ut communiter fiat sine miraculo non fit in pane solo aut in vino solo sed in utroque non potest una species sola significare Christum ut perfecte reficientem sed una significat eum per modum cibi reficientis racione corporis sui et alia per modum potus racione sanguinis Ambe vero simul sunt complete significant quod requiritur ad integritatem signi huius sacramenti

Bonaventura

Et dico notanter ut quilibet seu sine miraculo quia in sanctitatibus Christi quibus
plura miracula quinque panibus et duobus piscibus saciavit et plures plene
ac perfecte sunt refecti sine potu. Tercio ad argumentum primum respondendo dicitur Et
si totus sub utraque specie continetur non tamen per alteram perfecte significatur Et ideo
fideles perfectum sacramentum recipiunt quia ad efficaciam recipiunt Sed quantum ad
significacionem sufficit quod etiam fiat in corpore principali Subdit sicut oportet quod
ipsi recipiant sub speciebus vini propter periculum effusionis et erroris Hec ille. Ve-

Petrus de Tharantasio

nerabilis petrus de Tharantasio doctor excellentissimus summus Romanus
pontifex et sancte ac devote vite dist. xi 4ti. Cum enim in isto sacramento sit res
significata scilicet significacio pertinet ad sapienciam et racio cause seu causalitatis pertinet
ad graciam Et quia gracia est aliis necessaria Ideo aliis traditur sub una specie propter
cionem calicis [illegible] sub qua cum maiori cautela sine reverencia potest tradi Sed
sapiencia non est sic aliis necessaria Ideo a solis maioribus a presbiteris ut ministris
altaris sumitur sub utraque specie quia maiore reverencia sumunt sicut Hec ille.
Venerabilis Richardus de media villa doctor profundus et magne auctoritatis

Richardus de media villa

in scolis, dist. xi 4ti dicit Communiter non debet hoc sacramentum tradi populo
sub utraque specie propter periculum effusionis sanguinis et etiam propter periculum er-
roris ne scilicet simplices crederent Christum non esse totum sub utraque specie.
maioribus tamen in quibus neutrum istorum periculorum probabiliter continetur
sub utraque specie dari potest non tamen maiorem efficaciam recipiunt illi qui-
bus datur sub altera specie tantum quam illi quibus datur sub utraque co-
quod sub utraque specie totus Christus continetur. Proprio tamen sub utraque specie
fit ad expressiorem misterii significacionem. Venerabilis Nicolaus de lira Insignis ex-

Nicolaus de lyra

positor sacrarum literarum, meo iudicio post doctores antiquos excel-
lentissimus et bone vite tractans illud Iohannis vi° dicit Nisi man-
ducaveritis etc dicit Non est intelligendum hoc quod hoc sacramentum sub utraque
specie fidelibus sit exhibendum sed tamen hoc modo a sacerdotibus est sumendum.
licet enim in primitiva ecclesia simplices sub utraque specie communicarent tamen
postea provide ordinatum est ut non communicent sub specie vini propter periculum
effusionis. Et quia sub specie panis accipitur quodammodo sanguis in-
quantum continetur ibi quia sub utraque specie est totus Christus aliter tamen et
aliter quia sub specie panis est vera caro Christi virtute sacramenti cetera vero
sunt ibi per concomitanciam et eodem modo sub specie vini est sanguis Christi
ex vi sacramenti cetera vero sunt concomitanter. Et ibidem dicit quod sacrificium
eukaristie non solum proficit sacerdoti sumenti sed etiam toti ecclesie et
etiam illis qui sunt in purgatorio Cum enim res est quod eukaristia non
est tantum sacramentum sed etiam est sacrificium ecclesie representativum quo Christum
passum, et ideo proficit omnibus fidelibus. Si sumatur quod a la-
ico tunc proficit sibi soli sumenti quia offerendo eius est non offerre
sacrificium sed tantum suscipere sacramentum. Et super illo Apostoli prima ad Corin-
thios xi° probet autem seipsum homo dicit idem. Hic fit mencio de utraque
specie tamen in primitiva ecclesia sic dabatur fidelibus sed propter periculum ef-
fusionis sanguinis non datur nisi sub specie panis. Sacerdos

tamen celebrans accipit sub utraque specie non tamen pro se sed pro aliis. Hec ille.
Item dominus Petrus de Palude patriarcha Ierosolimitanus doctor utriusque magnus magi-
ster et profunde scientie et sancte ac devote vite in quarto sententiarum dist. xi parte dicit: — Petrus de pal[ude]
Secunda questio est quod non debet dari populo sub utraque specie sed solum sub specie pa-
nis propter periculum effusionis. Sicut olim offerentes edebant de sacrificiis et obla-
tionibus que erant in mensa solida, sed soli ministri de libaminibus que erant
liquida. Ecclesia tamen communicat carni et sanguini, et in quibusdam ecclesiis est
consuetudo quod communicat sub utraque specie. Nec est periculum, et quando mos erat
tunc non erat. Et ita caute in multis ecclesiis fuit mos [illegible] quod
non effunderetur. Sed si vulgo indifferenter daretur, esset magnum periculum. Item
Scotus qui per altitudinem et subtilitatem doctrine antonomastice nomen — Scotus
doctoris subtilis in scolis obtinuit. In quarto sententiarum dist. viii. In illa
ratione utrum sacramentum a Christo institutum possit recipi dicit in summa quod
sacerdos postquam consecravit huius [illegible] mandatum ecclesie ad hoc
ut percipiat utrumque; laycus autem non habet aliquod mandatum et statutum
ad hoc quod utrumque percipiat, et ergo non est necessarium. Hec ille. Item Thomas
de Argentina doctor valde profundus et magne auctoritatis in scolis super — Thomas de Argentina
quarto dist. viii dicit: Sicut sacerdos in die parasceves celebrando non debet
uti vino consecrato ex statuto ecclesie, sed sola hostia reservata in
precedenti die, nec obligatur ad consecrandum et sumendum sanguinem sub specie vini
tali die; sic nec laycus pro preceptis communionis corporis Christi tenetur ad sumptionem
sanguinis, sed potest sumere vinum non consecratum. Hec ille. Et idem in alia
questione dicit: licet in passione domini sanguis separatus fuit a corpore usque
ad horam qua surrexit a mortuis, et si in medio tempore fuisset consecratum
corpus Christi fuisset corpus sine sanguine, et si calix fuisset consecratus fuisset
sanguis sine corpore. Et postquam resurrexit sanguis unitus est corpori et in
sempiternum sic manebit. Et propterea licet unus recipiat sanguinem et corporis
Christi sub utraque specie panis et vini recipiens hoc totum corpus Christi et
totum sanguinem recipit. Ideo quando populo fit communio tunc ecclesie utrumque
corporis et sanguinis Christi datur sub specie panis tantum, et hoc propter periculum
distillationis sanguinis quod posset accidere si sub specie vini rudi et impe-
tuoso populo traderetur sacrum sanguinis. Et contra arguit pro utraque spe-
cie: sanguis per modum potus solum datur sub specie vini. Igitur cui-
libet christiano sanguis Christi debet dari sub specie vini ne privetur vita spiri-
tuali. Respondeo: cum datur corpus Christi illi datur spiritualis refectio per modum
cibi et potus quantum ad rem significatam licet non quo ad speciem significan-
tem. Et contra arguit: Omnis ordinata refectio de qua in lege est et
sine miraculo datur per modum cibi et potus, sed istius sacramenti communio est
quedam ordinata refectio, igitur debet dari per modum cibi et potus. Respondeo quod qui
digne recipit, recipit corpus Christi sub specie panis vere manducat
eius carnem et bibit eius sanguinem, quamvis hoc non fiat ita sub proprio
signo expresso sicut si reciperet illud sub speciebus vini [illegible] corpus

sub speciebus panis est anime spiritualis cibus et potus hec ille Item
ibidem arguit sic Si sub speciebus panis haberetur sanguis xpi tunc
vanum iterum sacerdos consecraret calicis sanguinem contra quod frustra
ordinatur aliquis actus ad finem quod de facto habetur realiter Respondeo quod
ideo distinctim et divisim est consecracio sanguinis ut expresse sig-
nificetur quod in xpi passione sanguis per effusionem fuit separatus a corpore
ergo sanguis xpi concomitanter sit sub speciebus panis / sub quibus
corpus est unitum sanguini ex vi sacramenti propter eam causam significandam
Idem sanguis ex vi sacramenti est sub speciebus vini / et corpus concomitanter
et ideo non est frustra quia ille actus ordinatur ad sanguinem esse aliquo
ex vi verborum sacramenti panis hec ille Ad idem est Hugo primus postilla-
tor totius biblie Item Gorram et pene quotquot scripserunt super
evangelia / et super Matheum / Item quidam doctor Anglicus
solempnis et valde profundus dictus Consistrae super glo dist ii ita dicit
Continue inquit / Ecclesia non dat populo corpus xpi sub speciebus vini sed
sub speciebus panis vel simul sub utraque (Item / aliquando assignatur ra-
cio una quam tangit Julius in de con dist ii alia est propter periculum / Sanguis
cum celebrent quando cum hostia scilicet quod ex lege et in sacrificiis offere-
bant libamina / de libamine autem nichil sumebant offerentes sed in
sacerdos licet de sacrificiis sumerent / et ideo ut innotesceret congrua vi-
tas signo de sacrificio scilicet de corpore xpi sic sub specie panis datur populo sed
sub specie libaminis non hec ille / Quamvis plura longum esset docto-
res aliis theologicis in hoc loco enumerare et inviniscimus summam
pressam in hac materia replicare Sed iam ad doctores iuris canonici
accedamus Quorum summas breviter perstringemus Dicit glo de con
dist ii de con et presbiter super verbo celebrare Sed hoc patiatur Ita dicit
Sanguinem non percipit sumere quod opus esset minima cautela in con-
servanda Item eadem glo de con in ca Comperimus super verbo aut
integre dicit Et hoc intellige de conficiente Nam infirmus
vel sanus in necessitate sine vino corpus sumere potest ad quod confirmandum
adducit dicta glo tres solempnes doctores et antiquos videlicet
Hugucionem / Laurencium et Johannem vlt iude / Item Archidiaconus in c dist
in c presbiter addit ad glosam predictam allegatam decretis adde preterea non
opus est quia ubi est corpus ibi est sanguis Item idem in c
Comperimus hanc materiam ex dictis petri de Tharantasio hoc modo
declarat dicens ad huius declaracionem quod in hoc sacramento est res signum et
racio cause / significacio pertinet ad sapienciam sed caritas ad graciam quoniam
gracia quantum omnibus est necessaria sed non sic sapiencia / Efficacia vero causalis
est sub utraque specie sed non sufficiencia Ideo sub altera specie omnibus confer-
tur quod potest tradi cum reverencia et cautela maiori / a maioribus vero in
temporibus et ministris fuit sub utraque specie hec Archidiaconus
Ad idem est Johannes in summa Confessorum et Astexanus in summa sua
Item Rudolphus in pastorali suo novello in metris de hoc

Hugo primus postillator biblie / Gorram

doctor Anglicus dictus Consistrae

Breviter doctores iuris Canonici

eadem materia loquens ita dicit Hic et ibi cautela sit hec Ne presbiter egrotanti sa-
nus tribuat laycis de sanguine xpi Nam fundi leuiter posset simplexque
putaret quod non sub specie vini esset totus … vterque sed facit hic aliter
nouitatum generacio mater

Attendant igitur queso opponentes huius veritatis tenentes et libera racione
diiudicent que … doctores ex proposito et ex intencione
in materia loquentes peritiores in condicionibus superius enumeratis usque ad
supplicium generale Comparabit ne quis Jacobellus primus huius consue-
tudinis ecclesie effractor et princeps huius nouitatis in regno bohemie
inuentor in profunditate ingenii in excitacione studii in humilitate
iudicii in immunitate vicii et passionis in sanctitate vite in reuelacionibus
et inspiracionibus diuinis in intellectu diuinarum scripturarum in percepcione diuine
voluntatis in cognicione veri prophetatis tot et tantis sanctissimis et
profundissimis doctoribus quorum doctrina et vita fulget ecclesia vt sol et
luna Vbi queso prophetati Jacobelli miracula vite sanctitate testancia
Vbi gradus magistralis seu doctoralis vel potius scripta et opera suffi-
ciencia doctrine sue declarancia Mira res vtique et non mira Non
mirum est quod vnus homo decipitur in temporibus sensu sed mirandum quod post
se trahit innumeram multitudinem fidelium Mirandum vtique et dolendum quod
tam gloriosum et nobile regnum deserta vniuersali ecclesie consuetudine v-
nius heresis nouitate sequi voluit Ecce tot doctores tam sanctissimos
in vita et tam in doctrina et sciencia diuinarum scripturarum profundissimos qui
ex proposito et intencione ac in propriis terminis sole clarius veritatem declarant et
determinant sententiam adduxi et adduco in medium Det michi Magi-
ster Johannes siue pars aduersa a tempore quo xpus instituit hoc sacramentum
vsque in presentem diem vnum doctorem fidelem qui ex proposito et ex intencione
mouit in libris aut in scriptis siue in dictis suis hanc questionem
in forma siue in sensu vtrum in communione laycorum vtraque species scilicet pa-
nis et vini sit de necessitate salutis et de precepto xpi Et quod determinet
pro parte aduersa tamen tot et tantos et tam sanctissimos viros et in
diuinis scripturis profundissimos doctores in loco presenti per me ad-
ductos et offero me ad subeundum carcerem primam et penam corporalem
dictandam et infligendam per hoc sacrosanctum concilium in spiritu sancto legitime
congregatum nec apud partem aduersam dicti sancti doctores per me
hic inducti presentes et quorum libri hic in oculis omnium sunt reuolu-
ti possunt aut debent haberi suspecti quouismodo Cum omnes per longa annorum
spacia hanc nouitatem precesserint alii pene per ducentos annos immo
per plures vt Innocentius alii vero per ducentos vt Allexander de hales Al-
bertus magnus sanctus doctor Bonauentura alii per centumquinquaginta
et alii per centum Nullus est qui adminus non precessit per quinquaginta
annos Et nam vtique vita et doctrina eciam in regno inclito bohemie et
in vniuersitate pragensi ante hoc disturbium claruit et in magna vene-
racione habiti sunt

Conclusio ex auctoritatibus dictis

~~[...] probacio principalis~~ omnibus

Sexto principaliter predicta veritas racionibus probatur et quibusdam persuadi
potest atque videtur ex suppositione fidei ecclesie et doctrine sanctorum
et primo sic. Prima racio. Omnis substancia habens omnem perfectionem et virtutem sub uno
accidente sicut sub pluribus et nichil perfectionis aut veritatis aut virtutis
sine effectus ab accidentibus recipiens dummodo talis substancia sub una accidente accipitur
non est necesse quod sub pluribus accipiatur sine Christi precepto sive statuto ecclesie.
Sed Christus est substancia omnem perfectionem et virtutem habens et continens sub uno
accidente id est sub specie panis vel eciam vini. Igitur si accipitur sub uno
accidente scilicet panis non est necesse quod accipiatur sub pluribus nisi obstaret Christi pre-
ceptum vel ecclesie statutum. Antecedens patet per illud 8m philosophorum ubi dicitur frustra
fit per plura quod bene potest fieri per pauciora. Nec hoc eciam dico est precepto
Christi nec patet de statuto ecclesie. Minor eciam patet quia si Christus non haberet omnem
perfectionem sub uno accidente sicut sub alio tunc Christus sub uno accidente
non esset perfectus et quod ab accidentibus aliquam acciperet perfectionem quod nemo
sane mentis dicet. Secunda racio. Si sacerdotibus quibus convenit communicare sub una
specie tantum sine peccato licet a fortiori laycis, sed de facto sacerdotibus in sexta
feria Parasceues ex statuto ecclesie convenit sic ut premittitur communicare. Igitur
et laycis licet per regulam topicam Si illud quod minus videtur inesse inest
tunc et illud quod magis. Statuit autem Innocentius papa eukaristiam ea die
tenere reservari sub specie panis pro fidelibus communicandis et ad implendum
officium sequentis diei in quo sacramentum non conficitur. Causa autem a doctoribus
assignatur quia in predicta sexta feria sanguis fuit effusus de corpore domini
et divisus a corpore realiter. Unde non propter illa die que ex se et toto
officio predictam divisionem commemorat per huiusmodi species visibiles designari
et propter et eadem in die sumit sacerdos sacramentum tantum sub specie panis ex
reservatum potius in persona ecclesie tamquam qui ad significationem. Item quia sicut
in veteri lege in sancto tabernaculo quod dicebatur sancta sanctorum semel in anno
solus pontifex intrabat non sine sanguine quem offerret pro suis et
populi ignorancia ut ait apostolus ad Hebreos 9o. Sic ad concludendum quod
ea die solus non sumit sacerdos dominus Ihesus Christus intrat per proprium
sanguinem de quo apostolus ibidem. Christus assistens pontifex futurorum bonorum
per amplius et perfectius tabernaculum non manu factum id est non huius creationis
neque per sanguinem hircorum aut vitulorum sed per proprium sanguinem
introivit semel in sancta eterna redempcione inventa. Nullus ea die
celebrat. Unde Rabanus de institutione clericorum c. 61. In hac die sacra-
menta penitus non celebrantur sed intercia die eukaristiam consecratam
peracto officio lectionum et oracionum et sic crucis salutacione resumunt.
Tercia racio. Si porcio communicacio layca sub utraque specie esset de necessitate
salutis sequeretur quod omnes sacerdotes et layci a tempore quo huiusmodi communicacio
sub una specie cepta fuit peccassent mortaliter et per consequens quod essent dampnati
quod est error manifestus quia sic sanctus Ambrosius Hylarius Iheronimus
Augustinus Gregorius et alii innumerabiles sanctissimi presbiteri essent dampnati quod pie
aures expandere perhorrescunt. Assumptum patet primo de sacerdotibus quibusdam

q obligabantur ipso ministrare hoc sacramentum sub utraque specie ex divino precepto et
hoc facere neglexerunt ymmo facere noluerunt et sic plures privaverunt iure suo quod
habuerunt in tali sacramenti perceptione et impedierunt salutem ipsorum quod non
potuerunt sine gravi et mortali peccato facere. Sicut spoliare homines a rebus
aut iure quod est in alicuius possessione est peccatum mortale quanto magis spoliare
quemquam sua salute aut iure suo quod est in perceptione tante rei. Item
non solum sacerdotes non ministrabant aut subtrahebant ipso tantum sacramentum
sed etiam docebant plures quod sufficiens est sic sub una sola specie communicare nec tene-
bantur aliter. Et in hoc supposita opinione adversariorum pro veritate docebant
errorem contra divinam legem et faciebant gregem sibi commissum in tam magnis
et arduis rebus periculosissime errare quod utique facere non poterant
sine gravissimo peccato mortali. Sicut si prelatus doceret gregem sibi commissum
quod fornicari esset licitum aut seipsum in propria auctoritate indifferenter vindicare
et talia que sunt erronea sunt. Similiter layci si fuissent obligati
ad utramque speciem peccassent mortaliter non faciendo diligentiam nec petendo id quod
sibi ad salutem competebat. Sicut non excusatur laycus si non sit baptizatus
nec petit baptismum et quamvis tenetur facere diligentiam ad illud id sine quo
salvari non potest. Et patet quia Omnis enim qui peccat aut peccavit mortaliter
nec saltem in extremis positus confitetur aut conteritur talis profecto inter dampnatos
computatur. Manifestum est autem quod a multis temporibus et annorum a quibus
predicta communio sub una specie introducta est nullus status sacerdotum sic layis
eis ministrantium sive etiam ipsi layci sic accipientes contriti sunt aut confessi
de huiusmodi ritu quod peccassent mortaliter et sic omnes essent dampnati. Et per consequens
omnes patres nostri et bohemorum et qui nos et illos in regno bohemie
precesserunt essent dampnati et eternis ignibus et penis deputati quod nec ipsi
nec aliquis sane mentis assereret. Et sic utique pro huiusmodi defunctis non esset
orandum nec alia suffragia essent pro eis facienda. Et per consequens posteri
quorum sub utraque specie asserentes pro parentibus exorare non deberent orare
nec aliqua alia opera pietatis exercere quod credo non solum apud nostros ka-
tholicos sed etiam apud ipsos adversarios impium esset asserere et audire. Pro
sufficit dicere quod predecessores salvati sunt per unam speciem quod notitiam scrip-
turarum non habuerunt. Si enim eorum scripture aperte sunt et revelate non
sufficit sub una specie tantum sed sub duabus communicare quod nullus excusatur per
ignorantiam aliquam quod de necessitate salutis tenetur. Et specialiter ea que credenda
sunt explicite vel expresse in sacra scriptura posita sunt. Ignorans enim
ignorabitur. Et sequitur quod eadem de causa omnes pagani et infideles
essent salvandi patet quia ignorant baptismum etc. de necessitate salutis mandata dei
articulos fidei et sacramenta alia que necessaria sunt de necessitate salutis et dicuntur
esse. Item omnes persequentes et occidentes xpianos propter nomen xpi puta-
tes se obsequium prestare deo essent immunes a peccato quia propter ignorantiam
putant se bene facere de quorum numero quondam fuit paulus apostolus qui con-
tumeliose de seipso ait prima ad thimotheum primo qui prius fuit blasfemus
et persecutor contumeliosus sed misericordiam dei consecutus sum quod ignorans feci in

incredulitate Vbi manifeste dicit se fuisse blasfemum et contumeliosum
licet ignorans fecit et nisi fuisset misericordiam consecutus utique ignorancia non
excusasset eum / Similiter si prelatus doceret populum suum quod Christus non esset deus
sed pura creatura et plebs crederet sic / certe non excusaret a gravi peccato Sic
etiam ignorans fornicationem esse prohibitam lege divina non propter hoc si forni-
catur excusatur a peccato mortali ¶ Ad confirmationem huius facit illud quod
Ewangelii Si cecus ceco ducatum prestet ambo in foveam cadunt /
Propter ergo eos de novo factum aut quod presbiteri et antecessores eorum in regno
Bohemie qui fuerunt per multa centena annorum ante ipsos / tamen ignorancia
non excusat eos deceptos esse aut quod ipsi huius novitatis inventores
exstiterunt et perquirunt dampnentur si permaneant agat ¶ Et postea scripture de
quibus adinvisant gloriantur se noviter intellexisse ante multa centena
annorum a sanctis patribus sensum Christi habentibus ipse legitur et et optime
exposite atque intellecte fuerunt / Vetere et optimo fundamento stabilite
et per singula studii affirmate et approbate / qui si necessitatem huius communionis
sub utraque specie in hiis scripturis cognovisset utique statuto ecclesie fu-
isset huiusmodi communicacio assignata / cum oppositum eorum manifeste Non enim veri-
simile est tot sanctissimos viros et sapientes atque totam ecclesiam per tam
grande spacium annorum tam dampnabiliter errasse et hodie in errore
persistere cum ipsa a spiritu sancto regatur / qui eam non sinit errare in hiis per-
tinentibus que necessaria sunt ad salutem ut infra sufficientissimis testimoniis
probatur Preterea si pocius quod sub utraque specie fuisset sub precepto
sequeretur quod deus precepisset aliquid impossibile aliquibus quod est falsum et
derogat divine potestati pietati Unde et Ieronimus excommunicat ymmo iam excom-
municatos demittit in quadam epistola omnes qui dicunt deum aliquid impossibile
precepisse Contrarium patet quia multi homines sunt qui nullo modo nec bibere nec odorare
vinum possunt et precipue nec sub speciebus vini possunt communicare Si ergo omnes essent
precepti sequeretur quod omnes huiusmodi essent in statu dampnacionis quod nullo modo
est dicendum / quia propter impotenciam a natura nullus est vituperandus ut dicit
philosophus in ethicis ¶ Idem eciam accidit de multis infirmis qui sub una
vel altera specie eukaristiam sumentes ipsam deglutire non possunt et si deglu-
tiunt tamen retinere non possunt sed pocius evomunt Unde aut impie aut
imprudenter Christus suum corpus et sanguinem sub duplici specie sumenda precepisset
Impie quidem quia multi qui nequeunt et sine culpa dampnarentur Imprudenter autem
si necessariis huiusmodi casibus providere quod omnis sane et de sapiencia patris non
est suspicandum ¶ Item ad solos sacerdotes pertinet offerre sacrificium secundum illud
ad hebreos 8° Omnis enim pontifex ad offerendum munera et hostias
constituitur Sed vinum et sanguis nunquam offerebatur nisi in sacrificio per
manus sacerdotum in lege veteri / Ergo bone correspondencie figure ad figura-
tum non nisi nova lege debet offerri vinum quod sanguinem Christi representat
nisi in sacrificio per sacerdotes ¶ Item Augustinus in libro qui intitulatur Fundamentum
fidei contra Manicheos Id autem sancta et vere secura est asserere quod in guber-
nacione ecclesie dei salvatoris nostri Ihesu Christi universalis ecclesie consuetudine
roboratum est Cum igitur communio sub una specie consuetudine universalis ecclesie

roborata sit utz ex supius inductis utiqz et vere illa asserere et tenere se:
curum est et oppinionis inseruire Item beatissimus Jo. scribens simbolum
fidei ad Damasum papam Ita loquitur et habetur xxiiij q. j. hec est fides papa
beatissime quam in kathedra didicimus ecclesia quam semper tenemus in qua
si minus perite aut parum caute forte aliquid positum est emendari cupi-
mus a te qui petri fidem tenes Si autem hec nostra confessio apostolatus tui iudicio
approbatur quicumqz me culpare voluerit se imperitum vel maliuolum vel
etiam non katholicum sed hereticum comprobabit Item idem gloriosissimus Jo. eius-
dem causa et questionis capitulo xiiij recte loquens ad Romanum pontificem ita dicit
Ego nullum primum nisi xpristum sequens beatitudini tue id est kathedre petri
communione consocior super illam petram fundatam ecclesiam scio Quicumqz extra
hanc domum agnum comederit prophanus est Si quis in noe archa non fue-
rit peribit regnante diluuio Et in fine capituli subdit Non nouit vitale Vale-
tum respuo ignoro paulinum Quicumqz tecum non colligit spargit qui
xpristi non est antixpristus est Ex predictis gloriosissimi Jo. dictis liquet sanis
et intellectis Concludat ergo unusquisqz quod supra posteriori lex
predicta sufficiat ad predictam conclusionem veraciter confirmandam Et specialiter
ecclesie consuetudo atqz sacrorum canonum quae erratam non possunt statutum et ordi-
natio Nicholaus ad maiorem veritatis manifestationem et ad quietandum con-
summationem Motiua alia ex pluribus quibus sancta ecclesia hunc ritum intro-
duxit bonum et laudabilem continuauit hodieqz continuat et obseruat
sunt inducenda Et primum quidem est ut euitetur periculum distillationis
et effusionis sanguinis domini nostri ihesu xpristi quae tractatio est periculosa
valde propter specierum materialem fluxibilitatem quae posset effundi de facili
presertim cum in multitudine frequenter sit pressura et sepe ad communionem veniunt
homines tremuli barbati infirmi et paruuli circa quorum sacietati superorum
multa possent et contra pericula imminere et plurima pericula quae non de facili
possunt euitari Quale autem sit periculum effusionis et distillationis sanguinis
domini nostri ihesu xpristi Innuit Augustinus homelia l. Et habetur de consecracione dist. ij
Interrogo vos fratres dicite quid plus esse videtur verbum corpus xpristi aut
verbum xpristi Si vultis bene respondere hic dicere debetis quod non sit minus verbum
dei quam corpus xpristi Et ideo quanta sollicitudine obseruamus quando nobis corpus
xpristi datur ut nichil ex ipso de manibus nostris in terram cadat tanta sollicitudine
obseruemus ne verbum dei quod nobis erogatur dum aliud aut cogitamus
aut loquimur de corde nostro pereat quia non minus reus erit qui verbum dei ne-
gligenter audierit quam ille qui corpus xpristi sua negligencia in terram cadere permiserit
Ecce quod Augustinus dicit quod reus erit qui sua negligencia in terram corpus xpristi
cadere permittit et non minus qui verbum dei negligenter audierit Reus autem esse
quis quod in criminibus peccatis delinquit Item nota quod et sacerdos qui per negligenciam
guttam sanguinis xpristi super terram aut pallam fudit debet penitere xl diebus
et palla comburi et lapis radi et terra lambi et in sacrarium reponi
ut dicitur de con. dist. ij Si per negligenciam aliquid de sanguine stillauerit in terram
lingua lambetur tabula radetur Si vero fuit tabula ut non conculcetur
locus corrodetur et igne consumetur ut cinis intra altare condatur

et sacerdos peniteat xl diebus. Si super altare etc. Hec autem tam dura penitencia
non imponeretur sacerdoti si non esset tam grave peccatum. Si ergo per negligenciam
cadente sanguine terram lambat et tabula radi debet et post ad igne preci rasu-
ra ut comburatur, quanto magis pepla mulierum et barbe virorum Christi sanguine
madefacte debent comburi, eo quod ex proposito et scienter et frequenter
sic Christi sanguine perfunduntur. Si etiam sacerdos qui sic receptus fuit tam-
diu puniendus est ut per 40 dies peniteat, quanto magis persone
layce puniende sunt. Et si non magis aut equaliter, nichilominus graviter puni-
ende venirent pro huiusmodi excessibus et irreverenciis commissis, quia utramque pu-
nicionem et penitenciam cum magna difficultate layci possent ferre, et utramque absque
causa et necessitate. Cavendi ergo sunt casus et summa diligencia precavendum
ut sudis(?) sanguinis non exponentur periculo cum tam gravibus periculis peccatorum
et penarum. Ex quo decreto pii pape, viri sanctissimo, signo coniecturari
potest quod consuetudo unius speciei est antiquissima, cum iste pius papa fertur
fuisse decimus post beatum petrum pontifex in sede Roma ut refert Augustinus
in epistola ad Generosum. Et sedit in kathedra petri circa annos domini 173.
Et tunc absque dubio, si fuisset tempore suo consuetudo utriusque speciei, ita bene pro-
vidisset circa effusionem sanguinis que contingeret aut posset contingere in sump-
tione laycorum, sicut providit circa pericula que contingunt in ministratione ministro-
rum sive sacerdotum, ymmo amplius et diligencius inquantum layci ma-
res et femine, senes et iuvenes, infirmi et alii sunt minus cauti et
minus circumspecti atque discreti in tractando divina misteria quam sunt mi-
nistri ad hoc specialiter deputati. Aut igitur adversarii producant circa antiquum
decretum quod statuat provisionem circa hec et huiusmodi pericula laycorum faterique
quod non faceret necessarium, aut fateantur nobiscum antiquitate consuetudinis
unius speciei. Ex hoc decreto provisionem faciente in periculis contingentibus circa effu-
sione sanguinis per ministros, sicut eciam fit in alio decreto ex concilio
Aurelianensi de custodia corporis Christi nulla facta mencione de sanguine
aut de specie vini. Et habetur de con. dis. ii c° Qui bene, ubi ita canitur:
determinatur qui bene non custodierit sacrificium et mus vel aliquod aliud ani-
mal comedit, 40 dies peniteat. Qui autem perdiderit illud in ecclesia aut
pars ceciderit et inventa non fuerit, 30 dies peniteat. Ex quo decreto similiter
patet quod sola hostia sine calice conservabatur sine sanguine. Certe indubi-
tanter si sanguis fuisset conservandus preterea, multo maior cautela
fuisset adhibita ad custodiam ipsius quam in custodia hostie, cum sit ma-
ioris periculi ad custodiendum. Unde sanctus doctor 3 parte summe sic dicit:
Circa usum huius sacramenti duo possunt considerari, unum ex parte ipsius sacramenti,
aliud ex parte sumencium. Ex parte sacramenti convenit quod utrumque sumatur, scilicet
corpus et sanguis, quia in utroque consistit perfectio sacramenti. Et quia ad sacerdotem pertinet
hoc sacramentum consecrare et perficere, nullo modo debet corpus Christi sumere sine sanguine. Ex par-
te autem sumencium requiritur summa reverencia et cautela ne aliquid ac-
cidat quod vergat in iniuriam aut irreverenciam tanti misterii, quod posset
accidere in sanguinis effusione sumptione, quia quando si incaute sumeretur

de facili posset effundi. Et quia crescente multitudine populi christiani in qua continentur
senes et iuvenes et parvuli, quorum quidam non sunt tante discretionis
ut cautelam debitam circa usum sacramenti huius adhibeant, Ideo prudenter in quibusdam
ecclesiis observatur ut sanguis sumendus non detur populo, sed solum a sacerdote
sumatur. Secundum propter infirmos pro quibus deberet sanguis sub speciebus vini in 2m
sacrario reservari, circa quem multa horribilia possent contingere. Nam de facili conge-
laretur vel in acetum transmutaretur, et ita corrumperetur sacramentum, et sic acetum
purum pro sanguine Christi fidelibus daretur, et sic de facili ydolatria committeretur.
In estate etiam de facili vermes et muscule in eo generarentur. Etiam quantum-
cunque vas clausum custodiretur, unde fieret abhominabile sumentibus ad
bibendum, et multa alia que non possunt exprimi. Similiter in portando ad
infirmos ad longum spacium sanguinem multa possent accidere pericula et
influentie, sive equester sacerdos ipsum portaret sive pedes, ut tempore pluviarum
glaciei et in multis aliis modis. Tertium propter vitandum errores, ne 3m
in posterum quis, qui tunc indiceret secundum speciem, credat Christum non totum
esse sub una specie, sicut et multi heretici ut Nestorius et Pelagius
et eos sequentes astruxerunt. Nestorius enim sic sub utraque specie mi-
nistravit, existimans quod sub specie panis esset tantum corpus Christi sine
sanguine, et sub specie vini sanguis sine corpore, Dicens quod sicut in
passione sanguis fuit divisus a corpore et ergo. Quod omnino falsum
est et hereticum, quia licet in passione ita fuit, et sic in hoc sacramento si
eadem die fuisset celebratum sic fuisset ut asserit, propter mortem quia anima
et sanguis separabantur ab eo et a corpore. Non tamen nunc ita est,
quia Christus resurgens a mortuis iam non moritur, et per consequens nec
sanguis ab ipsius corpore separatur. Pelagius vero et ipsius sequaces
dicentes Salvatoris intendentes: Nisi manducaveritis carnem filii hominis et cetera,
dederunt laycis sub utraque specie, et etiam post baptismum parvulis. Et
si speciem panis sacramentalem non possent sumere, dicebat quod deberet
conteri cum sanguine et sic infundi in ora puerorum. Et si fortassis
aliquid evomuisset, dicebat illud esse comburendum, intendentes illam
scripturam Exodi 12: Si quid residuum fuerit comburetis. Multi etiam de ista
extensione huius textum acceperunt, ut videlicet Pelagianos non solum
ministrarent usum utriusque specierum, sed etiam defunctis, ut refert venerabilis
Beda in omelia super Apostolum 26 capitulo. Datur ergo non communicantibus sub
una specie, ut evitetur predicti errores, ut videlicet Christus non credatur
in hoc sacramento divisus secundum divisionem specierum, sed quod sub altera totus sit
et integer, contra illud quod Nestorius asserebat. Et ne credatur illud
dicit Christo necessitatem inducere absolutam ut Pelagius asseruit, ita ut esset
preceptum usu omnibus credentibus et aliis ... dari debet et ministra-
ri. Ne forte etiam sub diversis speciebus alius et alius Christus crederetur, presertim
apud illos qui intelligere nequeunt idem corpus per divinum miraculum
sub alienis dimensionibus posse in diversis locis contineri.

4m Quartum ut veritas umbre et figure correspondeat. In veteri enim lege
de libaminibus per que sanguis christi prefigurabatur nichil sumebat layci
5m sed soli sacerdotes ut predictum est. Quintum propter honorem et dignitatem sac-
erdotalis officii. Dignum enim et iustum est ut sacerdos propter caracterem et dig-
nitatem sacerdotalem et officium quibus a ceteris populo distinguitur, et si non quantum
ad rem et ad effectum ceteris paribus, in signo tamen dum ministrat et celebrat
hoc sacramentum a ceteris distinguitur et quadam extrinseca in ministerii huius
oblacione dignitate refulgeat. Unde quidam doctor dictus Albertus
de Padua in quadam sua quadragesimali omelia. In cena domini, ait,
congruit clericos ministros ecclesie et populi esse dicimus, decet ministros oportet
esse quam clericos corporis degendo populi subditum. Ideo ille corpus tantum, isti
etiam sanguinem in quo est etiam sumunt. Rursum etiam credentes virtus huius
sacramenti est principaliter consistere in sumpcione et in consecracione. Si enim
layci admitterentur ad utramque speciem equaliter sacerdotibus, et sub utraque spe-
cie ... forsitan ... temeritate et malicia hominum layci et fortas-
se mulieres possent presumere ad non solum sic sumendum sed etiam ad
consecrandum. Quod quantum detestabilis et dampnabilis error esset nullus sa-
ne mentis dubitat. Et finaliter etiam debuit cessare causa tolle et
amovere effectum. Sed cum eukaristie sacramentum etiam secundum virtute nominis sit sacramentum
6tum caritatis que sola curat et operit multitudinem peccatorum. Prima petri 4to. In
In primitiva Ecclesia maior erianor Charitas quam nunc primitiva autem ecclesia laycorum caritas effervebat. Nam quisque pro christi
nomine siciebat, sicut sitit cervus ad aquas fluvium effundere sanguinem
proprium, et primo tripliciter de causa, primo ex magnitudine amoris, ad quam
invitabat apostolus dicens. Hoc sentite in vobis quod et in ihesu christo.
Secundo ex recompensacione satisfactionis prout beatus petrus hortabatur fide-
les dicens. Christo igitur passo pro nobis et vos eadem cogitacione armamini.
Tercio propter exemplum apostolorum quos videbat ultro se passionibus ingerere
atque persecucionibus, de quibus dicitur Actus v°. Ibant apostoli gaudentes a con-
spectu concilii quod digni habiti sunt pro nomine ihesu christi contumelias pati. Ihesus
eciam noster signum christus eos ad passionem invitans secundum beatum iohannem. Potestis
bibere calicem quem ego bibiturus sum. Et sicut rederunt possumus. Et fer-
vore martirii hiis itaque et aliis de causis illa sacrata primitive
ecclesie non solum clericorum sed etiam laycorum caritas. Ita eos ad passionem
martirii incitabat ut alter alterum certaret prevenire decantans cum propheta.
Quid retribuam domino pro omnibus que retribuit michi. Calicem salutaris acci-
piam et nomen domini invocabo. Tunc eterne quia separatum desiderabat non
aliud quam martirium optabat 2m Gregorii in pastorali. Ad quam inte-
cionem dicebat apostolus. Qui episcopatum desiderat bonum opus desiderat.
Tali igitur devocione et caritate in sanctis laycis existentibus et persecu-
toribus omni momento et loco in morte temptantibus tunc quamlibet
forte licebat laycis in pro vocatorum et devotorum effundendi sanguinem
proprium bibere de calice altaris sanguinem christi et hoc in casu ad proposita

loquebatur beatus Cyprianus Epistola 31 de lapsis Et tamen ad hoc fiat
eukaristia ut possit accipientibus esse tutela quos igitur tutos esse contra adversa-
rios volumus munimento dominice saturitatis armemus Nam qui docemus
aut provocamus eos in confessione sanguinem suum fundere si eis militaturis Christi
sanguinem denegamus aut quomodo ad martyrii poculum ydoneos facimus si non eos
prius ad bibendum in ecclesia calicem domini poculum iure communicationis admittimus Cum
igitur ille talis fervor caritatis erat singularis privilegii apostolo testante
capitulo 1o ad Philippenses vobis datum est pro Christo non solum ut in eum credatis
sed etiam ut pro illo patiamini Et missa 2m Augustinum Sicut nullus est
melior in hac vita introitus quam per baptismum sic nullus tutior exitus
quam martirium in quo sicut in baptismo omnia tolluntur peccata Sed tunc maxime
enim super Christum primum baptisatum et super Stephanum pro Christo primum
lapidatum celi leguntur aperti Cessante illo fervore caritatis et devocionis
et hoc singulari privilegio quod erat martyrii desiderium utrumque cessare
debuit et debet hoc quod in signum illius desiderii dabatur laycis Nec
obstat quod sacerdotes conficientes sumant sanguinem in quibus deficere illa caritas
et devocione de quibus dictum est quia non solum pro se ipsis sed pro tota ecclesia
in qua non est extincta caritas vel in persecutionem extinguetur deo offerunt
sacrificium et etiam quia ad ipsos pertinet non solum ad efficaciam sumere sed etiam
ad significacionem Unde Nicolaus de Lira super illud Joh 6 Nisi manducaveritis re-
dicit sacramentum eukaristie non solum proficit sacerdoti sumenti sed etiam toti ecclesie
etiam illis qui sunt in purgatorio Cuius ratio est quia eukaristia non est tantum sacramentum
sed etiam sacrificium ecclesie memorativum continens Christum passum et ideo proficit omnibus fidelibus
Sed sumacio aliorum ut a laicis tunc proficit sibi soli sumenti quia officium eius est
non offerre sacrificium sed tamen sumere sacramentum et quia etiam apostolus precepit dominus est
hoc facite in meam commemoracionem perque etiam verba in sacerdotes constituebantur
ut patuit et hiis et aliis motivis consuetudo et auctoritas ecclesie obtinuit
ut non conficientibus tantummodo hoc sacramentum sub specie panis tradetur Et hec de po-
sicione mea primi dicta sufficiat ad laudem omnipotentis dei cui sit honor
et gloria in secula seculorum Amen.

Expedita divino auxilio posicione prime et sede conclusionum pro-
positarum pro veritate katholica posteriora etiam tria que expedi-
tendis dependet accedo ad ultimam partem principalis actus videlicet ad
respondendum obiectis partis adverse Et licet conpluribus cogita-
verim quem ordinem in respondendo tenere debeam an ordinem conclusionum
mearum vel sue posicionis tandem deliberavi potius insequi posicionem pro-
nentis licet ordo doctrine et nunc proposite exigeret oppositum In qua discussione
tenendo quendam medium quia ea in quibus convenimus vel differimus referam
breviter ut hoc verbis auditorum percipiat concordiam quam differenciam
nostram Primus igitur quo ad protestacionem quam idem magister noster suam
posuit in medium videtur quod sit insufficiens primo quo ad intencionem veritatis
fidei articulorum 2o quo ad certitudinem quam pretendit 3o quo ad submis-
sionem qua dicit se velle submittere correctioni in eum quod deficeret quia in

Martirii commendacio.

Redarguit protestacionem Henrici de Bohemia ex insufficiencia

predictis locis solum sentit in genere circa quod latet equivocaciones ut dicit doctor
non determinantes se ad aliquod certum particulare et determinatum. Ita dicit se credere
articulos fidei ad illum intellectum adque benedicta trinitas et dominus Ihesus precepit
et vult credi. Cum enim voluntas beatissime trinitatis non innotescat cuiquam nisi per
scripturas sacras quas contingit bene et male intelligi, aut per ecclesiam quam dominus
non sinit errare vel per revelacionem, cum nichil eorum exprimat, patet quod insufficienter
articulos fidei profitentur. Similiter eciam dicit se credere sanctam ecclesiam per totum mundum
diffusam, cum multiplex sit varietas in accepcione ecclesie per totum mundum diffuse.
Tres enim dicitur ecclesia katholica tercio modo constare ex predestinatis sive fidelibus sive in-
fidelibus. Multi eciam dicunt eam constare ex fidelibus in gracia gratum faciente constitutis,
alii non ex cunctis fidelibus in unitate fidei ritu sacramentorum et preceptorum vel
consistentibus dicunt constare ecclesiam. Sed ad nullum predictorum accepcionum se determinet
quo ad credulitatem ecclesie, patet quod professio eorum est insufficiens. Deinde eciam
tamquam sponse ad ecclesiam adversantem et errantes a fide et in moribus pertineat
corrigere, ad cuius iudicium quoslibet fere errantes dominus tamquam ad nobilissimam
vel regulam remisit dicens: Si te non audierit dic ecclesie, quod si ecclesiam non
audierit sit tibi sicut ethnicus et publicanus, Mathei 18, patet quod si submissio
eorum est in individuo vago et in re instabili et incerta et per consequens eorum
professio eorum est insufficiens, quia non submittunt se alicui certo iudici. Secundo
in declaracione erroris in confessione sua ponitur tercium membrum divisionis pro(?)
de racione corporis Christi. Et dicit quod pro eo quod corporis Christi dicitur sanctitas
sanctorum et solum tale est verum corpus Christi misticum, cuius caput est Christus,
secundo quod sicut sacramentum corporis et sanguinis Christi per eius suppositum dignam
ipso ingreditur ad gloriam predestinatam. Tercio accipitur quoquomodo pro aggregacione omnium
credencium in Christum bonorum parvorum simul et malorum, et hec est vulgaris
accepcio communis vel magis propria.

Circa primum membrum magister Johannes intendit quod corpus Christi misticum
quod est ecclesia sit sanctitas et anima sanctorum cuius caput est Christus. Et ergo
declaratur quod ipse intelligat per ecclesiam quod solum congregacio fidelium in gracia
constitutorum, ut patet eciam per declaracionem suam cum dicit quod in hac caritate fidelium
de qua loquitur talis et tanta est unio quod quodlibet membrum omnium bonorum est par-
ticeps nisi per peccatum mortale sit mortuum et abscisum. In quo re(?) [illegible]
vice(?) in unitate conducitur ex duplici capite. Primo ex racione capitis que ipse
Christo competit, secundo ex racione membrorum et corporis. Secundum quod corpus in hac vita
profitetur(?) racione primi secundum racionem capitis. Prima propria racio capitis accipienda
est ex propria racione eius. Maxime autem ex propria operacione Christi hominis secundum naturam
ex qua est caput ecclesie, est salvare et cum operacione eius sibi ma-
xime propria proprio vocabulo et nomine nuncupari voluit Ihesus, scilicet quod idem
quod Salvator, quod nomen fuit sibi impositum ab eterno, licet ab angelo
fuit pronunciatum ex tempore, Luce primo, quod narratum est ab angelo prius
quam in utero conciperetur, cuius interpretacionem et sensum ibidem angelus ex-
primens postquam dixisset et vocabis nomen eius Ihesum subiunxit: ipse enim
salvum faciet populum suum a peccatis eorum. Recurrentes igitur ipse Christus

Hic redarguit adversarium circa acceptionem ecclesie et dicit quod eciam non solum constat ex bonis sed ex bonis et malis

Prima probacio ex racione capitis quod ipse Christus competit

et salvator erit utriusque et caput. Ex quo ipsi gratia oportuit est salvare. Sed
ipse est salvator omnium hominum et maxime fidelium ut ait apostolus ad Thimotheum
4to. Et ipse est propiciatio pro peccatis nostris, non autem pro nostris tantum sed etiam pro
totius mundi ut dicitur prima Johannis 2o. Ergo ipse Christus est caput omnium hominum et maxime
fidelium et non tantum omnium nostrum sed etiam totius mundi. Conprobatur declaratur secunda
est quia differentia est inter corpus naturale hominis et corpus ecclesie misticum ut dicit doc-
tor sanctus tertia parte q. 8 ar. 3o quia membra naturalia sunt omnia simul. Non
sic autem ecclesie nostre quantum ad esse nec etiam constituatur ex omnibus hominibus qui fiunt
a principio mundi usque ad finem ipsius quia non sunt simul neque etiam quantum ad esse
gratie, et etiam eorum qui sunt in uno tempore quidam carent gratia eam postmodum
habituri alijs iam eam habentibus. Sic igitur membra corporis mistici non solum
accipiuntur secundum quod actu sunt sed etiam secundum quod in potentia. Quedam autem sunt que
nunquam ad actum reducuntur, quedam vero quandoque ad actum reducuntur et hoc secundum
triplicem gradum quorum unus est per fidem, 2us est per caritatem vie, 3us
per fruitionem patrie. Sic ergo dicendum est quod accipiendo generaliter secundum totum tempus
mundi Christus est caput omnium hominum sed secundum diversos gradus. Est primo et principaliter
est caput eorum qui ei actu uniuntur per ~~caritatem vie~~ per gloriam. Secundario
eorum qui sibi actu uniuntur per caritatem vie. 3o qui sibi uniuntur per fidem.
4to eorum qui sibi uniuntur in potentia nondum ad actum reducta, quandoque tamen
reducenda per divinam predestinationem. 5to eorum qui sibi uniuntur in potentia que
tamen nunquam reducetur ad actum. Cuiusmodi sunt homines in hoc mundo viventes
qui nunquam sibi uniuntur per fidem et caritatem, qui tamen decedentes de hoc mundo
desinunt esse in potentia ut uniatur Christo. Hec in summa sanctus Thomas ubi supra.
Ex quibus sequitur quod Christus primo et principaliter est caput ecclesie triumphantis
et non solum animarum hominum sed etiam angelorum secundum quod apostolus dicit ad Colo. 2
loquens de Christo qui est caput omnis principatus et potestatis. Ad Ephe. 1o Posuit
inquit constituens eum scilicet Christum deus pater ad dexteram suam in celestibus
super omnem principatum et potestatem et virtutem et dominationem et omne nomen
quod nominatur in hoc seculo non solum sed etiam in futuro et omnia subiecit
sub pedibus eius et ipsum dedit caput super omnem ecclesiam que est corpus
ipsius qui in omnibus adimpletur. Sequitur etiam quod Christus est caput 2o ecclesie
militantis de qua in presenti loquimur secundum in precepto supra dicto in prefata
et non solum aliquorum sed etiam omnium hominum qui ab initio mundi fuerunt et erunt
usque ad finem mundi. Hij tamen actualiter proprie ecclesiam militantem constituunt qui
actu Christo aliquo modo uniuntur sive per fidem et caritatem. Ex quibus manifeste
colligitur quod Christus est vere et proprie caput non solum in gratia constitutorum
sed etiam in fide sibi unitorum et unitate sacramentorum. Secundo declaratur
conclusio predicti primi membri ex ratione conditionis ecclesie militantis
et pugnantis in hac vita, in qua necesse est esse simul malos et bonos quod
utrumque efficacissimis scripturarum et doctorum testimonijs ostendendum est.
Et primo quidem ex similitudinibus quibus Christus adducit in evangelio quibus
comparat presentem ecclesiam. Mt. xxv ait dominus: Simile est regnum celorum decem

differentia inter corpus naturale hominis et corpus ecclesie misticum

quomodo Christus est caput

2a probatio ex ratione membrorum et corporis Christi quod in hac vita perfunditur 2o ex ratione conditionis ecclesie militantis

virginibus quinque videlicet prudentibus et quinque fatuis Super quo sic ait
Gregorius Sed sciendum nobis est quod sepe in sacro eloquio regnum celorum presentis temporis
ecclesia dicitur de quo in alio loco dominus dicit Mittet filius hominis angelos et col-
ligent omnia scandala de regno eius. Neque enim in illo regno beatitudinis in quo pax
summa est inveniri poterunt scandala que colligantur. Et rursum dicit Qui ergo sol-
verit unum de mandatis istis minimis et docuerit sic homines minimus vocabitur in
regno celorum In quo doctor qui mandatum solvit minimus vocatur. Quia enim vita
despicitur restat ut eius predicatio respuatur. Quid ergo per hanc similitudinem nisi
presens ecclesia regnum celorum dicitur. Et quia ex utroque sexu fidelium multitudo colligitur
sancta ecclesia decem virginibus similis denunciatur In qua quia mali cum bonis et re-
probi cum electis sunt admixti recte similis virginibus prudentibus fatuisque esse perhi-
betur Quousque enim hic vivimus necesse est ut vitam presentem permixte agamus
boni enim nusquam sunt nisi in celo, et mali soli nusquam sunt nisi in inferno
Hec autem vita que inter celum et inter infernum sita est sicut in medio sub-
sistit Ita utrarumque partium cives communiter recipit quos tamen sancta ecclesia et
nunc indiscrete recipit et post modum in egressione discernit Iste etiam sancta ecclesia comparatur
sagene misse in mare et ex omni genere piscium congreganti Ibidem ubi Gregorius
in omelia Sancta ecclesia sagene misse in mare comparatur quia et piscatoribus
est commissa et per eam quisque ad regnum a presentis seculi fluctibus trahitur
ne in eternum mortis profundo mergatur que ex omni genere piscium congregat
^ servos quia ad peccatorum veniam sapientes et liberatos et servos pauperes et divites
fortes et infirmos vocat. Et infra Cur enim bonos malosque continet
quam pisces permixtos fidei sagena quos Et littus sic ecclesie i. finem
indicat sagena quod trahebat Et Crisostomus super illud Collegerunt
bonos in vasa sua malos autem etc. inquit Tercia media est inter celum
quod est tamen bonorum et infernum qui est tamen malorum ipsa vero ecclesia me-
dia est quia indifferenter bonos et malos colligit. Item etiam ecclesia multis
comparatur aree secundum illud Luce 3o Ipse vos baptisabit aqua et igne et spiritu
sancto et purgabit aream suam paleis etc. Ubi per aream Ihesus intelligit
et designat presentem ecclesiam ut exponit quidam sanctus et precipue Augustinus
super psalmo 27 Iudica me domine dicit Area est ecclesia quamquam temporibus sepe
ducimus sepe dicimus et paleas habet et frumentum Item idem ad pe-
trum dyaconum in libro de fide capitulo 14 Firmissime tene et nullatenus dubi-
tes aream dei esse katholicam ecclesiam et in ea usque ad finem seculi fru-
mento mixtas paleas contineri Et infra In fine vero seculi bonos et
malos etiam cum corpore separandos cum veniet dominus Christus portans
ventilabrum in manu sua et permundabit aream suam et congregabit
triticum in horreum suum paleas autem comburet igni inextinguibili
Item eadem presens ecclesia comparatur nupciis de quibus Matthei 27 dicitur Simile est
regnum celorum homini regi qui fecit nupcias filio suo etc. quem egressi
congregaverunt omnes quos invenerunt bonos et malos et implete
sunt nupcie discumbencium Ubi sic Gregorius inquit Aperte auditur quia
per has regis nupcias presens ecclesia designatur in qua mali cum bonis

quenimt. primeta qd̃em est diuisitate filioꝝ qz sic sunt hoīes ad fide gnãt vt in
oms per imitacōem vite ad libtate spũalis vite culpis exigētibus nō per-
ducit quousqz nequaqz hic viuimus &c vt sup̃ de decem virgīb; Idem sup illud
Mt 23 Intrauit aũt rex vt videt discūbentes et vidit ibi hoiem non vesti-
tu nuptiali veste &c/ dicit Intrat eum ad nuptias sed cū veste nuptiali nō
intrat q̃ in scã ecclã fide existens fidem lz caritatem nō lz Et Symon de Cas-
sia super illud Egressi sunt sũi eius in vias qgregauerūt omes quos īuenerūt
bonos et malos et implete sunt nuptie discūbencium &c dicit q ex oibus nacōibus
credideriit hoies ex qbus ecclia impleta est et ex bonis et ex malis xãmis qstat
ecclia et mixtura eccle xpo deo corpus quiequm ipe velit eam exhibere gloriosam
non hntem maculam neqz rugam Sed in area neratura agit vbi palee sunt
et triticum nondũ cum ventilabrum expresserit mund ex alto sed boni et mali dis-
cubūt ī nuptyis eccle militatis dispari vita dispari cultu disparibus mo-
ribus atqz meritis quousqz decenat sup vtrūqz rex q̃ non nouit sperare
sed in veritate pferre iudiciũ q̃ excludit merito excludendos et iuste absqz
macula sup mensam eccle epulantes in pace dimittet Ite pns ecclia qpat
arche noe in qua aialia munda simt simt cum inmũdis coruus cum columba
et hoies cū alys aīalibus per que mali et boni in archa eccle signficant
Ite ecclia militans qpat domui magne De q̃ Aplus loqt 2 ad Cor In ma-
gna domo inquid nō solū sunt vasa aurea et argentea sed etiã lignea
et fictilia et quedam quide in honorem et quedam in contumeliam Vbi i-
quit glo In mag domo que est ecclia domus dei viui columna et fir-
mamentum veritatis j ad Thimotey iij Nō solū sunt vasa aurea &c/ quod
dupp̃r intẽr vno mō per vasa aurea et argentea intelligũt electi per lignea
et fictilia reprobi et sic quod seqt quedã in honore refert ad vasa aurea
et argentea quedã ad qtumeliam refert refert ad lignea et fictilia vasa
Alio per vasa aurea et argentea intelligũt omes boni in pnti siue elci
siue repbi per lignea et fictilia omes mali in pnti siue repbi siue electi
Et tunc quod seqt quedã in hõrem qdam in qtumeliam referunt indifferent
ad vtrumqz p̃mo ergo modo expo sic in mag domo i in ecclia nō solum
sunt vasa aurea i electi perfecti et argentea i electi impfecti sed lignea
i repbi apte mali et nō medio spãt et fictilia i repbi ficte boni q
non ita apte sunt mali Et quedam qdem in sz vasa aurea et argentea sunt
in honorem sz in honorabile vsũ ordinata sz hic gre et in futo glie q-
dam aũt sz lignea et fictilia in qtumeliam i in vsu vile hic culpe et in futo
glie Jehēne 2o legit sic In mag domo i in ecclia nō solū sunt vasa au-
rea et argentea i omes boni et pfci et impfecti Et hoc siue pfecti psciti
siue electi sed et lignea et fictilia idest mali apte et oculti et hoc silr siue
electi siue reprobi et quedam quide sz ex vtrisqz tam ex bonis quam ex malis
sunt in honore sz electi quedam aut in qtumeliam sz repbi Ex bonis eni
quidam ad tpus boni sunt tm tn in fine sunt mali et hy sunt in qtumelia qdam
aut pseuerantes in bono et hij sunt in honore Similr de malis qdam
ad tpus sunt mali tm tn in fine sunt boni et hy sunt in honore quidam
aut sunt pseuerantes in malo et hy sunt in qtumelia Ecce quam planum et
apertum testimoniũ sacre scripture et sanctorum doctorum q pns scã ecclia militans
qz in se bonos et malos predestinatos et presscitos sicut et namicula
que xpm cum aplis et judam qtinebat q̃ nō aplos qtebat aplus Est ergo

Ut ait Aug[ustinus] sup[er] ps[alm]o hoc in prologo Regnu[m] t[er]renu[m] et regnu[m] celeste
regnu[m] eradicandu[m] et regnu[m] aet[er]nu[m] plantandu[m]. M[od]o in h[oc] seculo cives
utriusq[ue] regni permixti sunt, tandem regni t[er]reni et regni celestis co[n]mi[x]-
tu[m] est. ¶ Post hec declarat[ur] p[re]dicta veritas katholica ro[ati]one fundata in veritate
divina scripturarum. Et assumit[ur] sic Eccl[esi]a katholica est illa qua[m] fideles p[ro]fitent[ur]
in symbolo tam ap[osto]lor[um] quam eciam Niceno cu[m] dicunt Credo in sp[iritu]m s[an]c[tu]m
s[an]c[t]am ecc[lesi]am katholicam. Et iter[um] et unam s[an]c[t]am kath[olic]am et ap[osto]licam ecc[lesi]am.
aut igit[ur] p[ro]fitent[ur] id quod credunt aut id quod no[n] credunt aut saltem
id quod dubitant. No[n] est dicendu[m] q[uod] p[ro]fitent[ur] id q[uo]d no[n] credunt q[ui]a tu[n]c
mentirent[ur], nec id eciam q[uo]d dubitant, q[ui]a tu[n]c no[n] h[abe]rent fidem que
est firma adhesio ad credibilia qua[m] dubitacio excludit. Oportet igit[ur]
q[uod] p[ro]fiteant[ur] id q[uo]d firmit[er] credunt. Aut igit[ur] credunt ult[er]i[us] se esse de
gremio ecc[lesi]e kath[olic]e qua[m] p[ro]fitent[ur] aut no[n]. Si no[n] tu[n]c h[er]etici me-
rito [censent]ur qui dicunt ap[u]d eos esse ecc[lesi]am kath[olic]am, vel se esse de gremio
ecc[lesi]e kath[olic]e ex quo no[n] credunt se esse in ea. Si sic oportet q[uod] per
aliquid accipiant credulitate[m] h[uius]mo[d]i. Aut igit[ur] h[oc] erit q[ui]a nota est eis
p[re]destinacio vel q[uod] sint in gr[aci]a g[ra]tu[m] faciente constituti per se aut q[ui]a h[abe]nt
per revelacionem, sed no[n] p[ri]mo modo, q[ui]a cu[m] divina p[re]destinacio nichil ponat
in predestinato, cu[m] sit sola divina volu[n]tas qua ab et[er]no voluit aliq[ue]m
ad vita[m] et[er]na[m] ordinare, no[n] p[otes]t esse nota p[re]destinacio nisi in[qu]a[n]tu[m]
sibi a deo revelet[ur]. Similit[er] nemo scit se nisi sibi revelet[ur] sciat an amore
vel odio dignus sit ut scriptura dicit. Si igit[ur] h[er]etici credunt se esse de
gremio ecc[lesi]e kath[olic]e oportet q[uod] h[abe]ant hoc per revelacionem. Et tunc
unusquisq[ue] eor[um] exclamet cora[m] deo co[n]scienciam sua[m] ubi et qu[ando] h[ec] sunt
revelata. Si igit[ur] in[ter] p[re]destinator[um] tantu[m] vel eor[um] qui sunt in gr[aci]a co[n]-
stituti esset ecc[lesi]a kath[olic]a, p[ate]t q[uod] nulla esset certitudo ip[s]ius, quod utiq[ue]
est dicere de ecc[lesi]a katholica que est civitas sup[er] mo[n]tem posita i[d est]
sup[er] Xp[istu]m edificata q[ue] no[n] p[otes]t abscondi. Vn[de] Cris[ostomus] sup[er] Mat[theum]. Sup[er] h[oc]
v[er]bo no[n] p[otes]t civitas abscondi et allegat eu[m] s[an]c[t]us Thomas. Hec
civitas ecc[lesi]a s[an]c[t]or[um] est, de q[ua] dicit[ur] in ps[alm]o. Gloriosa dicta sunt de te civi-
tas dei. Cives eius sunt om[ne]s fideles, de q[ui]bus ap[osto]lus ait. Vos estis
cives s[an]c[t]or[um]. Hec ergo civitas posita est sup[er] mo[n]tem [Xp]m sc[ilicet] Xp[ist]o de
quo Daniel dicit[ur] lapis abscisus est sine manibus factus est mons
magnus. Hanc no[n] p[otes]t abscondi sup[er] Xp[istu]m posita ecc[lesi]a eciam si ipsa
voluit. Mons enim q[ui] eam portat facit eam omnib[us] manifesta[m]. Sic et ap[osto]li
et sacerdotes q[ui] fundati sunt in Xp[ist]o no[n] possunt esse absconditi eciam
si voluerint q[ui]a Xp[istu]s eos manifestat. Hec Cris[ostomus]. Hinc ideo sup[er] mo[n]-
tem posita describit[ur] ut et h[ab]itantib[us] in ea sit firma et certa securitas,
et ut cunctis exteris pateat ad ea[m] confuge[re] seu venire valentib[us],
in q[ua] licet gr[aci]a dei sint ut firmit[er] credimus multi p[re]destinati et mul-
ti in gr[aci]a constituti, quor[um] multis adhuc durat nudus, no[n] tu[n]c p[ro]pt[er]
p[re]destinacionem aut gr[aci]am que occulta sunt, s[an]c[t]a ecc[lesi]a dicit[ur] kath[olic]a,
sed p[ro]pter unionem unius fidei sacramentor[um] et preceptor[um] que omnibus possunt
esse nota et om[n]ibus bonis sc[ilicet] et malis. ¶ Item predestinacio et gr[aci]a

Item p[ro]ba[tur] hoc esse ro[ati]one fu[n]-
data in veritate divina
et scripturarum

2°

hiis ecclesie quam fingunt adversarii nunquam nota est aliis quam ipsis met qui
se dicunt in eadem epistola. Igitur quantumcumque fulgent per modum bonis operibus
cum sepe angelus sathane transfigurat se in angelum lucis non propter hoc audet
quis seipsum quantumcumque tamquam ecclesie katholice et sic dubitandum est de ipsis an essent
pseudo prophete de quibus cautos nos reddit dominus dicens Attendite a falsis prophetis
qui veniunt ad vos in vestimentis ovium intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Oportet igitur
quod certa et manifesta sint signa et indicia ecclesie katholice per que discernantur
oves a lupis. Hec autem signa sunt unitas fidei unitas preceptorum et
sacramentorum dei. Item Christus resolvens ultimam correctionem fratrum remisit ad ecclesiam 3o
Ita dicens Dic ecclesie. Si autem ecclesiam non audierit sit
tibi sicut ethnicus et publicanus. Aut igitur remisit Christus nos ad aliquem certum
iudicem aut incertum. Non est dicendum incertum quia tunc nunquam fratrum
correctio sequeretur. Oportet igitur quod ad certum iudicem transmisit nos. Cum igitur
ecclesia predestinatorum et in gratia constitutorum sit omnino incerta ut dictum est. Oportet
quod huiusmodi remissio sit ad ecclesiam que sit nota et certa viatoribus in statu
vite presentis. Huiusmodi est ecclesia katholica in unitate fidei et sacramentorum ubique
per orbem penetrans. Ex quibus patet quod corpus Christi misticum prout in hac val-
le miserie peregrinatur quod est ecclesia eius non solum predestinatos aut in gra-
tia gratum facientem constitutos continet et comprehendit sed in simul bonos et malos
fide rectam Christo capiti adherentes. Ulterius ex predictis potest colligi una
descripcio ecclesie katholice talis videlicet Ecclesia est corpus misticum orga- descripcio ecclesie katholice
nicum fide Christi animatum. Corpus ponitur loco generis. Additur misticum ad differen-
tiam corporis naturalis licet ad similitudinem eiusdem sit dictum. Organicum propter diversi-
tatem graduum et officiorum ad similitudinem diversorum membrorum in corpore naturali que
sunt diversa organa. Ecclesie declarans apostolus inquit j ad Corinthios 12. Sicut
corpus unum est et multa membra habet omnia autem membra corporis cum sint multa
unum corpus sunt. Ita et Christus habet multa membra in suo corpore. Et Iterum
vos autem estis corpus Christi et membra de membro. Et item Sicut in corpore
uno multa membra habemus omnia autem membra non eundem actum habent. Ita
multi sumus unum corpus in Christo singuli autem alter alterius membra. Et sicut
prima membra sunt sibi et toti corpori sic in ecclesia militante diversi in diversis
statibus et officiis sibi et aliis in ecclesia subministrant. Ex quibus sentenciis
et verbis apostoli clare habetur predicte descripcionis textus scilicet quod ecclesia est corpus
misticum organicum. Additur autem fide Christi animatum per modum differencie specifi-
ce speciem constituentis. Quia fides Christi est per quam ecclesia militans
in tali esse constituitur et ab omni alia ecclesia sive congregacione distinguitur.
Dicitur autem animatum fide quia sicut anima corpus sic fides animam et spiritualiter for-
mata per gratiam vivificat. Secundum illud ad Romanos jo et xo ad Hebreos Iustus
autem meus ex fide vivit. Quod non solum intelligendum est de fide formata
sed etiam informi quia etiam mali fideles per fidem in seipsis vivunt licet
non vita perfecta et ceteris membris ecclesie ac Christo capiti coniunguntur et inchoatam
vite operacionem exercent. Et ita se habet fidelis peccator ad caput Christum et ad
corpus ecclesie sicut membrum in corpore naturali non quidem mortuum totaliter et
precisum sed tamquam membrum mortificatum et unitum corpori quia adhuc in
ipso est radix vite scilicet ipsa fides. Non igitur verum est quod fidelis per peccatum

moriat[ur] et toto aut abscindit[ur] a corpe ut ponens dicit Et de mortifi-
quo fidelis sed peior e[st] in ecc[les]ia katholica catione q[ui]dem dicit s[an]c[t]us Thomas in p[rim]a s[ecund]e ar[ticulo] 3o loquens de hmoi
peto[rum] fidelib[us] q[uod] p[er]petuit in[est] eis tales a xp[ist]o quendam actum q[ui] est fide
sic si membru[m] mortificatu[m] aliq[ua]lit[er] moueat[ur] ab hoie [quod] q[ui]p[pe] etia[m] no[n] sit membra
abscisa eis dicit audi[a]t Aug[ustinus] q[uod] donatistas dicens Si eni[m] e[st] manus arida
veru[m] q[ui]n[imm]o e[st] melior q[uo]ni[am] ni[c]h[il] sine sanguine est mess[is]itas et mortuum sic
et fides eis sit vera ta[men] si[ne] op[er]ib[us] mortua e[st] Et h[abe]t[ur] i q. i Sic vegeri
alii no[n] sic describunt eccl[es]ia[m] Eccl[es]ia s[an]c[t]a katholica militans sive ma[teria]l[iter] ma[teri]a[liter]
descr[i]p[ti]o alia eccl[es]ie katholice est univ[er]sitas fideliu[m] bonor[um] et malor[um] orthodoxa[m] fide[m] tenenciu[m] in sa-
cr[ame]ntis eccl[es]iasticis societate[m] co[m]munem que t[ame]n p[ri]ma in ide[m] redit cu[m] p[ri]ma
Sed iam ad id quod in generali p[ri]ma supp[osi]cione p[ro]misimus et sepe p[ro]-
misi[mus] [con]gressu[m] nos[trum] dignam[ur] scilicet ad p[ro]bandu[m] eccl[es]ia[m] kath[olic]a[m] errare non
posse [quod] p[ro] eius declaratione ponit[ur] talis c[on]cl[usi]o Impossi[bi]l[is] est eccl[es]ia[m] de-
militantem katholica[m] errare in his que fidei sunt et necess[ari]a ad salute[m] Hec
quod eccl[es]ia kath[olica] non p[otes]t errare c[on]cl[usi]o licet quasi fuit apud o[mn]es doctores kath[olic]os et s[an]c[t]os et alios fi-
deles et nu[n]c sit p[ri]ncipiu[m] fidei p[er] se notu[m] et manifestu[m] t[ame]n p[ro]pt[er] quosda[m]
q[ui] eam frivole difficultat et ad eor[um] c[on]futatione[m] difficultatu[m] ac
consolatione[m] fideliu[m] ipsa[m] ex fundamentis meti[us] fundat[ur] satis
1o sept[em] multiplic[er] p[ro]babimus in p[rese]nti Et p[ri]mo q[uia] p[re]d[i]c[t]a c[on]cl[usi]o v[ir]tualiter
ca[pitu]l[um] 3 fidei ut[ique] v[er]us in symbolis tam ap[osto]lor[um] q[uam] Niceni in q[ui]b[us]
fideles p[ro]fitent[ur] se crede[re] s[an]c[t]am eccl[es]ia[m] katholica[m] In a[posto]lor[um] co[mmun]i dicit[ur] Credo
in sp[iritu]m s[an]c[tu]m s[an]c[t]am eccl[es]ia[m] katholica[m] In alio et una[m] s[an]c[t]am eccl[es]ia[m] katholica[m]
et ap[osto]lica[m] eccl[es]ia[m] Hoc aut[em] est crede[re] eccl[es]ia[m] katholica[m] e[ss]e s[an]c[t]am et eccl[es]ia[m]
katholica[m] no[n] posse errare in his que nec[essari]a sunt ad salute[m] Eccl[es]ia pro
t[em]p[or]e quo errat in p[re]dictis no[n] e[ss]et s[an]c[t]a sed eciam maculata errore p[er]-
stiferio p[ecca]ti mortalis Unde b[ea]tus Aug[ustinus] in exposicione Symboli ista
est s[an]c[t]a eccl[es]ia no[n] h[abe]ns macula[m] aut ruga[m] multi eni[m] et alii ecclesias con-
gregaru[n]t ut Marcion Valentinus et Helvon et Manicheus et
ceteri o[mn]es heretici sed ille eccl[es]ie non sunt sine macula vel ruga p[er]fidie
et ideo dicebat de ill[is] p[ro]pheta Odi eccl[es]ia[m] malignantiu[m] et cu[m] impiis
no[n] sedebo De hac aut[em] eccl[es]ia que fide[m] integra[m] s[er]uat audi quid
dicit sp[iritu]s s[an]c[tu]s in Canticis Cantic[orum] Una est columba mea una est
p[er]fecta genitrici sue Qui ergo hanc fide[m] in eccl[es]ia suscipit no[n] declinet in
c[on]ciliu[m] malignantiu[m] et vanitatu[m] Et cu[m] iniq[ui]s gerentib[us] non introeat
Hec Aug[ustinus] Ex q[uo] arguit[ur] sic Nichil erronei et falsi subest aut sub-
esse p[otes]t articulis fidei sed p[re]d[i]c[t]a c[on]cl[usi]o est articul[us] fidei ergo sub ipsa aut in ipsa
non subest nec subesse p[otes]t aliquid erronei seu falsi ant[ecedens] pro maiori
p[ar]te p[ro]batu[m] est sed a[liu]d p[ate]t q[uia] eadem r[ati]one sub uno articulo diceret[ur] fui[sse]
eade[m] r[ati]one et sub alio et ita tota fides vacillaret et o[mn]ia in dubiu[m] v[er]-
2o terent[ur] q[uo]d nullo[mod]o est dicendu[m] Credo eciam regit[ur] a sp[irit]u s[an]c[t]o sed sp[iritu]s s[an]c[tu]s
errare no[n] p[otes]t ergo nec eccl[es]ia p[ri]ma p[ate]t i[n]nuit[ur] ta[men] per symbolu[m] ap[osto]lor[um]
q[uam] Nicenu[m] cu[m] statim p[ost] articulu[m] sp[iritu]s s[an]c[t]i dicit[ur] Credo in sp[iritu]m s[an]c[tu]m
subiungit[ur] articul[us] de eccl[es]ia s[cilicet] s[an]c[t]am katholica[m] eccl[es]ia[m] ut sit s[ens]us Credo
in sp[iritu]m s[an]c[tu]m s[cilicet] dirigente[m] gub[er]nante[m] regente[m] et s[an]c[t]ificante[m] s[an]c[t]am eccl[es]ia[m]
katholica[m] ymo et vivificante[m] ut dicit[ur] in symbolo Niceno Unde Albe[rtus]

Magnus in expositione symboli quam ponit in tractatu de officio mis=
se dicit Deinde symbolum posuit Jacobus minor dicens sanctam ecclesiam scilicet corp
omnium respiciens enim ad hoc quod spiritus sanctus datur et mittitur ad sanctificandum crea=
turam que sanctitas nunquam fallit in ecclesia in persona sed nunquam fallit dicit
sanctam ecclesiam et quia omnis articulus fundatur in divina et eterna veritate et non
super tantam veritatem quia omnis ratio vana est et non habet solidam veritatem Ideo iste ar=
ticulus sic resolvendus est ad proprium opus spiritus sancti hoc est Credo in spiritum sanctum
non solum secundum se sicut dixit precedens articulus sed etiam credo in eum secundum
proprium opus eius quod est quod facit ecclesiam per quam sanctitate profudit in sa=
cramentis et virtutibus et donis que dat ad sanctitatis perfectionem et eciam
in miraculis et donis gratis datis sicut sapientia scientia fides discretio spirituum
operatio sanitatum et prophetia et huiusmodi que dat spiritus ad sanctitatis ecclesie de=
monstrationem hec Albertus Secundum patet per illud Joh 14 Rogabo patrem et
alium paraclitum dabit vobis Secundum per illud paraclitus autem spiritus sanctus quem
mittet pater in nomine meo ille vos docebit omnia Et per illud Multa habeo
vobis dicere sed non potestis portare modo Cum autem venerit spiritus veritatis ille
vos docebit omnem veritatem per que omnia et similia datur manifestissime in=
telligi commissum fuisse regimine ecclesie spiritui sancto Christo presencia corporali ab
ecclesia recedente secundum illud Si ego non abiero paraclitus non veniet ad vos
si autem abiero mittam eum ad vos Et quod spiritus sanctus docuit ecclesiam veritatem
scilicet ad salutem necessariam Et in signum huius invisibilis missionis
assistentie spiritus sanctus fuit datus in die penthecostes in signo visibili scilicet in linguis
igneis apostolis et ceteris fidelibus in quibus tunc erat ecclesia et que eam constitue=
bat Tercia pars patet quod spiritus sanctus dicitur a Christo spiritus veritatis quia a patre procedit
et cum sit deus qui est prima veritas errare non potest Sed fortasse dicit adversarius
preposita verba sunt de apostolis et primitiva ecclesia que ecclesia erat in imitacione
doctrine et vite Christi constituta sed recedente ab imitatione Christi et immergente
se vitiis et peccatis recessit ab ea spiritus sanctus quia non habitat in corpore subdito
peccatis et propterea incidit in varios errores et hereses Sed quia Christus promisit
indefectibilem suam assistentiam ecclesie usque ad consummationem seculi Ideo predicta
non solum intelliguntur de apostolis et primitiva ecclesia sed etiam semper de ecclesia
duratura usque ad finem seculi ad quod patet extra ultimo capitulo Euntes docete omnes gen=
tes et subdit Et ecce ego vobiscum sum ad consummationem seculi Manifestum
est autem quod apostoli non sunt nec erunt in hoc mundo usque ad consummationem seculi
Non igitur pro ipsis solum dictum est sed et pro successoribus eorum duraturis us=
que ad consummationem seculi Ph. Crisostomus in omelia super hoc eodem passu Quia vero
eis magna iniunxerat erigens eorum sensus dixit Ecce ego vobiscum sum quasi
dicat ne dicatis difficile esse iniunctum negotium ego sum vobiscum qui omnia facio
levia Non autem cum illis solum dixit se futurum esse sed et cum omnibus qui post
illos credunt Non enim usque ad consummationem seculi apostoli mansuri erant sed sicut
uno vel uni corpori fidelibus loquitur hec Crisostomus Item beda Et hoc autem intelligitur
quod usque ad finem seculi non sunt defuturi qui divina mansione non inhabita=
tione sunt digni in ecclesia Item in glossa ordinaria super marcum dicitur sicut quod apostolus
per successionem in ecclesie promittit vota usque ad finem seculi

Item Iohannes eundem quem ergo usque ad consummacionem seculi cum discipulis se esse
permittit et illos omnes semper esse victuros et se numquam a credentibus reces-
surum. Hec Lyra. Si igitur ecclesia aliquo tempore errasset aut erravit de facto, quo
Christus erit aut semper fuit cum ea omnibus diebus. Similiter eciam promisit assistenciam
spiritus sancti usque in finem ita dicens Iohannis 14 Ego rogabo patrem et alium pa-
raclitum mittet vobis ut maneat vobiscum in finem spiritum veritatis. Sed diceret
adversarius predicta verba dicta sunt apostolis cum quibus fuit Christus quibus dum fuit in hac
vita eos semper per graciam protegendo et in proficiendo usque ad moriendo et post hanc vitam
fuit et erit cum eisdem per gloriam usque ad consummacionem seculi et usque in finem cum
eisdem manebit spiritus sanctus. Unde predicta verba non videntur extendi ad alios sed
in ad apostolos. Contra hoc expresse est intencio Christi quia mittens eos in mundum
universum predicare et docere omnes gentes dixit eis ego vobiscum sum usque ad con-
summacionem seculi. Ubi eum promisit se manere cum eis quos ipsos mittebat usque ad
consummacionem seculi. Cum ergo in mundum eos mittet in mundo esse cum eis promisit
manifeste et cum eisdem mansurum spiritum sanctum. Et hoc est eciam quod dixit super Crisostomus
3° Beda Glosa et Lyra. Preterea Christus fuit auditus in omnibus peticionibus et roga-
cionibus sed ipse rogavit pro fide Petri ut non deficeret. Fides ergo Petri
non deficiet nec defecit. Primum patet ad Hebreos 7° ubi dicit Apostolus quod Christus
exauditus est pro sua reverencia. Et Iohannis xi° ubi Christus ait Pater gratias ago
tibi quoniam audisti me. Ego enim sciebam quia semper audis me. Secundum patet
Luce 22° ubi dominus ait ad Petrum ego rogavi pro te ut non deficiat fides tua.
Hoc autem non potest intelligi de fide personali Petri quia in illa defecit in trina abne-
gacione ut patet contextu evangelii. Et similiter patet quia verbis consequentibus cum sub-
iungit et tu aliquando conversus confirma fratres tuos qui utique non dicerentur conversi
nisi prius fuissent a fide propria aversi. Intelligendum est igitur quod Christus rogavit
pro fide quam ipse confessus est cum dixit Tu es Christus filius dei vivi et super
quam ipse Christus fundavit ecclesiam eodem domino dicente Tu es Petrus et super hanc
petram edificabo ecclesiam meam. Pro fide igitur ecclesie Christus rogavit ut non
deficeret et non pro fide personali Petri. Que si in aliquo necessario ad sa-
lutem pro aliquo tempore erravit vel errasset ecclesia totaliter Christus dominus et prima
veritas non dixisset verum nec fuisset exauditus pro sua reverencia quod
est contra predicta et omnino falsum. Unde Albertus Magnus super eodem passu
Ego rogavi ut non deficiat scilicet finaliter fides tua. Hoc argumentum effi-
cax est pro sede et successore ipsius quia fides eius firma non finaliter deficiet
Naum 1° Non adiciet ultra ut pertranseat per te Belial universus interiit
Hec Albertus. Item Glosa fides tua id est ecclesie tibi commisse scilicet Romane ecclesie.
Unde hoc est certum quod fides Romane ecclesie quam in ea Petrus plantavit
sit semper duratura. Hec ille. Item quod Christus rogavit non solum pro Petro et
apostolis sed pro omnibus sequentibus patet manifeste in Iohannis xvii° ubi cum pre-
misisset ardentissime caritatis pro ipsis discipulis oracionem ut pater sancte serva
eos in nomine tuo quos michi dedisti ut unum sint sicut et nos. Et sanc-
tifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est. Sicut tu me misisti in
mundum et ego (misi) mitto eos in mundum et ego pro eis sanctifico meipsum

Ut sint et ipsi sanctificati in veritate. ¶ Post hec subiungit: Non pro eis rogo
tantum, sed et pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me, ut omnes unum
sint, sicut tu pater in me et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint, ut mundus
credat quia tu me misisti. Et sic patet quod omnes qui credunt et crediderunt sive crede-
dent usque in finem seculi in Christum, credunt in ipsum per verbum et doctrinam apostolorum.
Quam habemus in symbolo Niceno profitemur per ecclesiam katholicam non alia
de causa quam nisi quia in verbo et doctrina apostolica fundata est, dicente Apostolo
ad Ephe. 2°: Iam non estis hospites et advene, sed estis cives sanctorum et
domestici Dei superedificati super fundamentum apostolorum et prophetarum. ¶ Unde et Jo. in
Apoc. 21 describens murum civitatis sancte Jerusalem que est ecclesia militans, descri-
bit eum eam habere duodecim fundamenta, et in ipsis nomina duodecim apostolorum et agni.
Si igitur aliquam demeruisset ecclesia ab hoc fundamento seu fundamentis doctrine apostolice
per errorem, sequitur quod Christus non fuisset exauditus ut prius. ¶ Preterea si ecclesia 9°
posset errare in hiis que sunt necessaria ad salutem, sequeretur quod non esset securitas
neque aliqua certitudo credibilium existentibus in ea, et per consequens nec aliqua fides.
Patet quia qua ratione unus articulus vel unum dogma ecclesie in dubium vertetur,
eadem ratione et omnia alia per ipsam predicata et ordinata. Sicut si quis
dubitaret an Christus resurrexerit, et eadem ratione dubitaret an in celum ascen-
derit, et similiter de aliis, et ita non haberet securitatem certitudinis de aliis, et
tamen dubius in fide infidelis sit, ut patet Extra de hereticis, quia fides cum
dubitatione stare non potest. Sequitur manifeste quod si ecclesia errare posset, quod nulla se-
curitas certitudinis esset in ea, et per consequens fides non esset in ecclesia, quod est
omnino contra Christum indefectibilem securitatem ecclesie sue promittentem, cum ait
Petro: Super hanc petram edificabo ecclesiam meam, et porte inferi non prevalebunt
adversus eam. Super quo verbo ait Jeronimus: Portas inferi reor vitia
esse atque peccata quo ad agenda, vel certe hereticorum doctrinas quo ad
credenda, que adversus ecclesiam prevalere non possunt. Licet posset dici adversariis quod
aliunde capiat certitudinem aut securitatem credendorum quam ab ecclesia, quia aut
eam haberet a Deo per singularem inspirationem, aut ab aliquo doctore preclaro, Certitudo cre-dendorum unde
aut forte ab evangelio que continet doctrinas Christi. Sed non primo,
quia talis inspiratio cum sit occulta et supernaturalis oportet quod aliquibus signis
supernaturalibus seu miraculis manifestaretur, quemadmodum doctrina apostolorum confirma-
batur signis et miraculis. Si igitur doctrina adversariorum haberetur per inspirationem,
ostendant signa et miracula et credemus eis, quod non facient meo iudicio, quia
summa veritas contra se miracula facere non potest propter philosophie testimonium mendacii
et falsitati. Similiter nec 2°, quia multo magis potest errare quilibet preclarus doctor
quam ecclesia, ubi plus quam ut patet, quia plura videt et subtilius plures oculi
quam unus oculus. Similiter nec 3°, quia nec ipsa evangelia continent certitudinis securi- Certitudo evangelii un-de
tatem nisi fuisset ab ecclesia approbata et acceptata. Cum enim multa evan-
gelia et acta reperiantur que dicuntur ab apostolis compilata, sic enim dicitur dist. 15:
Actus nomine Andree apostoli apocriphus, actus nomine Petri apocriphus, actus
nomine Philippi apostoli apocriphus, actus nomine Thome apostoli apocriphus, et
evangelia nomine Thadei apocripha, evangelium nomine Thome apostoli
apocrifa quibus utuntur Manichei, evangelia que falsavit Lucianus
apocripha, evangelia que falsavit Ysicius apocripha. Et infra revelatio

que appellatur pauli apocrypha. Revelacio que appellatur thome apocrypha. Revelacio
que appellatur stephani apocrypha. ¶ Cum itaque omnem predictam ecclesia et certi libri pronominati recipiantur scripti ut certi sunt adversarii quod ista quatuor evangelia continent veritatem alia vero non. Et quod illa scripta sunt a veris apostolis et non illa. Cuius
illa substituta sunt et non ista. Et propterea ista quatuor sunt recipienda alia vero tamquam
falsa respuenda. Presertim cum ipsi non audiverunt Christum predicantem nec docentem
nec viderunt ipsum miracula facientem nec alia dicta aut facta ipsius que in dictis
quatuor evangeliis scripta sunt. Nec utique viderunt hos quatuor evangelistas magis
quam alios ut possent ex doctrina vita aut miraculis magis approbare ista
evangelia quam alia, nisi quia ecclesia ista quatuor recipit illa vero respuit.
Si igitur ecclesia non dirigeretur a spiritu sancto in hiis que fidei sunt et de necessitate
salutis et posset in illis errare, sequitur quod in recipiendo illa quatuor evangelia et alia
respuendo errare potuerit et ita videtur in dubium. Cum ista quatuor evangelia
continent doctrinam facta et miracula Christi. Et ultimus quidem predicti adversarii sic affirmant et dictis dictorum evangelistarum totum erit dubium et sic
apud eos nichil erit certum in fide aut morum et consequenter nullam habebunt
fidem. Hoc profecto intellexit Augustinus cum dixit in libro contra epistolam fundamenti
et etiam contra Faustum hereticum et in aliis multis locis. Non crederem evangelio
nisi me ecclesie auctoritas commoveret. Si dicatur adversarius accipere hec quatuor evangelia et non alia quia primitiva ecclesia que propter assistenciam spiritus sancti errare
non poterat illa respuit et ista acceptavit. Contra: tunc crederent si ea moderna a qua propter vitam et peccata recessisse spiritus sanctus tunc aliis spiritus acceptasset ¶ Contra quod patet aegrum ut supra per illud Christi: Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi. ¶ Preterea cum predicti adversarii non fuit
in primitiva ecclesia unde sciunt quod ipsa hec acceptavit et alia respuit. Revera
non aliunde quam ex attestatione moderne ecclesie. Cuius attestatio si dubia fuit multo magis et id quod attestatur sub dubio remanebit.

5 ¶ Preterea cum hec evangelia varia Christi doctrinam facta et miracula continentia
utique ad veram et certam fidem sufficeret intelligencia in verbis Christi opus esse
ut videlicet eum sensum in verbis Christi apprehendas que ipse Christus intendit.
Alioquin non habemus veram doctrinam eius, neque fidem quemadmodum contingit
pauperibus lugdunensibus qui secundum litteram sensum verbi Christi illud intelligentes.
Si oculus tuus scandalizavit te erue eum et proice abs te, oculos sibi
eruebat cum contingebat eos peccare per oculos quod utique sic facientes non habebant sensum Christi. Non enim dixit Christus de corporalibus oculis, sed spiritualem
virorum que per oculos et alia membra committuntur precepit. Sicut videns in capitulo vi loquens de manducacione et bibicione sui corporis et sanguinis
cum dixit nisi manducaveritis etc., multi scandalizati et aliqui discipulorum
retro abierunt putantes ipsum loqui de carnali manducacione. Subiunxit:
spiritus est qui vivificat caro autem non prodest quicquam. Et paulus apostolus: littera
occidit spiritus autem vivificat, quia in intelligendo sacras scripturas non semper
litteralis sensus et grammaticalis est accipiendus sed misticus et spiritualis est requirendus ut supra dixi. Sed ergo quilibet particularis homo in intelligendo
doctrinam Christi et verba eius possit errare et decipi quemadmodum heretici

decepti sunt qui ex aliquo dicto sacre scripture male intellecto erroris susceperunt occasionem et originem. Dicit Augustinus omelia super Joh. xviii: Neque enim nate sunt hereses et quedam dogmata perversitatis illaqueantia animas et in profundum precipitantia nisi dum scripture bone intelliguntur non bene, et quod in eis non bene intelligitur etiam temere et audacter asseritur. Itaque carissimi valde caute audire debemus ad que capienda parvuli sumus et corde pio et cum tremore, sicut scriptum est, hanc tenentes regulam sanitatis ut quod secundum fidem qua imbuti sumus intelligere non potuerimus dubitationem auferamus, intelligentiam differamus. Hoc est etiam si quid nescimus quid sit, tamen ut verum minime dubitemus. Et ego fratres qui suscepi loqui vobis cogitandus sum a vobis quid susceperim et que susceperim. Suscepi enim tractanda divina homo, spiritualia carnalis, eterna mortalis. Etiam longe carissimi a me sit vana presumptio, si volo sanus in domo dei conversari que est ecclesia dei vivi columpna et firmamentum veritatis. Pro modulo meo capio quod vobis appono, ubi aperitur pascor vobiscum, ubi clauditur pulso vobiscum. Hec Augustinus. ¶ Et si similiter prelati etiam possunt errare in intelligendo et exponendo doctrinam Christi secundum magistrum quod nunquam esset certum de intellectu scripturarum vero, et per consequens de fide, que ex vero scripturarum intellectu accipitur, et sic omnes essent infideles, cuiusmodi sunt adversarii asserentes prelatos etiam posse errare in hiis que fidei sunt et necessaria ad salutem. Nec sufficit quod aliquis confiteatur ore verba, nisi etiam sine dubitatione credat intelligentiam et significationem verborum Christi, quia utrumque Apostolus ad Romanos x° coniungit inquiens: Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Unde si quis particularis credo possit errare et similiter prelati etiam in accipiendo veram significationem verborum Christi, patet quod nullus haberet fidem, que omnimodam excludit dubitationem, ex quo intelligere verborum Christi sub dubio remaneret. ¶ Dicendum igitur est prelatos etiam in exponendo evangelium et sacram scripturam errare non posse, et a spiritu sancto dirigi, et eorum tamquam infallibili et divine regule debere quemlibet fidelem adherere, et qui non faciunt pro hereticis sunt habendi. Unde sanctus Thomas 2a 2e q. v ar. iii° dicit: obiectum fidei est veritas prima prout manifestatur in scripturis sacris et doctrina ecclesie. Unde quicumque non adheret sicut infallibili et divine regule ecclesie, que procedit ex veritate prima in scripturis sacris manifestata, ille non habet habitum fidei. Et infra: Et sic manifestum quod hereticus qui pertinaciter discredit unum articulum non est paratus in omnibus sequi doctrinam ecclesie. Et infra: Unde et manifestum est quod talis fidem non habet de aliis articulis, sed opinionem quandam secundum propriam voluntatem. Et infra in responsione ad 2m arti. iii dicit: Omnibus articulis fidei adheret fides propter unum medium scilicet propter veritatem primam propositam nobis in scripturis secundum doctrinam ecclesie sane intellectis. Et ideo qui ab hoc medio decidit fide totaliter caret. Hec sanctus Thomas. ¶ Sed forte dicet adversarius volens sustinere propter unum ecclesie individuum se velle intelligere scripturas secundum expositionem doctorum et non ecclesie. ¶ Contra quia sicut dictum est de evangeliis tam multi susceperunt et exposuerunt scripturas et evangelia. Unde ipsi adversarii erunt certi qui doctorum fuerunt et sunt boni et fecundi et qui mali et respondi cum non omnes indifferenter acceperunt, sed etiam respuunt propter contrarietatem et diver-

sitate plurimorum ipsorum circa eundem passum scripture manifestum est quod hoc iudicium et dis-
cretio ecclesie relinquitur et non alicui particulari homini ut est in decretis dist. 17 ubi
illi doctores approbati vel reprobati habentur quorum ecclesia approbat vel reprobat
Quibus enim adversarii indicaverunt beatum Augustinum vel Jeronimum vel quemcumque alium sanctorum
seu doctorem katholicum nisi approbatio ecclesie Et si dicat quod ex vita ipsius
unde sciat legendam ipsius esse non apocrypham nisi ex auctoritate ecclesie que si potuit
et potest errare in aliis utique et in hac doctorum approbatione ¶ Preterea cum
inter doctores multa sit varietas et contrarietas opinionum et sepe circa idem
dictum doctoris eiusdem multa contingat ambiguitas necesse est per aliquem
doctorem infallibilem tolli huiusmodi dubia et declarari Et cum quilibet particularis
homo falli potest et errare, necesse est quod huiusmodi certus sit infallibilis expositor et
doctor credendorum et agendorum ¶ Preterea non debet maiorem fidem dictis
et expositionibus doctorum adhibere quam ipsimet doctores sibi ipsis adhibu-
erunt vel ab aliis adhiberi voluerunt sed ipsi in dictis et expositionibus
ipsorum sepe dubitabant et ne dampnabiliter errarent in omnibus se et sua
dicta correctioni ecclesie subiciebant Ergo fideles non debent expositores
doctorum certitudinaliter esse veraces reputare nec eis ita fidem adhibere
nisi inquantum fuerint ecclesie assertione vel per eiusdem approbationem. Hoc patet, pene
per omnes doctores qui sua dicta corrigenda ecclesie vel summo pontifici
subiciebant Unde xxiiii q. i Quotiens fidei ratio ventilatur arbitror
omnes fratres nostros et coepiscopos non nisi ad Petrum idest sui nominis auctorem
referre debere Jeronimus enim auctor nec Johannes nec Augustinus nec aliquis sacro-
rum doctorum sua sententiam defendit Sic enim dicit Jeronimus cadem q. Hec
est fides papa beatissime quam in katholica didicimus ecclesia in qua cupimus
emendari a te qui Petri fidem et sedem tenes Si autem hec nostra
confessio apostolatus tui iudicio approbatur quicumque me culpare voluerit se
imperitum vel malivolum vel etiam non katholicum sed hereticum comprobabit
Beatus enim Bernhardus in epistola ad canonicos Lugdunenses sic dicit Que
autem dixi absque preiudicio sane dicta sint sanius sapientis et Romane
presertim ecclesie auctoritati cuius atque examini me totum in hac specie et cetera
que huiusmodi sunt reservo ipsius si quid aliter sapio paratus iudicio emendare
Similiter sanctus Thomas in prohemio super evangelia scribens pape Urbano
quarto sic dicit Suscipiat itaque sanctitas vestra opus vestro discuciendum
corrigendumque iudicio vestre sollicitudinis et obediencie mee fructum
ut cum a vobis emanavit preceptum vobis etiam resignatur finale iu-
dicium ad locum unde exeunt flumina revertantur. Idem 2a 2e q. 2
ar[ticu]lo 12 dicit Maximam habet auctoritatem ecclesie consuetudo que semper est in omnibus
emulanda Quia et ipsa doctrina katholicorum doctorum ab ecclesia auctoritatem
habet. Unde magis est standum auctoritati ecclesie quam auctoritati Augustini Jeronimi
vel alicuius doctoris cuiuscumque, Hec sanctus Thomas. Ecce quomodo et maxime
se et dicta sua sancti doctores correctioni sancte matris ecclesie subiciunt
Unde et nulla dictum alicuius sancti valet, si contra determinationem ecclesie alle-
garetur quia auctoritas ecclesie semper maior est auctoritate cuiuscumque quantumcumque
docti aut sancti viri et per quemlibet in omnibus emulanda ¶ Preterea si dicat
adversarius se velle intelligere scripturas secundum exposicionem doctorum et non
ecclesie. tunc aut ipsi sciabunt exposicionem doctorum unicuique aut eorum

q ab hac vita migravit. Dicit primo cum inter viventes sepe immo ymo sepissime
contrarietas oriatur et dissensio ut patet specialiter inter doctores katholicos et heri=
ticos ad contrarietatem et dissensionem huiusmodi tollendam quis erit iudex in vita presenti
non nisi ecclesia. Si 2o ut quandoque doctorum adversariorum dicunt aut si discordia
oriatur de intellectu auctoritatis sanctorum doctorum iam defunctorum quis erit iu=
dex. Numquid alii doctores defuncti et si sic tunc orta sibi discordia in
dictis aliorum quis iudicabit. Si ulterius alii doctores defuncti tunc
erit processus in infinitum quod omnino est absurdum. ¶ Concludendum igitur est quod
tam dicta doctorum viventium quam defunctorum ad iudicium ecclesie tamquam
ad infallibilem et divinam regulam sunt revocanda. Et eius sententia tam in expo=
sitione scripturarum sacrarum quam in intelligendo dicta doctorum et in aliis
necessariis ad salutem tamquam divino ore prolata a cunctis christifidelibus
est amplectenda et acceptanda. ¶ Preterea ad principale propositum 7to
redeundo inter christum et ecclesiam est matrimonium spirituale ~~ecclesie~~ teste apostolo
qui ex verbis prothoplasti dicentis Et erunt duo in carne una Concludit
Sacramentum hoc magnum est. Ego autem dico in christo et ecclesia. Sed sicut
in matrimonio carnali precipue fides thori exigitur sic et in spirituali
dicente sponsa desponsabo te michi in fide sicut eius fractores fidei in thoro
adulterii macula scilicet. Sic et in matrimonio spirituali de matrimonio ab hiis
que fidei sunt et necessaria ad salutem scilicet macula erroris et per consequens adul=
terii spiritualis quod est contra apostolum dicentem ad Ephe. 5o Cum christus tra=
didit semetipsum pro ecclesia ut exhiberet eam sibi gloriosam non habentem 6to
maculam neque rugam neque aliquid huiusmodi. ¶ Preterea quicumque dat alicui
ex caritate id quod incomparabiliter magis est respectu alicuius finis consequendi
dat ei etiam id quod minus est respectu eiusdem et tanto amplius
quanto magis est necessarium ad dictum finem consequendum. Sed christus dedit sponse
sue ecclesie seipsum ut patet per apostolum immediate allegatum quod incomparabiliter
magis est quam ipsam non sinere errare in hiis que fidei sunt ergo eidem contulit
ut nullo modo possit errare in fidelibus quod est minus ecclesie necessarium ad adipiscendum
salutem. Si igitur christus ex caritate seipsum tradidit ecclesie et pro ecclesia. Si deus
pater mundum sic dilexit ut filium suum unigenitum daret ut inquit Johannes.
Et qui proprio filio suo non pepercit ut ait apostolus sed pro nobis omnibus tradidit
illum quomodo non etiam cum illo nobis omnia donavit. Et si omnia quomodo assisten=
tiam suam seu spiritus sancti indefectibilem nobis seu sue ecclesie quatenus non sinit
errare in hiis que necessaria sunt ad salutem non donavit. Commendat deus
suam gratiam in nobis caritatem inquit apostolus ad Romanos 5o. Quoniam in pro
omnium ecclesiam constitueretur. Cum si cum adhuc peccatores essemus secundum tempus christus
pro nobis mortuus est multo magis nunc iustificati in sanguine ipsius
salvi erimus. Quomodo autem nos vel ecclesia salvi erimus si in hiis que sunt
fidei erraremus aut quomodo delinqueret ecclesiam ex fidelibus collectam lavacro
baptismi regeneratam et suo sanguine preciosissimo redemptam ut non assisteret in hiis
et que necessaria sunt ad salutem. Si pro ea dum adhuc ex infidelibus et peccatoribus
atque ydolatris colligebatur tam turpissimam et ignominiosissimam mortem
sustinuit ut exhiberet eam sibi gloriosam non habentem maculam neque rugam
ut dictum est. Et sic perfecto conclusio et intencio pauli est in predictis verbis

7mo Commendat deus suam caritatem etc. ¶ Preterea nullus sapiens sui ipsius aut eius
quam ex caritate et dilectione sua amatam in amatam transformato seipsum
reputat quantum potest et valet curam et prudentiam pretermittit. Sed Christus tanto
tanto caritatis affectu ecclesiam diligit ut non aliam et aliam, sed unam et eandem
personam se et ecclesiam reputat, ut patet Actuum 9º ubi Christus ad Saulum [illegible]
ecclesiam persequentem ait Saule Saule quid me persequeris, Christus cum iam in
celo regnabat et Saulus in terra non ipsum sed membra sua, et fideles suos persequebatur
et tamen transformans caritatis tangebat ipsum persecutorem sponse ipsam reputate
et unam eandemque personam fatetur tu ait quid me persequeris. Sic et in
fine mundi, mundum iudicaturus dicet Quod uni ex minimis meis fecistis mihi
fecistis. Ergo Christus quantum potens sit et valeat nunquam sponse sue ecclesie pru-
8uo dentiam pretermittit et curam ¶ Preterea quanto gratia est potior natura
tanto et divina prudentia que est secundum gratiam potior et efficacior respectu
provisorum quam sit prudentia que est secundum naturam, sed divina prudentia que
est secundum naturam nunquam deficit universaliter, ergo nec secundum gratiam deficiet to-
taliter ut nunc Christus sponsam suam ecclesiam quam indefectibiliter gubernat
secundum esse nature et eadem prudentia secundum gratiam suam non permittit errare in
hiis que maxime necessaria sunt ad statum gratie et salutis, cuiusmodi est errare in
9no fide ¶ Preterea ecclesia christianorum est multo prestancior quam fuit synagoga
Iudeorum patet tam ratione legis quam sacerdotii sacrificiorum et omnium in ea conte-
torum, sed deus nunquam ex toto deseruit synagogam Iudeorum pro tempore
quo ipsam durare oportuit, nec eam errare permisit circa fidem. Ysaie 21
Super speculum domini ego sum stans iugiter per diem, et super custodiam
meam ego sum stans totis noctibus. Et eiusdem capitulo 49º dicit dominus
Nunquam potest mater oblivisci infantem suum, et si illa oblita fuerit, ego
tamen non obliviscar tui. Que omnia et infinita similia dicta sunt ad literam
de synagoga sua pro tempore sue durationis. Unde et phariseorum doctrinam
dominus quamquam veram licet ipsi essent mali approbavit cum diceret Supra
kathedram Moysi sederunt scribe et pharisei etc. ergo nec ecclesiam deus
deseret aut errare permittet in hiis que necessaria sunt ad salutem pro toto
tempore durationis sue que quidem durabit usque ad consumacionem seculi.
10mo ¶ Preterea omnis architectus sapiens edificat domum suam firmiter
tamen quantum scit et potest sive super firmam petram sive aliter, sed Christus fuit
et est sapientissimus architectus, ergo edificavit domum suam id est ecclesiam firmiter
et super firmam petram. Antecedens patet per apostolum qui ait Ut sapiens architectus
fundamentum posui. Et Matthei 7º Similis est sapienti qui edificavit
domum suam super firmam petram. Minor etiam patet quia Christus dei sapientia et
dei virtus secundum apostolum est etiam architectus qui edificavit ecclesiam suam iuxta
illud Tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Si
ergo ecclesia posset errare aut erravit aliquando ut dicunt adversarii, sequitur
manifeste quod Christus non edificavit ecclesiam suam firmiter et super firmam petram
et per consequens quod non fuit architectus sapiens, et quod falsum dixerit quod porte in-
feri non prevalebunt adversus eam que omnia sunt a fide aliena. Conce-
dendum est igitur et concludendum firmiter quod licet descendat pluvia, fluant

veniat veniat fulmen hereticorum et malorum hominum et irruat in hac domum
ecclesie katholice non tamen cadit neque cadet quia fundata est super firmam petram Unde
et apostolus vocat eam columpnam et firmamentum veritatis I ad Thimotheum iii° Ita scribens
Thimotheo Sciatis quomodo oporteat te in domo dei conversari que est ecclesia dei
vivi columna et firmamentum veritatis Super quo Ambrosius in epistola ad Thimotheum
ita dicens Cum totus mundus dei sit ecclesia tamen domus eius dicitur Cuius hodie rector
est damasus Mundus enim in sua natura est diviso et varietate errorum Ideo ecclesie
necesse est ut dicatur esse domus dei et veritatis Hec Ambrosius Ecce quam aperte
et aperte hic doctor declarat tibi ubi sit ecclesia que est domus dei illa
scilicet et ibi cui tempore suo Damasus papa presidebat scilicet ecclesia Romana Ecclesie
enim ita est fide inconcussa ecclesia Christi et petri navicula que multis agitetur
fluctibus nec tamen ventis in hoc tempestuoso mari et periculoso nunquam tamen
periclitatur propter Christum et gubernaculum spiritus sancti quod eam navem semper erigit in hiis
que fidei sunt et veritatis ad salutem Cetera que de ecclesia erant dicenda
hic in loco gratia brevitatis dimissa sunt tamen nec in audientia publica
fuerunt recitata Responsione inchoatam die sabbati ad dictum Magistri
Prosequendo Proponebatur in ista questio communionis sub utraque specie
Quia tractator temporis brevitate non valeo dicta eius omnia ut optimum
esset prosequi tamen ne clausis oculis pertranseam illa que mihi videntur in
positione sua difficultatem habere residua per articulos discussionem
Positione sua difficultatem habere residua per articulos discussionem
Reverendis magistris et doctoribus relinquendo Curabo autem pro
eorum sequentibus referendis magistris et doctoribus relinquendo Curabo autem pro
eorum sequentibus ad ea solum tendere que faciunt vel videntur facere quoniam intentum meum in
presenti ad ea solum tendere que faciunt vel videntur facere quoniam intentum meum in
articulo proposito per eundem In primis igitur post ea que in insufficientia
protestationis dictam sunt et de acceptione ecclesie quod visus fuit ponere ecclesiam
constare solum ex iustis in gratia gratum faciente actuali constitutis difficultatem affert
id quod dicit in 2° membro divisionis qua facit de communione Et per
superiorem dignam corporis et sanguinis Christi homo incipit ad communionem primo
acceptam et fit de societate sanctorum et quod ad hunc sensum intelligatur auctoritas
Augustini in omeliis Corpus domini a quibus sumitur etc. Item circa tertium membrum dicte
divisionis dicit quod a communione que nunc proprie et vulgariter accipitur sit
excommunicatio hominum a iudicibus ecclesie et quod huiusmodi excommunicatio fertur quamplurimis
non pro peccato mortali sed solum de facto et non de iure et solum propter contumaciam
Item in resumptione predicte trimembris divisionis dicit Item quam
mali Item in resumptione predicte trimembris divisionis dicit Item quam
mali non tamen malis non sunt unitate vite et spiritus in Christo sic unum membrum
tamen mortuo Et ad hoc inducit apostolum I ad Corinthios X° Non potestis calicem etc.
Et 2 ad Corinthios vi Que est conventio belial ad Christum Item in Corolariis
quod infert ex precedenti notabili In primo dicit quod non omnis qui eiectus est de templo
communione puta per excommunicationem iudicis eiectus est de 2ª communione Item
in 2° Corolario dicit Eo nunc est pretiosum et incantatum quod aliquem tamen stanto
excommunicato a iudice quem tamen stanto mortaliter peccante Et ad hunc sensum dicit
apostolum intelligi Nolite communicare etc. Item in 3° corolario ponit Eos notorie
peccatores debere a communione sanctorum repelli et ad hunc sensum inducit exemplum
de Dathan et Abiron Numeri xvi° ubi dicitur Recedite a tabernaculis hominum

que ibi proferuntur et non multa predicta predicta sunt que michi videntur salvo iudicio
meliori contra mandatum meam posita non mordeant in se continentes difficultates
quas ut predixi doctores et magistri subscriptores ut spero plenissime
aperient et declarabunt. Venio ad ea que me contingunt et locis apperam.

rufio ad supposita primo adinferenda

Et primo ad id quod supponit videlicet quod communio eukaristie que dicitur panis
et calicis sacramentum, ad quod dicendum quod hoc non sic intelligitur, quia quis accipitur
pro hostia tantum sic patuit ex Concilio Toletano xi supra allegato
Et etiam capitulum presbiter de consecratione distinctione 2 ubi ex concilio Wormatiensi precipe-
batur sub hiis verbis presbiter eukaristiam semper habeat paratam ut cum quis infirma-
tus fuerit statim eum communicet ne sine communione moriatur. Unde scilicet glosa eu-
karistie nomine sola hostia describitur non dicit sanguinem non propter hoc
quia opus esset nimia cautela in conservando. Hoc est de intentione Gregorii

ad Gregorium

dicere in loco preallegato quod eukaristia conficitur pane et calice quia de suo prin-
cipali significato ymmo dicit Cum panis et calicis sacramentum grece eukaristia
dicitur latine bona gratia interpretatur. Et postea Et quid melius sanguine et
corpore Christi. Ex quibus verbis patet quod nomine eukaristie non competit speciebus sed ipsi
rei scilicet carni et sanguini domini nostri Jhesu Christi. Unde sanctus Thomas in parte
3 sic loquitur de nobili hoc sacramento. Et petrus de palu in 4° distinctione 8
dicit in summa quod licet illud sacramentum sit unum perfectione et ordine
est tamen omnium nobilissimum nominatum. Nam nominatum est rememorativum dicitur passio
dicitur sacrificium hostia et oblatio et sic nominatum sacrificium eius refertur ad pre-
teritum. Inquantum non significat re respectu presentis temporis tunc tantum supponit sig-
nificata et contenta scilicet vera caro Christi. alia sig-
nificata sed non contenta scilicet ecclesiastica unitatis Ideo ratione sue rei signifi-
cate et contente dicit dominus petrus de palude dicitur eukaristia, quia bona
quia continet fontem gratie eukaristia cum grece bona gratia latine interpretatur. ratione vero
sue rei significate scilicet unitatis ecclesiastice nuncupatur communio vel sinaxis, quia
quod omnes per hoc sacramentum significatum aggregantur in unum corpus Christi misticum.
Unde dicit Damascenus quarto libro quod dicitur communio quia communicamus per ipsam
Christo et quia participamus eius carne et deitate et communicamus et unimur per
ipsam ad invicem. dicitur etiam in greco methalipsis i assumptio quia ut Da-
mascenus dicit. per hoc filii deitatem assumimus quam suppositio non est
sic tantum ymmo ut in pluribus et sic semper eukaristia supponit pro ho-
stia tantum. Ad secundum ad secundum nobile quod est de dicta Innocentii scilicet
licet expedit et necessarium est quod hominis sacramentum susceptio non sit necessaria
nature absoluta sumus satis concordes ut dominus fuit in forma eius. Ad tertium ad tertium nobile de dicta de
de eo quod dicit quod quedam obligant semper et pro semper quedam sed licet concordemus
sed non pro semper. Richardus ... in exemplo posito de diligere deum videatur
ipse si hoc deum sit diligere dicat actu eliciendo a diligere licet sit actu
manens et non tamen in creatoribus ... sit et intelligere
teneatur sub precepto omni tempore et momento incessanter et sine interpellatione. Et si dicitur
intelligere et diligere deum actuali electione actu et si ipse facit dum dormit

comedit et bibit et in aliis rebus occupatur, videat et ipse et iudicet quia hoc
proprium angelorum et comprehensorum in patria. Credo tamen quod accipiat diligere pro habitu
dilectionis et non pro actu, et sic utrumque verum est. Et hec dicta sint quantum pro suppositione tertia huius.

Sed iam venio ad primam partem sue positionis in qua dicit: Et quod dignissime
eukaristia sub specie utraque panis scilicet et vini utilis multum est et saluti expe-
diens. Ecce quam infamia conclamant mecum tractatum in tribus gradibus. In quibus con-
clusionibus tamen sua cum mea duo attenduntur. Unum est quod quando dignissime
eukaristia sit multum utilis et saluti expediens et in hoc simul concordet, quia tanta
est utilitas huius sacramenti et tot effectus devotorum in sumentibus digne operatur, ut nec
ipse magister nec ego immo nec omnis lingua mortalium etiam si omnia membra
verterentur in linguas, non sufficerent enarrare, immo nec etiam ipsi angeli
et sancti in patria comprehensores prout non valent comprehendere. Secundum quod attenditur
et in quo consistit contrarietas inter ipsum et me, videlicet quod sive
in dictis conclusionibus est in quo consistit quo ad populum laycalem, dicetis igitur
dignissime specie vel sub una ministretur quo ad plures laycales. Dicetis igitur
quibus preferat utilitate sumptionis huius sacramenti. Credo quia nichil aliud introducit
quam utilitatem simpliciter superflue huius sacramenti que utilitas sequitur plene
et perfecte in digne sumentibus, sive sub una specie sive sub duabus speciebus
sumatur, cum sub altera plene et integre caro Christi et sanguis eius, immo
et totus Christus sumatur. Ratione cuius sumptionis sequuntur omnes predicti
effectus. Eukaristia flebiliter infertur et male cum ex predictis auctoribus sic concluditur:
Eukaristia sequitur quod utile est et quod expediens saluti fidelium dignissime eukaristia
sub specie utraque quando si fuit digne celebrata, nisi forte vellet id quod dicit
digne celebrata vellet referre ad celebrationem sacerdotum, quia ipse celebrare
et offerre sacrificium in rebus sensibilibus dico pertinet ad sacerdotes. Licet etiam
ex predictis auctoribus nec hoc sequitur, cum pure loquuntur de manducatione et
sumptione corporis Christi, nisi forte auctoritas Alexandri pape qui dicit nichil
in sacrificiis maius esse potest. Etiam ut dictum est solum sacerdotum est of-
ferre sacrificia deo. Sed iam pro declaratione auctoritatum Ambrosii
sancti Thome Alberti magni, Innocentii et multorum aliorum que sequuntur, est
diligenter notanda distinctio que sequitur, ex qua spero per gratiam Ihesu Christi suffi-
cienter omnibus audientibus non quibus animus passione aliqua obumbratus, que
distinctio presupposita tractatu veritate est ita clara et ita distincta quod ne-
mo potest contra eam aliquid obicere nisi proterva voluntate. Sciendum est ergo
quod triplex est huius sacramenti perfectio, videlicet rei signi et effectus. Perfectio huius sa-
cramenti quantum ad rem consistit in integritate et totalitate prime rei contente
et signate in hoc sacramento, videlicet ipsius Christi, et sic sub utraque specie huius sacramenti
simul totus Christus vere et totaliter continetur et sub altera similiter. Unde
idem per omnia continetur sub utraque specie simul et sub altera tantum. Et
secundum eundem modum existendi. Unde sicut sub speciebus panis et vini
simul totus et unus Christus et integer continetur cum corpore et anima
sanguine et deitate, sic per eam sub speciebus panis per se sumptis et
sub speciebus vini, immo sub qualibet particula panis et sub qualibet gutta
vini et secundum eundem etiam modum existendi, quia sic sub speciebus panis est
unita deitas humanitati, sic et sub speciebus vini et sic hic anima informat

Hic venit ad conclusiones et allegationes adversariorum

Triplex perfectio sacramenti

corpus ita ibi, et sicut sanguis hic est inclusus intra venas corporis, ita
sub speciebus vini. Et ita quantum ad rem et in modo continendi rei in hoc sacramento
nulla est diversitas, sive consideretur sub ambabus sive sub altera tantum speciebus. Sed
in conversione est diversitas, quia ex vi sacramenti panis transit in corpus. Et quamvis
videatur quod corpus carne, ossibus, nervis et aliis huiusmodi integretur, cetera tamen non
sunt ibi ex vi verbalis et realis concomitantie, scilicet ~~anima~~ sanguis et deitas, que ‸ anima
corpori Christi realiter et naturaliter coniuncta sunt unita. Quia ut dicitur ad Rom. vi: Christus
resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Quod
enim vivit, vivit deo. Corpus non vivit nisi per animam, et anima animalis in sanguine
est, ut habetur Levit. 9. Necesse est ut naturali concomitantia sit ibi sanguis et
anima. Et cum deitas nunquam corpus quod assumpsit deposuit aut dereliquit,
necesse est ut etiam sit ibi deitas non solum absolute considerata ratione sue imme-
nsitatis, sed etiam ypostatice corporali concomitantia. Similiter sub speciebus vi-
ni est tantum sanguis Christi ex vi sacramenti directe tanquam terminus per se conver-
sionis; corpus vero, anima et deitas sunt ibi ut dictum est ex reali et naturali
concomitantia. Si quis vero in triduo confecisset hoc sacramentum, quando realiter
fuissent separata in ipso scilicet corpus, sanguis et anima ab utroque, quia sub specie
panis fuisset corpus et deitas, sed non anima neque sanguis, quia erant
in re per mortem separata. Et similiter sub specie vini. Si igitur in hoc sacramento utrumque
est aliquando post sacramentum sive sub speciebus panis sive sub speciebus vini, sive aliquando
post corpus et sanguis Christi est totus et integer Christus. Unde beatus Hylarius
loquens de hoc sacramento, et habetur de con. dis. ii: Ubi pars est corporis ibi et totum.
Unde etiam et habetur e. dis.: Singuli singuli accipiunt Christum dominum, et in
singulis portionibus totus, nec per singulos minuitur, sed integrum se prebet
singulis. Augustinus quoque Ambrosius, ho. e. dis. ii, ita dicit: Sub utraque specie
totus sumitur Christus, nec plus sub utraque nec minus sub altera. Eadem enim
ratio est ut ait Hylarius in corpore Christi que in manna precessit, de quo dicitur
in Exo. xvi: Qui plus collegerat non habebat amplius, nec qui
minus paraverat habuit minus. Et infra: Non debet dici duo sacramenta, sed unum,
quia sub utraque specie idem sumitur. Et habetur de con. dis. ii: Ubi pars. Item Augustinus in
libro sententiarum Prosperi: Cum semel immolatus est Christus, hoc autem sacrificium
exemplum est illius, idipsum et semper idipsum offertur. Proinde hoc est idem sacrificium
solum. Alioquin cum in multis locis offertur, multi sunt Christi, sed unus
ubique est Christus, et hic plenus et illic plenus. Et habetur de con. dis. ii.
Christo. Hiis auctoritatibus credit mater ecclesia quod in hoc sacramento sub utraque specie est totus
et integer Christus atque plenus. Et sub utraque sumitur, immo et in qualibet
particula, scilicet cum corpore, anima et sanguine et deitate, et cum omnibus que ad per-
fectionem et integritatem ipsius pertinent. Nec in hoc debent fideles aliquatenus dubitare,
quia hoc est fidei katholice et omnium sanctorum doctorum sententia. Alia perfectio huius
perfectio sacramenti consistit in signo sive in significatione, scilicet quod concurrunt omnia illa et integre
que requiruntur ad totalem et completam illius sacramenti significationem. Et sic in hoc
ambe species sunt, et quantum causa est de integritate et perfectione sacramenti
eo quod per alteram et per nullam earum seorsum sufficienter et complete exprimitur
huius sacramenti significatio. Quod patet primo quia hoc sacramentum significat Christum ut

nutrimentum perfecte reficientes se digne manducantes. Sed cum perfecta refectio corporalis non
in solo pane aut in solo vino consistat sed in utroque simul, utique una sola species
non potest significare Christum ut perfecte reficientem, sed una fuit cum per modum cibi re-
ficientis et famem tollentis ratione sui corporis. Et alia per modum potus
sitim extinguentis ratione sanguinis. Unde nulla seorsum sed ambe simul con-
plete significant. Quare ambe species ad integritatem significationis huius sacramenti
requiruntur. 2° quia hoc sacramentum est institutum in memoriam dominice passionis, pro
illud hoc facite in meam commemorationem. Et apostolus prima Corinthiorum xi. Quotienscumque
enim manducabitis panem hunc et calicem bibetis etc., donec veniat. Sed Christus vi-
delicet in sua passione fuit in corpore suo subiectus mortis afflictioni et sic
quod eius sanguis fuit separatus a corpore. Sed hoc non potest significari nec representari per
alteram speciem tantum, sed per utramque simul. Igitur ad completam et perfectam significationem
passionis Christi et representationem utraque species requiritur. Scilicet species panis que per
consecrationem in altari frangitur, per quam corpus Christi subiectum mortis fractioni
seu penalitati significatur, et species vini per quam seorsum sanguis Christi
effusus creditur. Ad huius igitur passionis completam significationem requiruntur
ambe species. Unde Augustinus in libro de Eucharistie sacramento: Dum frangitur hostia, | Nota Augustini verba.
dum sanguis de calice in ora fidelium funditur, quid aliud quam dominica
corporis in cruce immolatio eiusque sanguinis de latere effusio designatur.
3° quia sacramentum hoc fuit assumptionis totalis humanitatis assumpte a Christo tam quoad
ad animam quam quo ad corpus. Et etiam fuit perfectionis nostre redemptionis scilicet
in anima et in corpore. Unde dicit Magister Sententiarum in quarto distinctione xi quod in duabus
speciebus celebratur, ut anime et corporis in Christo suscepto et utriusque liberatio in
nobis significetur. Hec autem significatio non potest fieri per alteram speciem tantum, sed
per ambas simul. Ut per speciem panis significetur corpus, per speciem vini
significetur anima, cuius sedes est in sanguine secundum medicorum sententiam dicentium quod sedes | 3 perfectio
anime est in sanguine. Tertia vero perfectio huius sacramenti est effectus eius, qui est
augmentum gratie, deletio peccatorum venialium, preservatio a futuris peccatis, quedam
refectio spiritualis anime, et tandem in perseverantibus et digne sumentibus
adeptio eterne glorie. Hic autem effectus ut manifestum est non dependet a speciebus
sacramentalibus, nec ex significatione qua representantur per duas species passio
dominica perfectum spirituale nutrimentum, perfecta a Christo integre humanitatis assumptio
et totius hominis per passionem suam perfecta et integra redemptio. Sed ex perfectione
et totalitate rei, secundum quod superius dictum est. Unde Albertus magnus in tractatu de
officio misse ita dicit respondendo ad quedam obiecta. Ad hec autem et similia non
est difficile videre ei qui aperit sibi huius sancti consistentiam sacramenti. Dicimus enim quod
sicut in omni sacramento ita et in isto est aliquid sacramentum tantum, sicut forme sacramentales,
et aliquid res et sacramentum, sicut corpus Christi verum, et aliquid res tantum, sicut
gratia unitiva ad incorporationem Christi faciendam. Forme enim sacramentales
significant tantum et nichil causant. Corpus autem Christi verum significat et causat
et significatur et causatur. Gratia autem unitiva spiritualis significatur et causatur
et nichil ulterius significat, sed causat in mistico corpore incorporationem quam
fit fidelium ad Christum. Et de hoc causa ista tria sunt in sacramento, ita scilicet quod primum
est significans et non significatum. Secundum significatum et non significans. Medium vero

est significans et significatum Quod quidem autem ex institutione divina significatur gratia sacramenti non ipsum et rationem quia sacramentum est invisibilis gratie visibilibus formis species gerat et causa existit sic dicit Augustinus hec Albertus Cum igitur sub utraque specie totus christus et integer contineatur et secundum sub qualibet maius est quod sive sumatur sub ambabus speciebus sive sub altera tantum cum totus et integer sumitur utroque modo quod digne sumentibus totus et integer effectus consequitur

ad auctoritatem allegatam

Ista igitur distinctione presupposita ad auctoritates que inducuntur Et primo ad auctoritatem beati Ambrosii pertractantes venio dicendum igitur quod nulla est quia in morte christi liberati sumus et quod hoc sacramentum in memoriam illius domini dominus celebratur et quod ad tuitionem utriusque anime scilicet et corporis utriusque scilicet caro et sanguinis sumitur sive sub duplici specie sive sub una accipiatur Verum quantum ad significationem hec tuitio utriusque completur et perficitur sub duplici specie quam sub una quamquam in simplici sumptione ad productionem tuitionem operetur quam significatorum fiendum Sicut et commemoratio (reputatio) passionis christi quantum ad species visibiles pertinet ad sacerdotes quibus solis ipse dominus dixit hoc facite in meam commemorationem Unde Magister sententiarum libro 4 distinctione 11 post predicta verba beati Ambrosii subdit Sed cum sub utraque specie sumatur totus christus quod ad utrumque valet quia sub utraque specie sumitur totus christus Sed si in altera tantum sumeretur ad alterius tantum corporis aut anime non utriusque perciperetur tuitionem valere significaretur Ecce quod Magister loquitur de significatione Et cum dicit ad alterius tuitionem significaret valere primo dicit quod sub utraque specie sumitur quod ad utrumque valet Ad idem est Hugo in quarto de sacramentis ubi ita dicit Non videtur dicendum quod licet in duabus speciebus sumatur tamen in utraque integer christus sumitur Non enim potest esse corpus sine sanguine vel sanguis sine corpore esse potest sed ideo in duabus speciebus sumitur ut significet huius sacramenti duplicem effectum Valet enim ut ait Ambrosius ad tuitionem corporis et anime et quod sumitur in pane valet ad utrumque et similiter quod in vino sumitur quia in pane totus et integer sumitur Sed si in pane tantum sumeretur alterius tantum significaret scilicet quod ad tuitionem corporis valet Item si in vino tantum sumeretur licet hoc sufficeret ad corporis et anime tuitionem tamen hoc solum significaret quod pro salute anime susciperetur hec ille post hec adducit

ad auctoritatem sancti Thome

Post hec adducit sanctum Thomam in 4 q. 80 articulo 12 dicentem de distinctione duplicis speciei Et similiter eadem parte q. 76 articulo 2 Ad quod dicendum quod sanctus doctor ex proposito et intentione tam in tertia parte quam in quarto sententiarum et pene in omnibus scripturis suis in quibus tractat hanc materiam determinat pro parte consuetudinis Romane ecclesie et eandem consuetudinem multum laudat et approbat sicut quod ex precedentibus in dictis suis satis fuit diffuse declaratum Sed autem doctores allegandi ad hunc sensum quem ipse intendit in dictis eorum et non ad sensum repugnantem sic et sacre scripture Sed videtur in quod Magister apparens omissa doctorum clara et manifesta intentione nititur et laborat eosdem doctores capere in sermone quemadmodum iudei observabant christum Unde ne credat se doctores katholicos in hac materia in contradictione deprehendisse respondendum est Et primo ad dicta huius doctoris que in predictis locis intendit assignare causas quare in consecratione huius sacramenti utraque species requiritur cum in idem contineatur utrobique et quod una species nullo modo sufficit

Et ad hoc ostendendum triplicem causam assignat prima est expressior significacio
dominice passionis Secunda est expressior significacio complete resurreccionis spiritualis
3a est expressior significacio salvatoris utriusque hominis quamquam omnino reprobatur
satis patet ad sacerdotes quibus dictum est et preceptum hoc facite in meam commemoracionem
quamvis autem conveniens sit ut secundum quod competebat fidelibus tamen racione usus qui tunc
effluxit dicendum quod doctor legitur de institucione huius sacramenti causas assignan-
do quod non frustra sub utraque specie institutum sit Et sic id quod dicit quod se-
cundum quod competebat fidelibus refertur indifferenter ad ceteros Et visitarunt verba sua
eciam competebat fidelibus refertur indifferenter ad sacerdotes quibus sic ex consuetudine ministra-
tum in sacerdotibus quam in non sacerdotibus quibus sic ex consuetudine ministra-
batur ut dictum est de ministris communicantibus eciam specialiter in ordine Cysterciensi
Id non quod dicit quod corpus Christi competebat pro salute corporis et sanguinis pro
salute anime sub diversis speciebus intelligendum est significative ut sepe dictum est
Et quod dictum est ad auctoritatem Ambrosii ¶ Ex quibus patet quod quantum ad rem et simpliciter
nulla est utilitas maior capere sub utraque specie quam sub una ymmo stan-
tibus consuetudine universali et statuto ecclesie in oppositum quibus fideles tenentur
conformari et obedire capere sub utraque est dampnabile et periculosum
virtutis quod ex communione sub utraque specie augeatur gracia in sumente sed tantum
advertere rem specie negatur simpliciter Ad auctoritatem Augustini dicendum quod dicta Augustini
auctoritas ponitur in glosa ordinaria super psalmo 22 in quo psalmo David cum vinat
dicte dona dei que predicta glosa vocat dictas gracias Et post narrata gracias ponit
auctoritatem iam allegatam que sic incipit Non quod calice id est sanguine Christi preter
Christi potest cum aliam graciam a mensa id est a corpore Christi ut cum caro sine sanguine esse
potest quam aliam graciam a mensa id est a corpore Christi ut cum caro sine sanguine esse
In qua auctoritate glosa implicite solvit illam questionem Sic pretacta examinando dicta
Dona dei seu gracias mensam id est corpus Christi et calicem id est sanguinem distinguit
velut duas gracias id est duo dona dei cum species panis et vini sint unum
sacramentum totale et non duo et caro Christi non posset de lege communi esse aut
sine suo sanguine et econverso eo quod totus Christus est sub utraque specie Et videndo
reddit istius distinctionis tres causas prima est distinctio essencialis corporis
Christi et sanguinis eius Et hanc tangit cum dicit Sed quia caro non est sanguis
et sanguis non est caro Secunda est diversitas conversionis et racionis simul
cum sub [illegible] et panis in carnem convertitur et vinum in sanguinem et non
[illegible] et ista dat intelligere cum addit
econverso 3a est distinctio specierum panis et vini
et sub diversis speciebus utrisque sumitur et hec est totalis intencio auctoritatis illius
Et illud quod
in qua nulla mencio fit de communione laycorum sub utraque specie ¶ Et illud quod
in fine eius ponitur et sub diversis speciebus utrisque sumitur refertur ad sacerdotes
sacrificantes ad quos patet sub utraque specie conficere et sumere propter perfectionem
sacramenti significatorum ¶ Et consequenter patet quod false infertur et male tamen dicitur
quod sit alia et alia gracia sub illis duabus speciebus et per consequens sumentes sub
una non sumunt utramque quia illa distinctio tercio posita propter racionis potestas
que nullo modo infert aliquam distinctionem in re aut in effectu Unde et cau-
te Augustinus et glosa insinuant Ideo mensam et calicem hic distinguit velut
diversas gracias ut supra in principio auctoritatis dicebatur quod calicem id est sanguinem Christi

ad Aug

perse ponit est alia gratia etc. Non enim aut quod sunt diverse gratie sed propter pre
dictis diversas causas dicit velut et quasi diversas gratias. Ex quo nullum potest
Ad illud igitur quod ex predictis auctoribus videtur Ambrosii Thome et Augustini concludit
quod sunt diverse gratie sive efficacie et diversi fructus sub duabus speciebus
negetur ut expositum est quia ex dictis illorum nichil sequitur. Quare fideles
intelligere debent quod nichil utilitatis nichil virtutis nichil gratie a tamen (?)
spiritualis effectus sunt per sumentes hoc sacramentum sub duplici specie magis quam
per sumentes sub altera tamen ceteris paribus et ex opere operato. Et quod eis per

Ecclesia auferuntur laicis negato calice

quod nichil aufertur spiritualis effectus nisi occasio erroris / periculi effusionis
et irreverentia quam in multitudine populi magis discreti et magis cauti possit accidere

ad Albertum magnum

huic venerabili sacramento in administratione sub specie vini. Ulterius ad auctoritatem
Alberti magni dicendum primo quod tempore Alberti magni non dubium est quin consuetudo et
modus (?) tantum unius speciei iam erat in ecclesia introducta. Nec reperitur quod eam
hic doctor profundissimus in aliquo loco redarguit aut reprehendit quod utique an-
dacter fecisset si ipsam quoque tradidisset aut putasset illicitam. Ymmo
predictus doctor putavit et credidit non solum ecclesiam posse ministrare laycis
hoc sacramentum sub una specie sed etiam credidit quod ecclesia possit cum sacerdotibus
dispensare ut in certis partibus in quibus vinum deficit non potest inveniri sola specie
specie conficerent. Unde in tractatu suo de Missa circa finem dicit propter intolle-
rabile dispendium animarum quod incurrunt communiter in terris ubi non habetur vinum
expediret ut dispensaretur ut corpus Christi sine calice conficere possint. Et sic est
ratio illius dicentis Corpus enim non est sine sanguine et anima et deitate. Et secundum
unum non sit dictum sanguinis in consecrationis. Non est igitur dicendum ut presumunt
quod tantus doctor sibi ipsi in allegatis auctoribus fuit contrarius. Ad auctoritatem igitur
ipsius allegatam dicendum est quod loquitur de sacerdotibus celebrantibus et conficientibus
hoc sacramentum quod manifestissime patet et sole clarius ex ipsius visione
qua immediate ad dictum dubium subsequitur. Quam responsionem magister
Johannes et ex causa dimisit quia totaliter facit contra eum. Ita Albertus
tradens ita dicit. Sed ad hoc dicimus quod Christus primo exhibuit corpus
suum sub specie panis tunc etiam postea exhibuit sanguinem suum sub specie
vini. Et utraque sacramenta esse celebranda precepit in ecclesia per statuta
apostolica. Et ideo etiam instituta a Christo utraque celebrat divisim conficit-
endo corpus ex specie panis et divisim conficiendo sanguinem ex specie vini, quod
aut sic divisim hec duo exhibuit et celebranda instituit Christus patet
patet capitulo 26. Hec Albertus. Cum primo predictum cum testimoniis evangelistarum
probasset quod Christus sub duplici specie hoc sacramentum instituit, et ita celebrandum
et conficiendum in ecclesia per statuta apostolica precepit subiungit exponens istud
quod Christus sub una specie panis corpus suum tradidit et sub altera specie vini
tradidit sanguinem suum et sic sacramenta instituit. Et cum ipso acto (?) ministra-
sit instructio, profecto hec duo sacramenta nobis esse precepit et ideo sub una
specie corpus et sub altera tradimus sanguinem. Hec Albertus in loco ubi
dictus magister allegat eum. In quo unusquisque vel sensus communis potest intelligere

hunc doctorem q nō loq̄tur nisi de celebrantibus et conficientibus hoc sacramentum
Ultimus valde notandum verbum quod ibi dicit, q xpus virtute sacramentali esse
celebrandum precepit in ecclesia per statuta apostolica Ex quo verbo patet
intencio doctoris huius q etiam celebracio huius sacramenti per sacerdotes in ecclesia
nō est precepta immediate a xpo sed per statuta apostolica que tamen sta=
tuta apostolica ipsi xpo attribuit Ad declarandum q nichil ecclesia statuit
aut pt statuere quod generat fidem aut aliquid necessarium ad salutem sin
xpo ipsam dirigente et eadem assistente usque ad consumacionem seculi Unde et inse=
rius aut assignacionem eorum de duplici specie in celebracione, huius aut facto
xpi et ecclesie est causa ubi et xpo et ecclesie hoc factum attribuit, et ex hoc
dependet fundamentum illa sentencia sua q ut supra dictum est asserunt q in talibus
in quibus nō recipitur vinum ecclesia posset dispensare ut sub specie panis tantum sacer=
dos conficeret quod utique nullomodo posset fieri si fuisset expressum preceptum xpi
obligans in sumpcione huius sacramenti celebracione et sumpcione contrarium ad usum
conatur persuadere Ad verbum aut tradidimus dicendum q sepe sacerdotes sub
induunt personam tocius communitatis vel ecclesie et loquitur in numero plurali
et sic et iste doctor loquitur in persona ecclesie Nam supra dixerat q xpus utrumque
sacramentum celebrandum esse in ecclesia per statuta apostolica precepit et postea
ea subdit et ideo sub una specie corpus et sub altera tradimus sanguinem
per modum scilicet statuti et doctrine, ex quo dicit, Nos etiam tradimus mandamus
sive statuimus et docemus sub una specie corpus et sub altera sanguinem
debere celebrari Et q et apostolus in nostra materia loquitur prima ad Corinthios xi°
Ego enim accepi a domino quod et tradidi vobis Nō enim apostolus accepit
communem sacramentale a domino per modum quo communitas recipit eukaristiam
a sacerdote, nec similiter ipse tradidit Corinthiis nisi per modum doctrine
Unde arguens paralogizatur in accepcione termini tradimus Ad aliud
quod inducit de eodem doctore videlicet de divisa seu divisa operacione san=
guinis a corpore et cetera dicendum q idem met doctor dist. xiiij super illa litera
textus Augustini scilicet sacramentum componatur ex visibilibus elementis
specie et cetera in uti illud ypi carne sacrato videlicet et re sacramenti dicit q
nō intendit hic determinare Augustinus partes essenciales sacramenti sed potius dicere
ea que exiguntur ad veritatem et sacramenti perfectionem scilicet q est effectus unitatis
ea que exigitur ad veritatem Species aut visibiles operantur illa per modum
corporis mistici quod est res, Species aut visibiles operantur illa per modum
significandi ut magister dicit in sequenti dist. quia Sicut sic vinum
primum fit ex multis granis depuratis et vinum confluit ex multis uvis
unius sic ecclesia congregatur ex multis fidelibus Corpus aut xpi efficit
illa per modum cause Hec ille Ex quibus verbis eiusdem doctoris manifeste
colligitur que sit operacio specierum sacramentalium quia est ipsorum significacio prout
etiam supra dictum est, per eundem doctorem, sed forme sacramentales
nichil causat sed solum significat Ista igitur eorum doctoris presupposita
declaracione manifesta est intencio sua quia videlicet sicut ad nutrimentum
corporale sunt potus ad perfectionem nutrimenti Ita est in nutrimento spirituali datur

ad paulum

ad augustinum

est potus spiritualis ad perfectam nutritionem spiritualem, scilicet ipse sanguis Christi. Con-
sequenter ad hoc ut superius dicebatur per Hugonem de Sancto Victore et Magistrum
Sententiarum totum completur et continetur sub alia specie. Verum quia perfecta refectio que
consistit in cibo et potu spirituali non significatur per unam speciem. Tercio idem
Doctor ait quia divisam fecit operationem sanguinis a corpore. Corpus enim dedit
Christus suis et membris, sanguinem autem dedit in redemptionem. Iste autem sunt
diverse operationes, quod utrumque verum est tam in re quam in signo. Tamen tamen utraque
scilicet corpus et sanguis continentur sub alia specie, utrumque fit communio scilicet et redemptio,
non tamen utraque per alteram speciem significatur. Et ideo diverse sunt operationes et con-
valet inter ea et etiam in signis. Et hoc est quod idem Doctor concludit quod cum
dominus sic ordinavit et multiplicavit sacramenta quod omnes gratias sacramentales
haberemus in sacramentis ipsis effective et significative, et alia gratia sit re-
demptionis per sanguinem, alia communionis per corporis sumptionem. Non sufficit
in sacramento hic elementum significans communionem nisi etiam haberet elementum significans
redemptionem. Ubi expressius concludit Doctor totam istam diversitatem consistere in
diversitate significationis et non in re quo ad effectum. Non enim dicit non suffi-
cit in sacramento hic elementum efficiens seu causans, sed significans communionem. ¶Ex quibus
patet quod quantum patet ad esse rei nulla utilitas resultat communionis duplicis
speciei, quia ista pluralitas solum requiritur propter completam significationem faciendam comple-
te refectionis seu aliorum que ad hoc sacramentum efficiuntur in nobis per-
digna superiorum. ¶Ad auctoritatem Innocentii dicendum quod ipse sic dicit sicut supra
tenet in sequenti capitulo quod sub sola specie panis debet eucharistia spiritualiter
quod in hiis regionibus in quibus alterum inveniri non potest licite preter alterum
sine alio consecrari, et in fine capituli approbat modum qui tenetur in perfectione de
suspensione eucharistie sine specie vini. ¶Ex quibus patet quod hic Doctor non sentit quod
quod utraque species sumpta vel sit de necessitate salutis sive de precepto Christi, quia si
sic, nullo predictorum potuisset rationabiliter conandum. ¶Ad auctoritatem igitur videtur
dicendum quod loquitur de sacerdotibus actu conficientibus, quorum est conficere sicut et
sumere sub utraque specie propter perfectam significationem, ut in superioribus sepe dictum est.
Quod patet ex hoc quia nullam mentionem fecit de laycis. Et quia loquitur de oblatione
et consecratione que solis competit sacerdotibus, hoc etiam rubrica eiusdem capituli ostendit
que dicit: Cur eucharistia sub duplici specie consecratur. Et ideo quod de suspensione dicit
referendum est ad sacrificium quod ad sacrificantem patet ut dictum est. Utrumque actum scilicet
conficiendi et sumendi, et hoc propter significationem perfectam tam Christi passionis quam
etiam salutis utriusque hominis. Si enim in sacrificio una tantum species conficeretur
et sumeretur ad alterius scilicet corporis vel anime salutem pertinere significaretur. Sed ut
totius significetur. Cum autem ulterius additur quod hic sanguis sub specie panis
hic corpus sub specie vini comeditur et bibitur, ut mors Christi et salus utriusque
contineretur, sed tamen quo ad rem que est caro et sanguis. Verum est quo ad signum
effectum quod est extinctio esuriei et sitis, vel quo ad completam et perfectam
vicinitatem que primarie in quolibet invicto attenduntur. Ita plene et perfecte

sub una specie utrumque sumitur sic sub utraque. Et vere comeditur corpus Christi
et vere ipsius sanguis bibitur. ¶ Unde propositum quod fuit doctor Altissiodorensis
quem sanctus Thomas et multi doctorum antiquorum allegat, in quodam
de sacramento dicit, sub hac specie sanguinis Est corpus et sanguis, et sub hac
specie panis simul sanguinem, Vel ergo comedis vel bibis sanguinem, sed non
est dicendum quod comedis ergo bibis, et sub hac specie comedis. Solucio sub
hac specie comedo et bibo. Hec prefatus doctor Antissiodorensis. Item idem
dicit Petrus de Tharentasio, et Thomas de Argentina et pene omnes
qui approbat communionem sub una specie nec tamen in sacrificio una species superfluit
alii vero sic utraque requiritur ad perfectam significacionem predictorum sicut et ponunt
duo actus qui respiciunt racione significacionis predictis speciei necessario exiguntur. Circa
tamen quidem doctor et pontifex loquitur est ad sacrificium referendum in quo tamen
utraque species quamvis utrumque actum propter significacionem predictam respiciunt. ¶ Ad auctoritatem ad Thomas
sancti Thome de diversis instrumentis dicendum est quod in hoc sacramento panis et
vini non sit diversa instrumenta sicut nec diversa sacramenta nisi materialiter et ideo non
est nisi unum instrumentum per quod deus in nobis operatur perfectam nutricionem
et cibacionem. Unde nec sub duplici specie divina virtus diversas efficacias
operatur. Unde Albertus magnus in tractatu de missa dicit. Quod autem
obicitur quod due instituciones faciunt duo sacramenta, dicendum quod non sequitur nisi due
instituciones essent de duabus materiis diversis et duabus formis diversis
et duabus graciis in sacramentis specialibus effectibus diversis que hic non sunt.
Quia due res panis et vini indicant unum perfectum nutrimentum quod
in perfectione nutriendi altera illarum materiarum indicare non sufficit. Forma
eciam ad formam refertur ad perfectum huius sacramenti una eadem est gracia in utroque
effectu et ideo due esse non possunt. Hec Albertus. ¶ Ex quibus sole clarius
patet quod nullum bonum nec utilitas sequitur ex sumpcione duplicis speciei cum nulla
efficacia magis sub una quam sub duplici specie contineatur. Et cum fiat cum
deficiencia calicis non solum non est expediens saluti, sed omnino est dampnabilis
et nociva maxime si pertinacia adiungatur. ¶ Ulterius ad auctoritates sequentes
que procedunt ex effectibus appropriatis sanguini. Et primo ad dictum Thome
dicendum est quod ipsemet doctor declarat seipsum et verba sua et sentenciam
Ita dicit, per hec verba, hic est calix sanguinis mei, significatur ipsa conversio
vini in sanguinem, per verba autem sequencia significatur virtus effusionis in pas-
sione, que operatur in hoc sacramento, que quidem secundum virtus sanguinis effusi
in passione ad tria ordinatur. primo quidem et principaliter ad adipiscendam eternam
beatitudinem. 2° ad iusticiam gracie que est per fidem. 3° ad removendum impedi-
menta utriusque predictorum scilicet peccata. ¶ In quibus verbis Expresse doctor ostendit
quod predicta tamen consecuti sunt fideles ex effusione sanguinis Christi in passione,
et eadem virtus passionis operatur in hoc sacramento. Et non dicit doctor in
sacramento tamen sanguinis sed in sacramento simpliciter. ¶ Et licet predicta verba novi et
eterni testamenti et alia que sequuntur adiuncta sit forme consecracionis sanguinis
propter maiorem expressionem et similitudinem que emissio sanguinis habetur

in specie appropriata scilicet vini. Tamen effectus predicti nec non quantitas speciei ma-
nifestum est quod vberius est sanguis ille qui effusus est. ubi sunt omnes effectus eius
Cum igitur sub specie panis sit verus sanguis christi ibi sunt omnes effectus eius
maxime cum est quod ibi erunt omnes effectus virtualiter et sufficientissime immo totus et integer christi
sanguis. Et mirabiliter cauda quam addunt eiusdem doctoris declarat
veritatem cum subdit quod sanguis non solum sit efficacius in sacerdotibus qui hoc consummant
sacramentum vel aliis qui sumunt sed etiam illis pro quibus offertur. Si enim
sanguis christi proficit illis pro quibus offertur licet non sumant ipsum nec in re
nec in signo quanto magis proficiet illis qui capiunt et sumunt ipsum in re licet
non in signo ut faciunt sacerdotes. Ex quo sequitur quod nulla virtus sive gracia
aut causatur ut dixit Albertus. Ergo patet quod populus fidelis in subtraccione
calicis non spoliatur quibuscumque effectibus saluiferis aut quovis vtilibus
cum sanguis christi non auferatur ab eis sed solum species et signum reputatur
et hoc propter pericula effusionis et erroris. Ad auctoritatem Cypriani dicitur
primo quod ipse in hac auctoritate nec etiam nullatenus potuit preceptum christi nec ultimus
fuit mencionem de communione laycali sub utraque specie immo nec de specie vini
solum de sanguine que quidem sunt ita bene continentur sub una specie et omnem
effectum eius sicut quando sub utraque. Ad aliam auctoritatem sancti Thome quam allegat
in sermone xxx dicitur primo quod mirum est quomodo magister proponens non advertit
ad precedentem sermonem immo ad unam lineam precedentem dicti qui asserit quod
capiat sanguinem sicut sacerdos et assumat sub specie vini Vbi ita querit Secundo querit
quare ibidem in diffuse prosequitur quarum prosecucio hic gratia brevitatis omittitur
Et quia dicti sermones satis communes sunt. Dicitur igitur quod omnes illi effectus quos
enumerat doctor prefatus in sermone xxx sunt effectus propriique rei id est veri
sanguinis christi et non speciei. Ideo sanguis christi sive sumatur per vinum
sive per quemcumque alium liquorem seu aliam rem sensibilem et quidem
pro dictis de effectibus eius de vtilitatibus de dulcedine totum sibi competit
racione sui et non racione speciei neque signi. Ideo quicumque digne sumunt sive
sub specie panis sive sub specie sibi appropriata semper consequuntur predictos effectus et
vtilitates quas enumerat. Crisostomus et etiam non solum Crisostomus Sed quidem
omnes quidem dixerunt omnes apostoli omnes doctores et quidquid potest cogitari
aut ymaginari de ipso sacratissimo sanguine christi totum sibi competit secundum
naturam suam et non per speciem a qua nichil accipit virtutis aut efficacie quod
vtique dicere esset non solum heroicum sed omnino insanum. Cum igitur totus
et integer sanguis et corpus contineatur sub una specie vel sub duabus
quocumque consideretur totum sibi competit ut dictum est racione sui et non
racione speciei. Et ita apparet non valet illacio quam magister proponens infert ex
dictis auctoribus Sancti Thome et Crisostomi dicens quod preciosos et nobilis-
simos effectus graciarum facit calix sacratus illis qui cum puritate consciencie
accedunt et quod saluti omnium fidelium necessarius et oportunus quod quidem

Ad Cyprianum

ad auctoritatem Thome

efficiat meritis ex vi sacramenti et ex institucione Christi spirituali quod nullo modo perditur
effectus remanet ex vi sacramenti sed ex vi presencie et existencie sanguinis Christi
veri qui ita perfecte complete et integre est sub una specie sicut sub utraque,
licet non sit ibi tamquam in apparato signo. Ideo universi fideles conside-
rates pura et sancta fide tam preciosos effectus non gustent species et accidentia
in subiecto et sine existencia, sed verum corpus et verum sanguinem cum hec continentur
sub illis accidentibus ex vi sacramenti, sed ex vi presencie et existencie Christi. Ideo
per viscera misericordie dei nostri exhortor et obtestor omnes Christi fideles, quatenus
eciam si oportet perferre mille mortes pestes et ignes, non permittant
se abduci a consuetudine sancte Romane ecclesie katholice in communione sacratissimi
corporis sub specie panis sub qua totus perfectus et integer Christus continetur, plenus
gracia et virtute, de cuius plenitudine omnes nos accepimus graciam pro gracia,
Johannis primo. Ad auctoritatem autem Armacham dico primo quod idem doctor ad Armacham
in multis aliis in suis dictis fuit suspectus et de heresi notatus, fateor tamen
me hec dicere ex auditu et relacione aliorum multorum quia non legerim libros
suos. Deinde dico quod hec auctoritas sua non facit contra me, quod sumendo sub
una specie sacramentali est sumpcio sacramentalis corporis et sanguinis salvatoris
nostri, et sic dico quod non est negandum sed firmiter asserendum quod sic sumere de ecclesia primitiva [illegible]
multum prodest fidelibus ad vitam spiritualem agendam. Ad illud quod inducitur
de ecclesia primitiva, concedo quod propter devocionem quotidie sumebant fideles sa-
cramentum eukaristie, non tamen sub utraque specie, et hoc patet per auctoritatem quam
proponens inducit, Actuum 2o capitulo ubi dicitur de cottidiana fraccione panis ad Anacletum
nulla facta mencione de vino aut de calice. Similiter dicendum est ad auctoritatem
Anacleti pape qui statuit quod fideles frequenter communicarent, non tamen
habetur quod sub duplici specie statuisset, non tamen propter hoc statutum sumus Christi im-
mediatum sive preceptum eius, sed ecclesie aut pape. Unde et ipsemet Anacletus
testatur non quod Christus sed apostoli quod ita statuunt. Ita enim dicit: Sic enim apostoli sta-
tuerunt et Romana tenet ecclesia. Et dato eciam quod sub duplici specie com-
municassent, non tamen hic fervor erat in sanctis viris propter unam speciem vel
duas, sed propter unum Christum dominum nostrum qui in hoc sacrato [illegible] et
et secundum effectum continetur, sive sub una sive sub duplici specie sumatur. Et
aut sepe accedere digne et devote et cum diligenti discussione debita sit uti-
le et valde perfectum, immo sumere nam cupientem et desideratum in via di-
no regredi sed progredi omnes doctores katholici predicant laudant, hortantur,
amonent et obsecrant incessanter fideles populi, immo contra negligentes eciam
Romana katholica penas infliget, ut vel saltem semel in anno hoc sacratissimo
cibo reficiantur. Et licet antiquitus in frequentacione huius misterii fuit fidelis
populus ferventior, nichilominus et adhuc in veneracione eiusdem solers et
diligentissima cura adhibebatur, tam in ministrando quam in sacrariis in quibus
conservatur, quam eciam in celeberrima festivitate, que singulis annis apud Christi fi-
deles preter cottidianam devocionem seu veneracionem solempniter et devotis-
sime peragitur. Rectior autem magis proprie de auctoritate qua adducit ex Exodi
Exodo xvi ubi dominus in figura huius sacramenti precepit Iudeis dicens: Ecce ego
pluam vobis panem de celo, egrediatur populus et que sufficiunt per

singulos dies colligat quia in dicta figura nulla sit mentio de pluuia unica tam
tam magis competeret quod pluet quam panem Cum vero assignaliter sit ac tum
petit pluere Circa specie ultimus ad epilogum que facit ex precedentibus tum co
dicit et patet Cum utilis et expediens sit saluti hominum communio diuinissime
eukaristie sub specie utraque a christianis digne celebrata hec autem patet ex verbis
Christi sententiis doctorum praxi primitiue ecclesie et libro conciliorum
Anacleti supra et tam immediate adductis et allegatis Ex dicto
epilogus et illatio peccat et in materia et in forma In materia quidem
quia nulla predictarum auctoritatum neque Christi neque doctorum neque praxis primi-
tiue ecclesie neque dictum ipse Anacleti ex libro conciliorum
figura facit quantumcunque mentionem in verbo uel in sensu de duplici Neque etiam
quoquomodo ad communionem laycorum sed solum de carne et sanguine domini nostri que
sub una specie continetur et de celebrantibus atque conficientibus sacerdotibus que
patet intuenti et examinanti omnes auctoritates predictas inductas quia non re-
perietur aliqua que intendit aliquo tangere communionem laycorum sub utraque specie
Sed non prout predictus epilogus in inferendo a simpliciter ad secundum quid
Ita omnes auctoritates predicte intendunt persuadere utilitatem deuote sumptionis
huius sacramenti simpliciter et absolute non secundum respectum ad unam uel ad duplicem
speciem nisi pro quanto quilibet tenetur in ritu sacramentorum sequi consuetudinem et sta-
tum ecclesie katholice Et nihilominus proponens trahit easdem contra consuetudinem
et statuta ecclesie et ad sensum repugnantem et omnino contrarium intentioni
doctorum qui semper et in omnibus nisi sunt sequi consuetudinem et ordinationem
ecclesie omnia dicta eorum correctioni ecclesie submittentes Tandem successiue
dicendum est ad corelaria que infert et primo quo ad primum cum dicit
quod Christus totus plenus deus et homo sit sub alterutra specie cum plenitu-
dine omnium gratiarum non tamen unomodo omnem dispensat graciam sed per diuersa
sacramenta diuersas gratias idem ipse Christus confert Ex isto corelario sequitur tam
omnium gratiarum cum est quod non unomodo omnem gratiam dispensat et homo cum plenitudine
per diuersa sacramenta diuersas gratias idem ipse Christus confert Tertium est quod
tando ad propositum panis et vinum sunt diuersa sacramenta Ex quo appli-
corelarium ex opposito tertium Et primo instabo contra tertium predictum
corelarium et assumo sic panis et vinum non sunt diuersa sacramenta
sed unum ergo Christus non confert diuersas gratias per illa duo argumenta
patet ab opposito quia sicut ad diuersitatem sacramentorum sequitur diuersitas gratiarum ut
dicit aduersarius Ita per oppositum ad unitatem cause siue sacramenti sequitur
unitas gratie Antecedens patet per omnes doctores qui loquuntur de unitate huius sacramenti
Omnes enim concorditer concludunt unum esse sacramentum formaliter tamen sunt et
perfectionis plura secundum id et multi Ad hoc non doctores Albertum magnum
sanctum Thomam et alios etc. Manifestum est autem quod unitas effectus sequitur
unitatem forme precedat quod effectus huius sacramenti est unus principalis videlicet
ipsum spiritualis refectio ut supra dixit Albertus Si ergo non sit nisi unum
sacramentum et unus effectus Et ipse dominus sub altera specie alterutra cum
plenitudine gratiarum ut prima pars corelarii dicit Sequitur de neccessitate

quod unicuique omnem graciam dispensat prout competit et secundum graciam huius sacramenti que est refectio spiritualis quod est quantum secundum et perfectus sive sumat sub utraque specie sive sub altera tantum sunt et eodem modo de gracia sine accessu divisive aut diminucione quantum ad rem licet non quantum ad signum. Unde patet quod Corem non potest stare. Ad secundam racionem dicendum quod corpus Christi sub prima specie que dat communionem et redempcionem, et similiter sanguis sub secunda specie quantum ad rem, licet enim sub altera specie sumatur non utrumque significetur prout superius dictum est secundum interpretem magistri sententiarum et Hugo de sancto Victore. Similiter dicendum est quod sub prima specie Christus est verus cibus et vera vitis reficiens plene et perfecte utrumque animam scilicet et corpus et similiter sub secunda specie licet non utrumque significetur perfecte per proprium signum. Ad id autem quod dicit cum prima degustacionem Christi vocat comestionem sive manducacionem et secundam bibicionem. Dicendum quod falsum est quia Christus non refert manducacionem et bibicionem ad species panis et vini sed ad partes rei scilicet carnem et sanguinem cum dicit: Caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus etc. Et nisi manducaveritis etc. Qualitercumque sive sub una specie sumat sive sub duplici vere utrumque facit. Quia vere comedit carnem et vere bibit cum sanguinem. Quare non sequitur quod sit alia et alia efficacia sub una et sub alia specie quia sub altera sunt misteria completa et completa refeccionis. Ex predictis sequitur quod false infert et male secundum Corem videlicet sub duplici specie capiens dispositive duplicem graciam accipit super illum qui una specie accipit, ceteris tamen paribus, quia ut declaratum est hoc falsum est. Et satis consonum est ad dictum Augustini. Item in tercio correlario infert quod luce clarius patet quod magnum sacrilegium committit qui sacramentum talem ab ecclesia fidelium contemptibiliter aufert. In quo ecclesie Rome duo imponit, sacrilegium scilicet et contemptum, et ex hiis tercio dampnacionem. Et in probacione dicit quod a populo sacramento sub altera specie graciam et efficaciam abstrahit dampnabiliter. Nam si precepto cadat et determinat utramque speciem et ita manifeste ut proponens dicit nullo possibili ecclesiam a contemptu excusabit et per consequens a sacrilegio et ulterius a dampnacione. Nec potest dicere quod ignorancia excusabit ecclesiam a sacrilegio et contemptu et per consequens a dampnacione quia ut alias dictum est ignorancia juris in hiis que sunt necessaria ad salutem, cuiusmodi sunt precepta divina et Christi non excusat. Quare sic tam apte notavit partem nostram et tam dure eidem sacrilegium, contemptum et dampnacionem imposuit, sinit et ipse et sua probat pacienter et modeste audiri ab hoc sacro concilio et ab hoc venerabili auditorio, utrum et ipse et sua verba ad eos non directa, nec eciam de eis deo teste intellecta vel dicta, ymo pure et sincere prolata debent pacienter et modeste sufferri. Et ita rogo propter pium deum precedamus in inquisicione veritatis juxta regulam beati Augustini in prologo de Trinitate hic per me alias allegatam qui de se ipso ait: Non pigebit me inquirere sicubi hesito querere, non pudebit me sicubi erro discere. Quisquis ergo hec audit vel legit, ubi pariter certus est pergat mecum, ubi pariter hesitat querat mecum, ubi errorem suum cognoscit redeat ad me, ubi meum revocet me. Ita ingrediamur simul caritatis viam

tendentes ad eum de quo dictum est querite faciem eius semper
et rationes quas adducunt precedentes et sequentes. Verum quia auctoritates
relationem non faciunt ad propositum ideo nichil concludunt ad corroborationem dicti Co-
rozelani in quo dicit Ex multum dampnificantur fideles. Similiter quartum
nichil concludit patet quia minus in re nec in effectu fideles alteri specie subtracta
corpus sub utraque. Et hec dicta sint quoad primam partem sive positionis caput sumens sub una specie
dei omnipotentis cui sit honor et gloria in secula seculorum ad laudem
Ulterius progrediendo ad secundam partem positionis Amen In qua intendit tria
probare videlicet quod communio sub utraque specie sit a Christo tam ipsis credentium
ad communicandum instituta. Secundo quod ipsa communio sacramentalis sit de necessitate
et de precepto Christi. Tertio quod illa auctoritas Nisi manducaveritis etc. intelligitur de sacramentali
manducatione et non de spirituali principaliter. Licet posset dici pro expeditione materie
quod predicte tres difficultates sint omnino extranee et nichil facientes ad propo-
situm et probationes introducte cum auctoritatibus consilio meo inaniter occupant inge-
nia in hac materia. Prima dato quod Christus hoc sacramentum instituit pro singulis
generibus omnium fidelium et quod eius usum mandavit observari sub precepto
secundum auctoritatem Joh. vi Nisi manducaveritis carnem filii hominis etc. Intelligitur
de sacramentali manducatione, nec tamen adhuc habent intentum, ymo nullo modo sequitur
de communione utriusque speciei quod cadat sub precepto. Nichilominus ne videar sub-
terfugere materias propositas quamvis non sint ad propositum principaliter intenti pro vita
dilucidanda dicam aliquid de quolibet. Et quantum ad primum dico quod Christus
instituit hoc sacramentum in ultima cena sub utraque specie et sic suos discipulos
communicavit et hoc intendit et refert narrative auctoritates inducte videlicet
Mathei xxvi et Luce xxii Accipite et comedite hoc est corpus meum et bi-
bite ex hoc omnes hic est sanguis meus etc. Ex hiis auctoritatibus nichil aliud
potest inferri nec infertur. Ad auctoritates vero que ex vi° capitulo Johannis adducuntur dicetur
in sequentibus loco suo. Ulterius tamen quod dicit Et Paulus Apostolus dicit esse
institutam cenam sacramentalem communicati fidelium propter dominice passionis commemora-
tionem i ad Cor. xi Cum dicit Ego enim accepi a domino etc. Ubi primo ex prin-
cipio loquitur ibidem de communione sacramentali spirituali, deinde quod ipse loquitur pure et
sincere narrative referendo secundum quod Christus in cena hoc sacramentum confecerat
Ex quo ipse Paulus nec in verbis nec in forma nec in quocumque signo
evidenti referendo predictam cenam dominicam innuit quod Christus sic agendo in cena
instituit dictum sacramentum sub utraque specie pro apostolis aut pro fidelibus quibuscum-
que aut quibuscumque in futurum. Nec ulterius dicit Apostolus quod Christus hoc sacramentum fre-
quentandum aut celebrandum sive etiam sumendum precepit aut mandavit. Nec
etiam ipse Apostolus in toto illo processu aliquid mandat vel precipit, sed omnia
que ibidem dicuntur vel narrative referuntur aut ex suppositione per ad-
monitionem dicuntur. Ita totum illud ad narrationem pertinet quidquid dicitur ab illo
loco Ego enim accepi a domino usque ad hunc locum Hoc facite quotienscumque bibetis
in meam commemorationem. Quidquid autem ulterius sequitur ad exhortationem
pertinet videlicet quotienscumque enim manducaveritis etc. Non enim dicit quod Christus sic facere
precepit aut mandavit neque ego precipio aut mando ut sic faciatis aut
ut sic sumatis. Quotienscumque enim manducabitis etc. Ex quo modo dicimus

ad Apostolum

=in cenam ff. in qua materiale nichil inferetur aut intelligitur nisi condicionalis suppositio
qui dicit quod Christus in cena sic fecit et si vos vultis sanari ad eundem finem
ad que ipse dixit faciendum scilicet in diuine mortis commemoratione. Deinde tale
sumite quod porcio cedat vobis in salutem quam in dampnationem, et antequam aliquis
accedat probet seipsum ne cum consciencia peccati mortalis accedat, habebit etiam
discretionem et eam cum reuerencia accedat, sicut decet tantum sacrum diiudicando
corpus domini ab aliis cibis corporalibus et carnalibus. Et nichil aliud pau=
lus in toto processu hic intendit aut deducit. Et notandum sunt hic duo textus
apostoli, preter aut seipsum homo et non diiudicans corpus domini, contra illos qui
maxima reuerencia huius dignissimi sacramenti communicant infantes statim
post baptismum et alios amentes et usu rationis carentes. Deinde ulterius
ponens processus intencionem suam dicens Cum autem quomodo dignissime eukaristie sub
utraque specie toti credencium populo sit necessaria patet per illud Joh. Nisi manduca=
ueritis carnem filii hominis etc. Importat necessitatem hec dictio nisi necessitatem preceptiuam
non solum de comestione sed et de bibitione sacramentali obligatiuam omnium fidelium
sub cautela eterne vite. Hec ponens. Respondendum ad hanc auctoritatem que
male intellecta est hereticis aduersariorum, potest dici tripliciter. Primo quod illa auctoritas
non includit preceptiuum, non includit nisi aliquod preceptum vel mandatum. Secundo
dato quod importaret preceptum non intelligitur de sacramentali sed de spirituali manducatione
quomodo accepta manducatione in precedentibus declarata. Tertio dato licet non
concesso quod dicta auctoritas staret preceptiue de sacramentali superiore intelligeret, ad hunc
aduersarius non habet intentum de utraque specie. Primus modus dicendi declaratur
quia non est necessarium quod ubicumque in doctrina Christi ponitur nota precepti ut affirmative
vel negative quod ibi vel illud obliget ex necessitate, sed semper oportet recurrere
ad intentionem dicentis. Unde legitur ix^o de duobus cecis quibus sanatis com=
minatus est dominus dicens: Videte ne quis sciat. Illi autem diffamauerunt
eum per totam terram illam utpote gratias agentes. Manifestum est autem quod Christus non
intendebat eos obligare ad ingratitudinem vel ad peccatum. Similiter precepit
apostolis dicens: Nichil tuleritis in via neque baculum neque peram neque calciamenta
neque duas tunicas habeatis, quod utique nullo modo ad literam et preceptiue potest
intelligi quia neque Christus neque sui discipuli id fecerunt. Ut Joh. xiii. Surgit
a cena et ponit vestimenta sua. Non est dicendum quod tunc nisi tunicam habuit
et illa deposita nudus lauaret pedes discipulorum. Similiter constat Christum
sunt plures vestes habuit secundum illud: Diuiserunt sibi vestimenta mea et super vestem
meam miserunt sortem. Item legitur Bartholomeus habuit sandalia, Paulus
baculum. Et Petrus caligas et proprius calciamenta. Unde Angelus
ad eum Actuum 12: Surge precingere et calcia te caligas tuas. Similiter idem
Saluator ait in alio loco: Nisi quis renunciauerit in alio loco omnibus
que possidet non potest esse meus discipulus, que si ista si preceptiue intelligeretur
et litteraliter non video quomodo reges duces marchiones barones milites
nobiles clientes ciues et alii diuites saluarentur cum discipulatus Christi
sit ad vitam eternam consequendam necessarius. Cum tamen legamus Mariam Magda=
lenam Martham et Lazarum ceterasque mulieres que de facultatibus
suis ministrabant domino diuites fuisse et discipulos eius. Similiter
Joseph ab Arimathia singulariter discipulum domini nominatum diuitem fuisse euangelium.

9 ducentes (?) infantes
ad Joh
Nisi manducaueritis carnem filii hominis 2bi 2d

comemorat / Nicodemus similiter et Zacheus similiter demum Gregorius Sil-
uester Constantinus Carolus magnus / Henricus / Wenceslaus / ceterosque
magnos sanctos quos opulentissimos constat extitisse / cetera sancta mater ecclesia (?) christus dispensans
et regni celorum possessores nominat / Similiter quarto Christus permissione
libelli repudii in lege veteri vocat preceptum ubi ita loquitur ad phariseos de libel-
lo repudii / Quid vobis precepit Moyses / Et ad duritiam cordis vestri scripsit
vobis Moyses preceptum istud / Quamvis est aut omnis forma iuncti sacramenti
licet ex integris sunt preceptum accipiendo in ista significatione preceptum de libel-
lo repudii dando in lege veteri / sed solum permissum fuit propter vitare homi-
cidia et alia maiora scandala / Ex quibus patet quod predicta auctoritas nisi man-
ducaveritis potest intelligi preceptive / non obstante nota precepti Similiter dato
quod doctores verba intelligantur precepte / dico quod non intelliguntur de manducatione
sacramentali sed de manducatione spirituali / Et hoc quidem melius auditur
ex positione ipsius christi qua nulla melior esse potest / cum qualibet alia predicta
intelligenda nisi manducaveritis etc / Mox declarans sub inferius dicens / qui man-
ducat meam carnem et bibit meum sanguinem in me manet et ego in eo
Ubi nondum quod sit expressius loquens de baptismo Johannis iii primo premisit
distincte et indeterminate preceptum de ipso dicens Amen amen dico tibi
scilicet Nicodeme Nisi quis natus fuerit denuo non potest videre regnum dei Et cum
multiplex sit nativitas carnalis scilicet Quod Nicodemus intelligebat Unde
dixit Numquid potest ~~homo~~ ~~regnum~~ homo nasci cum sit senex Numquid potest in ventre ma-
tris sue iterato introire et renasci / Et spiritualis Ad declarandum de qua
istarum nativitatum intelligeret / mox subiunxit / modum etiam istius ondens
Amen amen dico tibi Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto
non potest introire in regnum dei Ita est omnino in proposito / Cum enim
multiplex sit comestio scilicet carnalis de qua ad literam Iudei intelligebant
sacramentalis et spiritualis / ut in prima parte declaratum est / Christus loquens
de manducatione sue carnis / primo premisit preceptum indistinctum et
indeterminatum / non exprimens modum manducationis dicens Amen
amen dico vobis nisi manducaveritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem
non habebitis vitam in vobis Post modum quo genere fieret / et quis modus
esset manducationis sue carnis declarat inferius / qui manducat meam
carnem et bibit meum sanguinem in me manet et ego in eo / Sic igitur
preceptum indistinctum baptismi determinatur et declaratur per aquam et spiritum in
Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto Ita preceptum indistinctum
de manducatione sue carnis deficitur et declaratur per id quod dicitur in
me manet et ego in eo / Hec autem non mea / sed Augustini sententia est / omel
xxvi super Johannem Ubi primo declarat quis sit cibus ille et potus de quo
ipse hic loquitur Nisi manducaveritis carnem et biberitis sanguinem dicens Hunc itaque cibum et potum societatem vult intelligi corporis et mem-
brorum suorum quod est sancta ecclesia in predestinatis et vocatis et iustifica-
tis et glorificatis sanctis et fidelibus eius / quorum primum iam factum est id est
predestinatio / secundum et tertium factum est et fit scilicet vocatio et iustificatio / quartum autem
nunc in spe est / in re autem futurum est / scilicet glorificatio / Huius rei sacramentum scilicet uni-
tatis corporis et sanguinis christi alicubi cottidie alicubi certis intervallis
dierum

Expositio cuiusdam auctoritatis non
Nisi manducaveritis

dominica mensa sumuntur et de mensa sumuntur quibusdam ad vitam quibusdam ad mor- [exitium]
tem. Res vero ipsa cuius sacramentum est omni homini ad vitam, nulli ad exitium qui-
cumque eius particeps fuerit. hec Augustinus. ¶ Circa quem apte hic doctor declarat quid
intelligat dominus per cibum et potum de quibus loquitur in predicto textu Nisi
manducaveritis etc. Ait enim: Hunc cibum et potum societatem vult intelligi etc.
Ulterius cum dicit huius rei sacramentum i. unitatis corporis et sanguinis Christi ma-
nifeste ostendit quod Christus non loquitur hic de sacramento, sed de ipsa re sacramenti. Unde
dicit huius rei scilicet de qua hic agitur scilicet unitatis corporis et sanguinis Christi etc.
per hoc etiam quod dicit quibusdam ad vitam, quibusdam vero ad exitium, ostendit
duarum manducationem sacramentalem et spiritualem, quia sacramentalis indifferenter
ad vitam et ad mortem, spiritualis vero est semper ad vitam. Cum dicit Res vero
ipsa etc. omni homini ad vitam nulli ad exitium. ¶ Item ibidem idem doctor
predictam sententiam replicans ostendit quid sit cibus et potus et dicit: Ca-
ro mea vere est cibus et sanguis etc. ¶ Cum enim cibo et potu id appe-
tant homines ut non esuriant aut sitiant, hoc veraciter non prestat nisi iste cibus et po-
tus qui eos a quibus sumitur immortales et incorruptibiles facit, id est
societas ipsa sanctorum ubi pax erit et unitas plena atque perfecta. hec ille.
qo Circa quem apte declarat quid sit ille cibus et potus qui eos a quibus
sumitur immortales facit, et ipsa societas sanctorum. ¶ Et subdit declarans rem
ex similitudine sacramenti. Nam sacramentum est sacre rei signum et similitudinem eius
gerit dicens: Propterea quippe sicut etiam ante nos hoc intellexerunt homines dei,
Dominus noster Ihesus Christus corpus et sanguinem suum in eis rebus commendavit que
ad unum aliquid rediguntur. Namque aliud in unum ex multis granis conficitur,
aliud in unum ex multis acinis confluit. hec ille. Propterea innuit quod Dominus
dominus tradidit corpus et sanguinem suum sub speciebus panis et vini ut
similitudine sua esset sacramentum corporis Christi mystici scilicet ipsius societatis sanctorum
de qua agitur hic et tractatur. ¶ Ulterius idem doctor prosequens inceptam expla- No(ta)
nationem de spirituali manducatione quo fiat et quid sit manducare et bibere
subdit ibidem ubi dicens: ¶ Denique iam exponit quo fiat id quod loquitur
et quid sit manducare corpus eius et sanguinem bibere. Qui manducat
meam carnem et bibit meum sanguinem in me manet et ego in illo. Hoc
est manducare illam escam et illum bibere potum in Christo manere et illum
manentem in se habere. Sic per hoc qui non manet in Christo et in quo Christus non
manet procul dubio nec manducat eius carnem nec bibit sanguinem etiam
si tante rei sacramentum ad iudicium sibi manducet et bibat. hec Augustinus. Ubi
expresse idem doctor declarat quod manducare et bibere nichil aliud est in
hoc loco nisi in Christo manere et ipsum in se habere manentem. Quod etiam in
sermonibus omelie in primo omnium dicens: ¶ Exponit autem modum attribucionis huius
dominus suus quo diceret carnem suam manducare dicens: Qui manducat meam
carnem et bibit meum sanguinem in me manet et ego in illo. Signum
quia manducavit et bibit hoc: si manet et manetur, si inhabitat et inha-
bitatur, si heret non deseratur. Hoc ergo nos docuit et admonuit

in ipsis verbis ut sicut in eius corpore sub ipso capite in membris eius eadem te-
neant eius non delinquentes unitatem eius. Hec ille. Et in fine eiusdem omelie 26
idem epilogando dicit: Hoc totum quod dixit de carne et sanguine suo
locutus est et quod in eius distributionis gratia vitam nobis promisit eternam et quod
hinc voluit intelligi manducatores et potatores carnis et sanguinis sui
ut in ipso maneant et ille in ipsis. Et infra: Hoc ergo totum ad hoc nobis
valeat dilectissimi ut carnem Christi et sanguinem non edamus tantum in sacramento
quod et multi mali, sed usque ad spiritus participationem manducemus et bibamus
ut in domini corpore tamquam membra maneamus et ut eius spiritu vegetemur. Hec ille.
Item idem doctor libro 21 de civitate dei capitulo 21 de hac eadem materia sic loquitur:
Christi ergo in eius corporis unitate, id est in christianorum compage membrorum, cuius
corporis sacramentum fideles communicantes de altari sumere consueverunt. Ipse vero di-
cendus est manducare corpus Christi et bibere sanguinem Christi. Ac per hoc heretici
et scismatici ab huius corporis unitate separati possunt idem percipere sacramentum, sed non
sibi utile, immo vero noxium, quo iudicentur gravius vel tardius liberentur.
Non sunt quippe in eo vinculo pacis quod in illo exprimitur sacramento. Et
infra post multa contexta subdit: Nec isti ergo dicendi sunt manducare cor-
pus Christi quoniam nec in membris computandi sunt Christi, ut etiam alia taceam non possunt
simul esse et membra Christi et membra meretricis. Denique ipse dicit: Qui
manducat carnem meam et bibit sanguinem meum in me manet et ego in
eo, ostendit quid sit non sacramentotenus sed revera corpus Christi manducare et
eius sanguinem bibere. Hoc est enim in Christo manere ut in illo maneat et
Christus. Sic enim hoc dixit tamquam diceret: Qui non in me manet et in quo
non maneo, non se dicat aut existimet manducare corpus meum aut
bibere sanguinem meum. Non itaque manent in Christo qui non sunt membra eius.
Non sunt autem membra Christi qui se faciunt membra meretricis, nisi malum
illud penitendo esse desierint et ad hoc bonum reconciliatione redi-
erint. Hec Augustinus. Ubi aptissime declarat intellectum predictarum auctoritatum
Et quid sit manducare aut bibere quod non sacramentotenus sed re-
vera corpus Christi manducare et sanguinem eius bibere est in Christo ma-
nere et ut in illo maneat et Christus. Habitat autem Christus in nobis
et manet per fidem dicente apostolo ad Ephesios 3o: Habitare Christum in
cordibus vestris per fidem. Manet etiam in nobis et nos manemus in
Christo per caritatem dicente Johanne 1 Johannis 4to: Deus caritas est et qui manet
in caritate in deo manet et deus in eo. Et per consequens manducare carnem
Christi et bibere sanguinem ipsius nichil aliud est quam credere in Christum
et eidem per caritatem adherere. Quod autem ipse dominus eodem capitulo ap-
tissime declarat cum ait: Ego sum panis vite, qui venit ad me non
esuriet et qui credit in me non sitiet unquam. Manifestum est autem quod
ad non esurire et ad non sitire pervenitur per manducare et per bibere
et per consequens credere in Christum et venire ad ipsum quod fit per fidem et
caritatem idem sunt quod manducare et bibere. Unde eodem capitulo au-
dem dicit: Qui credit in me habet vitam eternam. Et post: Si quis

manducauit ex hoc pane viuet in eternum Manifeste ondens idem esse
qui credit in me et Si quis manducauit etc. Et per consequens quod idem sit credere
et manducare. Cum autem manducare huius panem sit idem quod manducare
carnem eius et ipsius sanguinem bibere Ut omnis tolleret ambiguitates et ne fieret
vis in verbis similiter idem dominus declarat inferens Et panis quem ego dabo
caro mea est pro mundi vita de qua carne litigantibus iudeis et dicentibus quo
potest hic nobis dare carnem suam ad manducandum subiunxit Amen amen dico
vobis Nisi manducaueritis etc Manifeste ondens idem esse manducare panem
hunc et manducare carnem suam et suum sanguinem bibere et per consequens vt fiat
processus de primo ad vltimum Idem est credere in ipsum et eidem per caritatem
adherere Ergo quoad processum patet primo quod xpus manet in nobis et nos in ipso
per fidem et caritatem Secundo quod manducare est bibere Tunc duo confirmantur
per beatum Augustinum Cum qualiter maneamus in xpo et qualiter xpus in nobis
ondit in Omelia 27 ubi ita dicit Diximus enim fratres hoc dominum comme-
dasse in manducatione carnis sue et potatione sanguinis vt in illo ma-
neamus et ipse in nobis Manemus autem in illo cum sumus membra eius
manet autem ipse in nobis cum sumus templum eius Vt autem simus membra eius
vnitas nos compaginat ut conponet vnitatem quid facit nisi caritas
et caritas dei Unde et Apostolus interrogat Caritas inquit dei diffusa est
in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis ergo spiritus est qui viuifi-
cat Spiritus enim facit viua membra nec viua membra spiritus nisi que
in corpore quod vegetat ipse spiritus inuenerit Nam spiritus qui est in te o homo
quo constas et sis homo nunquam viuificat membrum quod separatum inuenerit
a carne spiritum tuum dico animam tuam anima tua non viuificat nisi mem-
bra que sunt in carne tua Unde si tollas ea ex anima tua non vi-
uificatur quia vnitati corporis tui non copulatur Hec dicuntur vt ame-
mus vnitatem et timeamus separationem Nichil sic debet formidare
xpianus quam separari a corpore xpi Si enim separatur a corpore xpi non
est membrum eius si non est membrum eius non vegetatur spiritu eius Quis-
quis autem inquit Apostolus spiritum xpi non habet hic non est eius Spiritus
ergo est qui viuificat caro autem non prodest quicquam Verba que locutus
sum vobis spiritus et vita sunt Intellexistis spiritualiter Spiritus et vita
sunt Intellexisti carnaliter etiam si illa spiritus et vita sint sed tibi
non sunt Hec Augustinus de hac eadem spirituali manducatione et inhabitatione
xpi in nobis et nostra in xpo Idem doctor Omelia 27 exponendo
illud caro mea est pro mundi vita loquitur Ita dicens Norunt fideles corpus
xpi si corpus xpi esse non negligunt fiat corpus xpi si volunt viuere
spiritu xpi de spiritu xpi non viuit nisi corpus xpi Intelligite fratres
mei quid dixerim homo es et corpus habes et spiritum habes spiritum dico quam
anima vocatur qua constat quod homo es Constas enim ex anima et corpore Habes spiritum
itaque inuisibilem corpus visibile dic mihi quid ex quo viuat spiritus
tuus viuit ex corpore tuo an corpus tuum ex spiritu tuo Respondet omnis

qui vivit. Qui autem hoc non potest credere nescio si vivit. Unum credis omnis qui
vivit. Corpus utique meum vivit ex spiritu meo. Si vis ergo et tu vivere de
spiritu Christi, in corpore esto Christi. Numquid enim corpus meum vivit de spiritu
tuo? Meum vivit de spiritu meo et tuum vivit de spiritu tuo. Non potest
vivere corpus Christi nisi de spiritu Christi. Inde est quod exponens nobis apostolus
hunc panem: Unus panis inquit unum corpus multi sumus. O sacramentum
pietatis, o signum unitatis, o vinculum caritatis. Qui vult vivere habet
ubi vivat, accedat, credat, incorporetur ut vivificetur. Non abhor-
reat a compage membrorum. Non sit putre membrum quod secari mereatur, distor-
tum non sit de quo erubescatur, sit pulchrum, sit aptum, sit sanum,
hereat corpori, vivat deo de deo, nunc laboret in terra, ut postea re-
gnet in celo. Hec Augustinus. Cumque verba ut patet virtute cordibus audientium
et legentium imprimerentur, que liquido fervore a dicto doctore sanctissimo edita
scripta et prolata sunt. Et hec dicta sunt ad confirmationem primi. Quod
autem manducare et bibere idem sit quod credere, ostendit idem doctor
omelia 22, exponens illud: Operamini non cibum qui perit, sed qui
permanet in vitam eternam. Ita dicens: Dixit enim illis: Operamini escam
non que perit, sed que permanet in vitam eternam. Quid faciemus inquiunt,
quid observando istud preceptum implere poterimus? Respondit Jesus et dixit eis:
Hoc est opus dei, ut credatis in eum quem misit ille. Hoc est ergo man-
ducare cibum non qui perit sed qui permanet in vitam eternam. Utquid
paras dentes et ventrem? Crede et manducasti. Hec Augustinus. Ubi ex-
presse declarat quod operari cibum de quo dominus hic loquitur idem est quod mandu-
care, idem quod credere. Item idem eadem omelia: Verus ergo panis ille
est qui dat vitam mundo, et ipse cibus est de quo paulo ante locutus
sum: Operamini cibum qui non perit, sed qui permanet in vitam eternam.
Hec ille. Idem ibidem ostendit quod non solum credere et manducare idem
sunt, sed etiam manducare et bibere idem sunt, declarans illud: Ego
sum panis vite; qui venit ad me non esuriet, et qui credit in me non
sitiet umquam. Ubi ita dicit: Qui venit ad me hoc est quod ait, et
qui credit in me; et quod dixit non esuriet, hoc intelligendum est et
non sitiet umquam. Utroque enim illa significatur eterna sacietas ubi nulla
est egestas. Hec Augustinus. Item idem doctor omelia 24 adeo ita
dicit: Daturus dominus spiritum sanctum dixit se panem qui de celo descendit,
hortans ut credamus in eum. Credere enim in eum hoc est manducare
panem vivum. Qui credit manducat, invisibiliter saginatur, quia invisibiliter
renascitur. Infans intus est, novus intus est; ubi novellatur ibi
satiatur. Hec Augustinus. Ex quibus luce clarius patet quod secundum intentionem Augustini
in hoc loco et in toto processu huius capituli idem est manducare et bibere
quod credere et invisibiliter intus per caritatem pinguescere et saginari. Cre-
dere autem in Christum et eidem inherere per caritatem quid aliud est
quam vivere vitam gratie et percipere in se hanc vitam eternam. Dicitur enim

de fide ad Romanos primo Iustus autem meus ex fide vivit Et de caritate prima Joh
3o qui non diligit manet in morte ffides autem et caritas ideo prestant vitam illi
qui illi coniungitur et fatetur miserere aput quem est fons vite ymmo qui est ipsa vi
ta qui de seipso ait Ego sum via veritas et vita Joh 14 Et de quo dicitur deutro
30 Illi adhereas ipse enim est vita tua Fide ergo est credere in christum et ipsum
diligere et habere vitam Vnde Augustinus omelia 23 super illo Amen amen dico
vobis qui credit in me habet vitam eternam ita dicit Revelare se voluit
quid esset nam compendio dicere potuit qui credit in me habet me Ipse enim christus
verus deus est et vita eterna qui ergo credit in me inquit it in me et
qui it in me habet me Quid est autem habere me habere vitam eternam vita eterna
mortem assumpsit vita eterna mori voluit sed de tuo non de suo Hec Augustinus
Ex quibus omnibus tam ex intencione christi quam eciam ex intencione Augustini verba
christi postulantis et exponentis patet quod intelligatur per hunc cibum et potum
de quo ipse dominus loquitur quod ipsam unitatis et societatis suorum Demumque quo fi-
at quidem cibi manducacio et bibicio et quid sit utrumque scilicet manducare et
bibere quia hoc est manere in christo et christum in se manentem habere ubi ut quo
per fidem et caritatem christus in nobis et nos manemus et inhabitamus
in christo post hec quomodo credere et caritate diligere idem est quod manducare
et bibere ymmo eciam quod manducare et bibere idem sunt et finaliter quoad
credere et manducare tamquam ad unum et idem sequitur vita eterna per que omnia
luce clarius ostenditur quod predictus textus Johannis Nisi manducaveritis etc ymmo
et totum illud capitulum intelligitur de spirituali manducacione et in illo e-
tiam Ibi christus removens carnalem intelligenciam Judeorum et discipu-
lorum exposuit qualiter hec manducacio intelligenda sit cum dixit
Spiritus est qui vivificat caro non prodest quidquam verba que locutus
sum spiritus et vita sunt Vnde Augustinus omelia 24 Quid est spiritus et
vita sunt spiritualiter intelligenda sunt Intellexisti spiritualiter spiritus et
vita sunt Intellexisti carnaliter eciam si illa spiritus et vita sunt sed tibi non
sunt De illa igitur manducacione christus loquebatur que sic vitam
prestat et hec est sola manducacio spiritualis sacramentalis autem manducacio
non semper dat vitam ymmo sepe mortem ut patet per Apostolum dicentem Qui
manducat et bibit indigne iudicium sibi manducat et bibit Vnde
hec differencia est inter spiritualem manducacionem et sacramentalem Ut in prima parte dictum
est quia spiritualis manducacio semper dat vitam sacramentalis vero sepe dat mor-
tem ut dictum est Et quod de spirituali manducacione christus hic loquitur patet
quia continue hic de hac manducacione loquitur semper adiungit vitam
que utique ad sacramentalem non semper sequitur ymmo ponit mortem Unde et
in ipso precepto nisi manducaveritis dicitur non habebitis vitam eternam quia qui
manducat hunc panem vivet in eternum et qui manducat me et ipse
vivet propter me que si de sacramentali intelligerentur utique sequitur qui sacramentaliter
sumeret semper viveret vita spirituali quod est falsum quia multi comedunt
ad mortem Vnde Augustinus omelia 23 super Johannem Nam multi de altari
accipiunt et accipiendo moriuntur Vnde dicit Apostolus Iudicium

sibi manducat et bibit. Non enim buccella dominica venenum fuit Iude, et
tamen accepit, et cum accepit inimicus in eum intravit, non quia malum accepit, sed quia
bonum malus accepit. Hec ille expresse Augustinus. quod sumpcio sacramentalis est in-
differens et ad bonos et ad malos, et ad vitam et ad mortem, sed non sic de
sumpcione et manducacione de qua hic in loco dominus loquitur. Quod apte idem Augustinus
eadem omelia loquens de eodem precepto declarat, ita Nisi quis dederit. Ita dicens
Quoniam quid dederit et quomodo manducans sit manducandi ipsum panem ignoratis,
vivitis nisi manducaveritis. Hec utique non cadaveribus sed viventibus loquebatur.
Qui nec istam vitam intelligentes de hac re litigarent, secutus adiungat:
Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem habet vitam eternam.
Hanc ergo non habet qui istum panem non manducat, nec istum sanguinem non bibit. Nam
temporalem vitam sine illo homines habere possunt, eternam vero omnino non possunt. Qui
ergo non manducat eius carnem, nec bibit eius sanguinem, non habet vitam
in se, et qui manducat eius carnem et bibit eius sanguinem habet vitam eternam.
Ad utrumque autem respondit quod dixit eternam. Non ita est in alia esca, quam
sustentande huius temporalis vite causa sumimus. Nam qui eam non sumpserit
non vivet, nec tamen qui eam sumpserit vivet. Fieri enim potest ut senio vel
morbo vel aliquo casu plurimi, et qui sumpserunt moriantur. In
hoc autem cibo et potu, id est corpore et sanguine domini non ita est. Nam et qui
eam non sumunt non habent vitam, et qui eam sumunt habent vitam, et hanc utique eternam.
Spiritualis igitur manducacio de qua hic agitur patet ad bonos tantum. Sacramentalis
vero indifferens ad utrosque. Unde eciam cantatur in prosa festi corporis christi:
Sumunt boni, sumunt mali, sorte tamen inequali vite vel interitus. Mors
est malis, vita bonis; vide paris sumpcionis quam sit dispar exitus.
Sic enim Petrus et Iudas sacramentaliter comederunt, sed alter ad salutem, alter
vero ad dampnacionem. Quoniam patet manifeste quod si predicta doctrina christi
de sacramentali manducacione intelligeretur quod omnes sacramentaliter manducantes essent – no
dampnati, quod patet esse falsum in utroque, quia multi sacramentaliter non
comederent ut pueri, et multi tamen salvati sunt et salvantur.
Nec valet si dicat adversarius quod intelligitur de manducacione sacramentali
simul cum spirituali, quia spiritualis manducacio et sacramentalis sunt manducaciones
specie specialibus condistincte. Et spiritualis quidem manducacionis specialis eam
recto gerentibus est manducanti confert vitam feliciter, sacramentalis vero manducacio
est indifferens ad vitam vel ad mortem, licet enim ex se semper sit ad
vitam, quia ipsum sacramentum in se continet fontem vite, tamen racione suscipientis
id quod per se vita est fit mors male sumenti. Non enim buccella
dominica venenum fuit Iude, et tamen accepit, et cum accepit eam inimicus
in eum intravit, non quia malum accepit, sed quia bonum malus accepit.
Hec Augustinus omelia 23. Cum igitur ex speciebus effectibus denominatur
ad cognicionem specierum causarum utrumque sic ex verbis christi nullus unquam sine errore
venire in noticiam de qua manducacione in hoc loco proprius in-
telligatur, necesse est ut conferamus effectus harum manducacionum
ad speciales manducaciones tanquam ad speciales causas. Circa ergo in toto

isto processu singulari manducationem Christus tribuit vitam que est
spiritualis effectus manducationis spiritualis. Unde ex isto effectu ex necessitate colligitur
quod Christus loquitur hic de spirituali manducatione. Et sicut ex sensibilibus nec
possumus venire in cognitionem rerum insensibilium, nisi per aliquid additum
ad sensibile, licet etiam ipsum sensibile conveniat rei. Ita quantumcumque vita sequitur
ad manducationem sacramentalem, ex quo non est sibi necessaria, nec tamen sufficienter an-
nexa, ex ipsa vita non potest argui aut inferri manducatio sacramentalis. Quod
igitur sicut ex sensibili infertur cognitio actualis, sic ex vita in loco presenti
infertur manducatio spiritualis, precipue cum Christus in nulla parte presentis
capituli nec post nec prius faciat quoquomodo mentionem de sacramentali manduca-
tione. Cum mirabile esset quod Christus divina sapientia dei virtus et immensa
bonitas voluisset sua precepta ad salutem necessaria tali involutione verborum
obumbrare et tam periculose institutionibus temporibus omni sacramentali
civitatem ... et tam longo tempore, cuius initium aut origo nec in me-
moriis hominum nec in annalibus sollempniter reperitur. Unde preter pre-
dicta manifestissimum signum quod non de sacramentali manducatione loquutus
est, quod in predicto precepto si tamen preceptum teneatur nulla facit mentionem
de speciebus panis scilicet aut vini, immo quod plus est, quotienscumque legitur
Joh. vi de corpore et sanguine suo nulla umquam facit mentionem
de speciebus, ad audiendum non de specifica seu sacramentali sumptione intelligenda
fore verba ipsius sed spirituali ut dictum est. Item si illa verba nisi manducaveritis
intelligatur preceptive de sacramentali sumptione, pari ratione et illa Qui mandu-
cat meam carnem et bibit meum sanguinem in me manet et ego in eo,
quod non videtur verum quod Christus in tam modico spatio mutasset modum et
formam dicendi, ut nunc de sacramentali et post immediate de spirituali sumptione lo-
queretur sine aliqua nota differentie. Sed quod autem non intelligatur de
de sacramentali patet quia esset sensus: Qui manducat meam carnem et bibit
meum sanguinem in me manet, id est in sacramento panis et vini, quod nullus
sane mentis diceret. Item quod spiritualiter intelligenda sunt verba Christi et doc-
trina de manducatione et bibitione, ostendit Apostolus i Cor. x°: Nolo
vos ignorare fratres quia patres nostri omnes sub nube fuerunt et omnes
mare transierunt et omnes in Moyse baptizati sunt in nube et in mari
et omnes eandem escam spiritualem manducaverunt, et omnes eundem potum biberunt;
biberunt autem de spirituali consequente petra. Petra autem erat Christus. Super
quo ait glossa: Et colligitur ex dictis Augustini omelia 23: Omnes eandem
escam manducaverunt spiritualem quam et nos, corporalem vero alteram, id est
manna quod significat Christum, et idem credentibus efficit, quia qui visibilem cibum
spiritualiter intellexerunt, esurierunt spiritualiter, gustaverunt spiritualiter ut satiarentur. Nam
et nos hodie accipimus visibilem cibum, sed aliud est sacramentum, aliud virtus
sacramenti. Sacramenta illa fuerunt, sacramenta sunt et nostra, et virtus eiusdem rei,
manna cum Christum significavit, hic panem significat altaris dei. Christi cum

est panis qui de celo descendit Si quis manducat ex hoc pane no
morietur in eternum. S; q; ptz ad v'tutē sacr'i, no ad visibile sacra'm, qui
manducat intus no foris, q' manducat corde, no q' premit dente. Ideo
Apostolus vigilanter no simpliciter ait manducaverunt eandem escam, sed addit
spiritualem, quia spiritualem eandem manducaverunt qua et nos, corporalem vero
alteram, quia illi manna nos aliud. Et vigilanter ait patres nostri et no
illorum, per hoc bonos tm̄ significans quibus nos similes sumus. Ita illi sunt
q' eandem escam spiritualem manducaverunt qua et nos, et tamen aliud illi
aliud nos, sed specie visibili aliud quod tamen idem significaret virtute spirituali. Hiis
Ex quibus verbis patz tam apostoli quam glose quod eandem escam spiritualem patres
nostri manducaverunt et nos manducamus, et eundem potum spiritualem biberunt
et nos bibimus, quod nequaquam intelligi potest de sacramento. Unde ut dicit
Glo. aliud ipsi aliud nos. Que est igitur illa esca spiritualis et quis po-
tus, nonne caro Christi et sanguis eius, utique ipse cum mediator dei
et hominis Christus Ihesus, qui est caput super omnem ecclesiam ad Ephe. i°.
Qui erat cibus et sanitas secundum divinitatem angelorum, secundum humanitatem
factus est cibus et esca viatorum, non solum illorum qui post adventum suum
in carne in ipsum crediderunt, sed etiam patrum. Per quod manducaverunt
fide utique et dilectione, tunc eum manducaverunt carnem, qui crediderunt
implicite vel explicite filium dei carnem humanam de nostra fragilitate
secum assumpturum. Et similiter biberunt eius sanguinem, qui modo sitienti
crediderunt et speraverunt liberari per supplicium sue amarissime pas-
sionis. Et ipsi summo desiderio clamaverunt sancti patres veteris testamenti
per oracula prophetarum. Utinam disrumperes celos et descenderes. Et rursus
Emitte domine agnum dominatorem terre de petra deserti ad montem filie
Syon, verba ista sunt ysaie v° ca° Hec itaque modo manducare carnem
suam et bibere sanguinem suum turbis Iudeorum et discipulis suis dominus
precepit, ut videlicet in eum crederent, sic ipse ait. Qui credit in me
h; vitam eternam. Ego sum panis vite, et hic est panis de celo de
scendens ut si quis manducaverit ex hoc no moriatur. Et iterum in po
mane et ipsum in se manentem habere, hoc est quod longe sermone au-
ribus discipulorum inculcare volebat. Nam precipue primus dicit unum
dicens Manete in dilectione mea sicut et ego patris. Et sicut Ioh.
testatur Mariam caritate ferventissimoque desiderio perfusus patribus suis
dilectissimum precium pro hac spirituali manducatione. Ut cum sui discipuli
haberent, rogabat dicens, Non pro eis tantum rogo, sed pro hiis qui credituri
sunt in nomine meo rogo pater ut sint unum nobiscum, sicut ego et tu
unum sumus. Pater serva eos in nomine tuo quos dedisti michi
et in pluribus, Summa sunt loca Augustini in quibus dominum dicentem
Ioh. Nisi manducaveritis etc. de spirituali manducatione exponit et declarat.
Et ne omnino preteream Amel super Iohannem in declaratione in sco Nicodemi
illud quod dicit Evangelista, videlicet quod multi crediderunt in nomine eius, et ipse
Ihesus non se credebat eis super v° et de plano hoc sexto capitulo Ioh.

inducens declarat et exponit de manducatione spirituali. Item Augustinus de libro iii° de xpia=
na doctrina, quo loco non est pretermittendum quod in eo tradit modos et regulas
ad intelligendum sacras scripturas et accipiendum verum sensum litteralem sacre
scripture, ubi inducens sepe dictam auctoritatem Nisi manducaveritis, ita dicit: Si
aut flagicium aut facinus videtur iubere aut utilitatem et beneficentiam
vetare, figurata est. Nisi manducaveritis inquit carnem filii hominis et
eius biberitis sanguinem non habebitis vitam in vobis, facinus vel flagicium
videtur iubere; figura ergo est precipiens passioni domini esse communicandum
et suaviter atque utiliter esse recondendum in memoria quod pro nobis caro
eius crucifixa et vulnerata sit. Hec Augustinus. Ad idem est glosa ordinaria super
eodem textu Nisi manducaveritis, que ita dicit: Si quis, quo in
vitam eternam, non quidam ad mortem, ut dicit apostolus: Et iudicium. Si quis
comedit in altari cum hanc comestionem de qua hic agitur, sed cum fide
operante et dilectione, hic comedit in vitam eternam. Si quis vero aliter,
in mortem. Hec glosa. Ecce quomodo aperte demonstrat de qua comestione hic aga=
tur, quia de illa que cum fide et dilectione operatur. Idem de Innocentius de
officio misse parte quarta capitulo x° super illo verbo accipite et comedite. Alibi
ita dicit accipite et comedite, ac si diceret comedite, comedite. Utramque
sic sacramenti comestionem insinuat. Dupliciter enim corpus Christi comeditur quia
dupliciter intelligitur, verum scilicet quod de virgine traxit et in crucis pe=
pendit, et misticum quod est ecclesia Christi spiritu vegetata. De vero corpore
dominus ait: Hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur. De mistico
dicit apostolus: Unus panis et unum corpus multi sumus. Verum corpus
Christi comeditur sacramentaliter id est sub specie, misticum autem comeditur spiritualiter
id est in fide. De comestione sacramentali ait dominus: Accipite et comedite,
hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur; hoc facite in meam comme=
morationem. Hoc enim tam boni quam mali corpus Christi manducant, sed
boni comedunt ad salutem, mali vero manducant ad iudicium. Nisi
enim et mali corpus Christi manducarent, non dixisset apostolus: Qui manducat
indigne iudicium sibi manducat et bibit, nec diminutum corpus domi=
ni Iudas eukaristiam cum aliis traditam accepisse. De spirituali vero ma=
nducatione dominus ait: Nisi manducaveritis carnem filii hominis; hoc modo comedunt
corpus Christi soli boni. Unde qui manducat carnem meam et bibit sangui=
nem meum in me manet et ego in eo. Ut quid paras dentem et
ventrem? crede et manducasti. Tunc manducat, id est credit in Christum;
comedit ipsum qui incorporatur Christo per fidem, id est et membrum eius efficitur, vel
in unitate corporis eius firmius solidatur. Hec Innocentius. Longum esset si=
gulos doctores inducere qui hanc auctoritatem et totum processum capituli de spirituali
manducatione primo et expresse exposuerunt. Sed hec tamen sufficiant pro nunc.

His itaque luce clarius presuppositis accedo ad rendendum obiecta videlicet ad obiecta
que videntur facere contra hanc intentionem et declarationem Christi et scripture
et primo ad auctoritatem Nicolai de Lira, et forte aliorum qui videntur ad Nicolaum de Lira

Unde doctorum est
auctoritas.

predictam auctoritatem Nisi manducaveritis exponit de sacramentali manducatione. Ubi primo
reducenda est ad memoriam quedam suppositio generalis quam proposui in principio presentis
actus videlicet Quod inter doctores exponentes sacram scripturam facienda est comparatio in inge-
nii acuitate in studii assiduitate in subtilitate medii in immunitate vitii
et passionis in sanctitate vite in divinis inspirationibus et aliis signis que prestant
auctoritatem doctoribus. Et ille doctor preferendus est circa expositionem unius passus
scripture in quo reperiuntur plures conditiones de predictis. Et dicebatur ultimum quod doctores
antiqui qui in predictis conditionibus excessisse reperiuntur preferendi sunt modernis docto-
ribus, presertim quatuor doctores quos tanquam quatuor columpnas sustentantes ecclesiam
katholicam in veritate fidei et doctrine katholice ecclesia recepit et veneratur. Scilicet
Augustinum Jeronimum Ambrosium et Gregorium. Inter quos Augustinus precellit ingenio et
intellectu excellentissimus licet, profunda exigitur auctoritas sua in expositione katholice
veritatis omnibus doctoribus modernis quantumcunque auctoritatis vel ingenii fuerint.
Et ista magistrum Nicolaum de Lyra vel quemcunque doctorum modernorum, si cum
Augustino in aliquo passu contradicere videntur, omnino sunt postponendi, ma-
xime cum expositio Augustini conformior est sensui quem auctor scripturarum
intendit. Vel dicendum et melius, quod principalis intellectus litteralis
illius auctoritatis, eciam sit figurativa ut patuit supra per Augustinum in iii°
de doctrina christiana, est spiritualis, quoniam eo modo quo exposita est.
Sed ad sacramentalem sepe per quandam adaptationem a doctoribus adduci
consueverunt. Solent enim doctores sicut et ecclesia multas auctoritates ad-
aptare ratione similitudinis vel alicuius convenientie, vel secundum litteram vel
secundum sensum. Sicut ad ewangelium quod ecclesia in festo assumptionis decantat
quantum ad spiritum et litteram eius non est de beata virgine, sed ei adaptatur.
Sic et doctores loquentes de hoc ineffabili sacramento sepe ad confirma-
tionem dictorum adducunt auctoritates loquentes ut sonantes scilicet vel secundum
litteram vel secundum spiritum ad intentionem ipsorum. Sicut enim doctores loquuntur
de veritate huius sacramenti probant verum corpus Christi in eo contineri per illa verba
Christi quando dixit Hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur et verum
sanguinem eius per illa, Hic est calix sanguinis mei qui pro vobis
effundetur. que verba non possunt intelligi figurative sicut illa Ego sum
vitis vera. Et petra autem erat Christus, vel alio quocunque modo, ut
quidam hereticorum intellexerunt. Sed vere et realiter et sine figura
sicut vere et realiter corpus suum pro nobis tradidit et verum suum
sanguinem pro nobis fudit. Et nichilominus ad idem probandum inducunt
alios eciam sicut in dicto capitulo Joh vi Caro mea vere est cibus et
sanguis meus etc. Et iterum panis quem ego dabo caro mea est pro
mundi vita. Que quidem auctoritates sunt accomoda scilicet quantum ad litteram
eorum primum, sed non quantum ad spiritum prime libere et immediate. Verba prime
vere et realiter intelligende sunt, secunde autem spiritualiter. Et secundum eundem
spiritum secundum quem exposita est illa Nisi manducaveritis etc. Dicitur in Clementinis

in celestis et veneratione sanctorum. Si dum in sanctis per adoptionem induitur illa
auctoritas: Ecce ego vobiscum sum etc. ad declarandam veritatem et realem presentiam
christi in hoc sacramento, tunc de primo suo intellectu non intelligitur nisi de assiste-
ntia sua per gratiam. Sic enim ibidem dicitur: Nycolaus vero sacramentalis christi concomitantiae
ihesus christus presens sub alia quidem est forma, in propria vero sua est nobiscum.
Ascensurus enim in celum dixit apostolis et eorum successoribus: Ecce ego vobiscum sum
omnibus diebus usque ad consummationem seculi, benigne ipsos promissione confortans quod re-
maneret et esset cum eis etiam presentia corporali. Nec potest dici in hoc loco quod
utrumque sensum, tam spiritualem videlicet quam sacramentalem, sunt ex aequo sensus litterales
et quod obliget ad utrumque, quia illi duplices sensus litterales reperiuntur solum in hiis
scripturis in quibus aliquid competit figure et aliquid secundum excellentiorem
modum figurato, prout ipse Nicolaus de Lira declarat in illis verbis xvii psalmi[...]
Ego ero illi in patrem et ipse erit mihi in filium. Credendum igitur ad Nicolaum
de Lira, vel quod auctoritas sua cedat auctoritati Augustini, vel quod ipse exponit
predictum textum per quandam applicationem ad sacramentalem maducationem. Nec dicit
quod christus preceperit, sed dicit quod hic convenienter ostenditur huius sacramenti necessitas.
Dictum est autem quod necessarium accipitur multipliciter et inter alios acceptiones accipitur pro
utili. Sic et ego credo quod susceptio huius sacramenti est valde et multum necessaria
et utilis. Eodem modo intelligitur dictum Augustini, qui dicit: panem cottidianum quem
tibi necessarium idest utilem, quod exponens dictum apostoli tunc dicit: Norunt enim
fideles quid accipiunt et bonum est eos accipere. Non ergo bene infert ex
predictis cum dicit: Ergo patet quod eucharistia est panis quem tibi necessarius et
sic ex necessitate et precepto christi expetendus et accipiendus, quia non sequitur: iste
panis est necessarius idest utilis et valde utilis, ergo est ex precepto. Et ulterius non
sequitur: hoc sacramentum est ex precepto christi, ergo sub utraque specie. Et quia pene
in singulis auctoritatibus quas adducit pro necessitate huius sacramenti dictum modum
arguendi tenet et intendit, in quo paralogizatur multis quod in quale et similibus in modo
Dico primo ad tertium modum dicendi pro expeditione facilioni, videlicet dato
quod dicta auctoritas Johannis intelligeretur de sumptione sacramentali, et quod hoc sacramentum
sit de precepto christi quo ad singulos fideles adultos tamen ad usum non sequitur
inferendum de utraque specie. Nam de necessitate et precepto huius sacramenti inter doctores
multa videtur varietas. Etenim quidam videntur dicere quod hoc sacramentum necessarium quo
ad celebrationem seu confectionem ipsius per ministros sacerdotum in sacrificio est de precepto
christi immediato et multo magis quo ad sumptionem vulgarium christianorum, quia sub
imperativo modo in sacra scriptura multa accipiuntur et non semper preceptive. Inveniuntur
enim quedam preceptorie, quedam exhortatorie, quedam optative, sive deprecatorie,
quedam imitatorie, quedam iuxta vulgarem modum yronice. Et fortassis pluribus
aliis modis, quos diligens scrutator scripturarum posset reperire. Sed quantum
ad presens spectat de prefactis modis exempla in medium adducantur. Et
pro primo facit illud Ozee prophete. Cui deus precipiens dixit per verbum
imperativi modi: Accipe uxorem fornicariam et fac tibi filios fornicationis

qr terra formicans formeabit a dno. Et rursus Sapie primo. Diligite
iusticiam q iudicatis terram. pro scdo mo scz ex hortacoe facit illud Apli
Surge qui dormis et surge a mortuis illuminabit te xpus. Et ait 6
Nolite solliciti esse quid manducabitis et bibetis etc. Cui etiam simile est
qd dixit act v. Nolite iurare omnino neqz per celum neqz per terram etc. prout
tradit Augus in libello de sermone dni in monte et in sermone que
de periurio scripsit ubi dicit q non plurimis dnus lingua mirator. De tercio
vz optatiuo siue deprecatorio pleni sunt libri prophetarum q expetentes ad-
ventum xpi verbis imperatiuis loquebantur. Quorum unus dicebat Veni ad libe-
randum nos dne deus virtutum. Et iterum Ostende faciem tuam et salui erimus
Et ysa 16 ca° Emitte agnum dne dominatorem terre de petra deserti etc.
Et in alio loco Veni dne et noli tardare. pro 4to vz imitatorie
Mathei xix° Si vis perfectus esse vade et vende omnia que habes et da
pauperibus et sequere me. et multa aliqua similia possunt adduci. ad quilibet
non sit modum imperatiuum preceptiue ponitur. Et de yronico modo. modus quidem
fere sepe sic. quemadmodum si magister dicit discipulo pigritanti Dormi
puer dormi. volens eum a desidia et somni torpore ad vigilanciam
excitare. Dicit igitur considerantes qui aeccepto inter imperatiuum quendam q acci-
pite et hoc facite licet sint verba imperatiua non tamen preceptum important. et
ita similiter dicunt ponitur eciam ut dicunt exhortatorie et imitatorie q dicat
hoc facite in meam commemoracionem. qr vobis proderit ad magnum augmentum gracie
Unde ponitur per modum consilij quod preceptum diuinum est. sic et illi vade et
vende omnia que habes. Et ita eciam se expediunt de glosa Jur'li. qui dicunt ex
alijs induci. Qui modus dicendi satis dicitur quenius q vellet iuxta
textum Joh. Nisi manducaueritis etc. de spirituali manducacione intelligi. Hanc
sentenciam videtur esse secutus Albertus magnus qui ut alias fuit allegatus
hic per me et lectis. dicit q xpus utriusqz sacramenti celebrandum precepit
in ecclesia per statuta apostolorum. atque huius preceptum ecclesie ipso tamquam principali
agenti et imperanti propter indefectibilem sui assistenciam qua ipse ecclesie assistit
et assistet usqz ad consummacionem seculi. Nam ecclesia nichil potest facere sine xpo ipso
dicente Sine me nichil potestis facere. Alij vero dicunt et dicunt q hoc
sacramentum quo ad celebracionem in ecclesia per sacerdotes et ministros in persona
xpi est de precepto xpi immediato. Et fundant hoc preceptum in illis verbis im-
peratiue prolatis hoc facite in meam commemoracionem. Sed quo ad sumendum
non sacrificandum aut non celebrandum non est de precepto xpi sed solum
de precepto ecclesie. Ad que sunt in terminis propositis Alexander de Hal. et Bonaven-
tura quorum dicta sequuntur in hunc modum. Nam Alexander de Hal. 4a parte
sue summe questionem de necessitate atque manducandi querit utrum necesse sit
manducare corpus xpi. Et arguit auctoribus primo Joh. vi. Nisi mandu-
caueritis etc. Et 1a ad Cor. xi. Item ex statuto ecclesie Omnis utriusqz
sexus. Item q baptismus est sacramentum necessitatis Joh. iij° Nisi quis renatus fuerit etc.
Et simili modo videtur q hoc sacramentum sit necessitatis propter eundem modum loquendi
Nisi manducaueritis etc. In contrarium arguit. qr illud sacramentum et solum id est necessitatis

quo non suscepto non vivit quis vita gratie sicut patet de baptismo ante susceptionem
eiusdem. Ergo si hoc sacramentum est necessitatis utrumque ante ipsius susceptionem nullus vivet vita
gratie quod manifeste falsum quia nullus salvaretur si moreretur ante eius susceptionem. Respondet
iste doctor quod hoc sacramentum non est de necessitate salutis quantum est ex eius institutione
sed si est, hoc est ex mandato superaddito, ubi gratia. Ecclesia constituit ut fideles
semel in anno communicent et in morte, unde si quis negligit non est sine contemptu
et periculo mortis. et hec constitutio ecclesie est sub precepto, ut ex decretali patet
Omnis utriusque sexus. Post predicta videtur predictus doctor ad argumenta et
primo ad illud Johannis vi° Nisi manducaveritis etc. dicit quod intelligitur de manducatione
spirituali que est per fidem, sine qua nullus adultus salvatur nec etiam parvulus.
Et sic etiam intelligitur quod adducitur de similitudine baptismi. Ad aliud de institutione
ecclesie dicit quod quamvis que instituta est ab ecclesia debet observari non potest negli-
gi sine offensa suppetente facultate. Hec iste doctor in summa. Item
dominus Bonaventura in 4to dist. 12 movet questionem utrum necesse sit ad hoc sacramentum
accedere. Et arguit eisdem auctoritatibus quibus supra Jo. vi. In contrarium vero arguit
per Augustinum: Ut quid paras dentem et ventrem, crede et manducasti. Sufficit
ergo ad manducandum credere, non tenemur sumere sacramentum. Item effectus huius sacramenti
est deletio venialium peccatorum et augmentum virtutum, sed neutrum est de necessitate
salutis, ergo etiam etc. Item si necesse esset accedere, pueri qui non accedunt nec
manducant omnes dampnarentur. Respondendo dicit ille doctor: Certum hoc sacramentum
non est de necessitate salutis quantum est de sua institutione, sed si est, hoc est de
assumpto officio vel mandato superaddito. Ex assumpto officio quod necesse est
exercere ut cum sacerdotes vivunt de altari, sed si in libertate sua remanet non
tenetur magis quam alius laicus ex debito, sed magis de bono et ex equo.
Ex mandato superaddito quod ecclesia instituit ut fideles semel communicent
in anno et in morte. Unde si quis negligit non est sine contemptu et periculo
mortali. Racio autem quare ecclesia instituit est quia hoc sacramentum est salutare
et multi erant negligentes de sua salute. Institutio autem ecclesie erat sub
precepto: Omnis utriusque sexus fidelis postquam ad annos discretionis pervenerit ut ad
minus in pascha accipiat eucharistie sacramentum nisi forte de proprii sacerdotis consilio
ob aliquam racionabilem causam duxerit abstinendum. Alioquin vivens ab ingressu
ecclesie arceatur et moriens christiana careat sepultura. Constat autem quod hec
est pena excommunicationis. Ex hiis patet responsio ad obiecta. Ad primum
dicitur Joh. vi intelligitur de manducatione spirituali que est per fidem et caritatem
sine qua nec adultus salvatur. Hec iste doctor in forma. De hac etiam
opinione fuisse videtur S. Thomas dum legeret summam ut 4to Summe
dist. 9 q. 1 ar. 1 ubi sic dicit: Ultimus videtur quod manducatio corporis Christi
sit de necessitate salutis etc. In fine ponit argumentum pro et contra, sic determinat dicens
Cum gratia est sufficiens causa glorie, unde ante illud sine quo potest haberi
gratia non est de necessitate salutis. Hoc autem sacramentum presupponit gratiam quia presupponit
baptismum in quo gratia datur, neque deletur peccato precedente quod gratiam perdit(?). Et ideo
quantum est de se non est de necessitate salutis, sed de ordinatione ecclesie. Communes(?)

obligant^r s(ecundu)m eccl(es)ie statutu(m) corp(us) xp(ist)i semel in anno sume(re) hec doctor
s(u)ppletiq(ue) q(ui) eand(e)m s(ente)n(tia)m in multis aliis locis replicat. Alii v(er)o vident(ur) sentire
q(uod) t(ame)n celebracio eius sac(ramen)ti per modu(m) sac(ri)ficii quod fit per sacerdotes q(uam) eciam
eius usus quo ad singulos fideles est de p(re)cepto xp(ist)i. Et hanc opi(ni)o(nem) sapientes
adhuc vident(ur) variari. Quia alii h(oc) dicu(n)t e(ss)e de p(re)cepto xp(ist)i expresso
et explicito q(uan)tu(m) ad s(ubstanti)am et ea que s(un)t essencialia sac(ramen)to. Alii v(er)o ex p(re)cepto
implicito. P(ri)mu(m) modu(m) videt(ur) sequi Nicolaus de lira. Secundu(m) modu(m) p(ro)
in q(uar)ta p(ar)te s(cilicet) ubi allegat eu(n)d(em) dictis (com)ponens. Et eciam dicit q(uod) spiritualis
manducacio includit votu(m) seu desideriu(m) p(er)cipiendi h(oc) s(acramen)tu(m). Et sic s(ecundu)m
ip(su)m in p(re)d(ic)to loco spiritualis manducacio expressa cadit sub p(re)cepto exex-
plicite xp(ist)i. Sed p(atet) q(uod) dictus doctor ubiq(ue) eiusdem auct(orita)te(m) nisi manducaveritis et c(etera)
p(ri)us declarat et exponit pro spirituali manducacione et in ip(s)a spirituali includit
votu(m) p(er)cipiendi h(oc) sac(ramentu)m. Et ita s(ecundu)m eu(n)d(em) intelligenda est auctoritas quam inducit
ubi de a(rticul)o 26 h(oc) facite in meam com(memoracione)m. Quia sic in p(ri)ma nisi manduca(veritis)
s(ecundu)m ip(su)m includ(itu)r implicite sac(ramenta)lis s(um)pcio sic et in ista. Cu(m) eciam per p(re)dicta
v(er)ba quib(us) s(ecundu)m om(n)es doctores h(oc) facite in meam (com)memoracionem ap(osto)los in sacer-
dotes ordinavit s(ed) illa v(er)ba expresse et explicate quo ad s(ubstanti)am et quo ad
modu(m) obligatur ad om(ne)s indifferenter fideles extenderet(ur) manifeste seq(ue)ret(ur)
q(uod) om(n)ib(us) fuiss(et) collata potestas (con)ficiendi h(oc) sac(ramentu)m viris s(cilicet) mulieribus p(ar)vis
et magnis et sic quilibet esset h(ic) et h(ic) sacerdos. Quod i(nconveniens) est dicere
nec eciam cogitandu(m). Oportet ergo s(ecundu)m intenc(io)nem dicti doctoris q(uod) p(re)ceptu(m)
de sumpcione sac(ramenta)li in p(re)dictis v(er)bis includat(ur) implicite et in medulla.
Cu(m) aut(em) in p(re)dicto p(re)cepto h(oc) facite in meam (com)me(moracione)m duo includant(ur) videl(icet)
(con)fectio sac(ramen)ti que fiat(ur) per hor(um) v(er)bor(um) (com)memoracionem (?) h(uius) et commemoracio
dominice passionis. Oportet q(uod) alt(eru)m v(ide)l(icet) id quod est s(u)b(stanti)e p(er)tineat ad om(ne)s
id aut(em) q(uo)d h(abe)t se ex parte et quasi finis q(uo)daz littera modus in q(uantu)m
ad sacerdotes p(er)tineat. Ip(s)a v(ide)l(icet) sub divisis signis et speciebus passionis xp(ist)i
reputacio. Et q(uod) h(ec) fuit dicti doctoris intencio p(atet) ex a(rticul)o imme-
diate p(re)cedenti in q(u)o ex intencione q(ue)rit utru(m) liceat sume(re) corpus xp(ist)i sine
sanguine et determinat sic aliter h(abe)t est legi et declaratu(m). Nec est aut(em)
p(er)tinere credere n(on) est v(er)isimile q(uod) talis ac tanti ac ta(m) scientificus vir et doctor
in ta(m) modico spacio sibi (con)diceret ubi ponendo naturaz sac(ramen)ti et h(ic) no(n)
nullo alio speci(fica)t. Cu(m) p(re)cedenti igitur a(rticu)lo declarat eand(em) sub p(re)cepto s(ubstanti)az
et (con)f(e)c(cion)e(m) eius sac(ramen)ti q(uo)d ad om(ne)s. In isto aut(em) a(rticu)lo declarat et s(ubstanti)az et modu(m)
eand(em) sub p(re)cepto solu(m) sacerdotibus no(n) aut(em) univ(er)sis xp(ist)ifidelibus. Cu(m) h(oc) igitur
tali ac tanta veritate doctor(um) inclitorum dicta sua et s(ente)n(ti)as eccl(es)ie
iudicio submitteru(n)t. Ip(s)a s(anc)ta mat(er) eccl(es)ia ab inicio semp(er) in rebus du-
biis cepit et tenuit p(ar)te(m) securiore(m) et tuciore(m). Nam q(uo)d ad celebracione(m)
et (con)servacione(m) eius sac(ramen)ti eccl(es)ia instituit et p(re)cepit q(uod) hoc sac(ramen)tu(m) frequenta-
ret(ur) in calicis xp(ist)ifidelium sive xp(istu)s p(re)cepit sive no(n) p(re)cepit. Similit(er)
quo ad usu(m) fideliu(m) eius sac(ramen)ti eccl(es)ia elegit parte(m) tuciore(m) p(ro)pter
univ(er)sis xp(ist)ifidelib(us) capacibus et dispositis vult s(ecundu)m in qualitate temporis

condicionum personarum suscipientium eius sacramenti. Quia vero in modo ministrandi huius sacramenti non conficientibus nulla umquam fuit varietas, quoniam aut sub una vel sub duplici specie posset ministrari, quia ut alias dixi ante Rombalde tempora Jacobelli in regno Bohemie non reperitur doctor ab institutione huius sacramenti fidelis et katholicus qui in sacra ut in summa magistro dubio determinaverit quod sic ut sit scilicet sub duplici specie aut sub una Christus precepit hoc sacramentum ministrari fidelibus, et quod ecclesia non possit sic vel sic in administratione eius sacramenti et statuere. Ideo et ipsa ecclesia propter multas causas superius allegatas statuit sub una specie ministrari. Concludendo igitur ad propositum nostrum, mittendo in predictis difficultatibus temere diffiniendo dico quod si etiam ministratio quoad nostras conficientes dicti sacramenti cadit sub precepto, non tamen usus eius sub duplici aut sub una specie cadit sub precepto Christi.

Prosequamur igitur ordine auctoritatum singularum respondendo ad singulas et respondendo ad actum et cum digito quod per ullam earum concluditur intentum. Adducit igitur Ambrosium in glossa ordinaria super illo: Cetera cum venero disponam etc. Ex quibus infert tamen apostoli quod glosse illius quod apostolus de sacramento dicit: tenete quod dixi, scilicet accipite manducate et calicem bibite, tenete inquit et non intermittite nec mutate. Hec est illatio dicti proponentis, que quantum aliena et adversa sit tam a mente apostoli quam glosse nullus sanus intelligens potest decipi. Dicit enim apostolus: Cetera cum venero disponam. Glossa autem dicit: tenete quod dixi, cetera autem de eodem, id est que ad eiusdem sacramenti ordinem pertinent, cum venero disponam. In quibus verbis nullo modo datur intelligi esse que infert dictus proponens, qui omnino distrahit textum glosse Ambrosii contra intentum apostoli. Nam apostolus in loco predicto non instruit Corinthios neque docet qualiter debeant communicare, sed qualiter pacifice, modeste cum discretione, cum probatione conscientie debeant accedere ad susceptionem huius sacramenti. Unde non refert Ambrosius: tenete quod dixi, id est accipite manducate et bibite calicem, et non intermittite nec mutate, sed potius tenete quod dixi quantum ad devotionem, puritatem conscientie, pacem et concordiam et pietatem. Similiter dicendum ad id quod dicit: huius carere non potestis, non refertur ad communionem sub utraque specie sed ad virtutes de quibus dictum est. Et licet similitudo quam adducit de vita corporali, ut videlicet sine cibo et potu non possit continuari, valet transferendo ad vitam spiritualem respectu huius sacramenti, non tamen sequitur quod utraque species exigatur, quia vita anime non consistit in speciebus, sed in ipsa vera carne Christi et vero sanguine eius. Unde cum sumendo sub una specie quilibet fidelis sumat carnem et sanguinem, manifestum est quod sumit perfectum alimentum et nutrimentum quo vivit anima, quia vere comedit carnem Christi et vere bibit sanguinem eius, de quibus ipse dominus dicit: Caro mea vere est cibus. Et tamen simpliciter falsum est quod sine susceptione cotidiana aut frequenti anima non posset stare, vegetari, augmentari et continuari in vita perfecta et spirituali, ut patet in multis sanctis patribus et specialiter in sancto Paulo primo heremita, qui per quadraginta annos mansit in heremo absque huius sacramenti susceptione. Similiter de sancta Maria Egyptiaca, que fere per totidem annos sine communione permansit. Et sic ad Nicolaum de Lira dico quod ipse loquitur persuasive et quasi inducens populum ad frequentem susceptionem huius sacramenti.

Que utraque species non requiritur ad vitam anime spiritualem

quod utique valde utile est. Non autem intendunt hic necessitate precepti inducere ad cele-
brandum superiorem vel fratrem et multominus ad fratrem superiorem sub utraque specie.

ad parisiensem — Ad auctoritatem parisiensis dicendum quod ipse loquitur de carne et sanguine, que duo prestant
vitam anime, non autem de speciebus panis et vini que secundum se nichil causant in anima
ymmo nec gustat eas nisi cibum corporalem sumitur et in stomachum trahitur. Unde
dicit quod iustum et pretium est etc. Cum autem dicitur quod ideo bene sunt in calice
redduntur quia de uno calice passionis Christi hec duo nobis manarunt, intel-
ligendum est quod caro Christi et sanguis in calice redduntur id est traduntur quia etiam in
calice totum et integrum Christus continetur sic et sub specie panis. Qui autem hoc
non credit infelix est quia si cibo et potu naturali vita humana sustentatur multo
magis carne et sanguine domini nostri Ihesu Christi vita spiritualis. Potest autem etiam spe-
cialiter hic doctor calicem nominare quam panem quia comparat effectum huius sacramenti ad
passionem Christi tamquam ad causam que passio magis in specie et in similitudine
vini exprimitur. Et etiam quia passio in scripturis calix appellatur secundum illud Po-
testis calicem bibere quem ego bibiturus sum. Et ideo dominus in oratione in monte
dicit, Pater transfer a me calicem istum. Unde dicit quia de uno calice pas-
sionis Christi etc. Contrariatur etiam in dicta auctoritate parisiensis nulla mencio fiat de pa-
ne et vino, sed solum de cibo et potu, que duo carnem et sanguinem Christi att-
ribuit, utique non bene refert principis dicti auctoris intencionem ad sacramentum
ad Thomam Scotum — panis et vini. Ad auctoritates sancti Thome et Doctoris subtilis Scoti
dicendum quod nulla earum probat aliquid de duplici specie, sed solum volunt quod sump-
cio sacramenti huius sit de precepto Christi et non aliud intendunt isti doctores, ut in
quo supra dictum est et declaratum. ~~Scotus autem~~ Ad tertium autem quod infert
ex dicto Scoti quod sumpcio seu usus sacramenti est maioris necessitatis quam consecracio
tamquam finis melior et nobilior ipsa consecratione. Et dicit quod hic tamen omnes
adversarios huius veritatis dicentes consecracionem esse de precepto non communionem. Sed
contra — salva gratia sua adversarii communio sub utraque specie non dicitur hic, ymmo dicitur
oppositum quia dicit quod sunt consecracio et sumpcio que fit per sacerdotem
in altari perficiunt unum sacrificium quod prodest non solum consecrati sed
toti ecclesie militanti et etiam dormientium in purgatorio. Et in hoc tali sacrifi-
cio utraque consecracio ordinatur ad sumpcionem in qua et ipsum sacrificium perficitur.
Sed bene dicunt alii quod communio non conferentium non est necessitatis neque precepti
nisi ecclesie. Ad secundum quod infert ex dictis Scoti et omnibus loquitur
Christus ut ipse dicit et omnes obligat ad manducandum et bibendum sacramentum
Dicendum quod salva gratia inferentis ex dictis Scoti non potest elici quod ista auctoritas
Christi obliget ad manducandum et bibendum sacramentum hoc sub duabus speciebus
sacramenti, nisi expresse teneat Scotus oppositum ut alias eciam digito
et ad oculum ex libris suis declaratum. veritates doctorum et cano-

Post predictas auctoritates inducit auctoritatem que similiter nichil
probant nisi necessitatem precepti ad sumendum carnem Christi et sanguinem in sa-
cramento nec tamen probat preceptum Christi sed tamen ecclesie que habet auctoritatem ligandi
et solvendi, statuendi et precipiendi et tamen preceptum obligat ad penam eternam

quemadmodum et precepta divina. Unde sicut contemptores legum divinarum sic contem-
ptores legum ecclesiasticarum et hic et in futuro si sine penitentia discesserit veniunt
puniendi. Unde lex ecclesiastica ita mittetur in potestate subditis eiusdem sicut et
lex divina, quia preter legem divinam precipiendi et statuendi auctoritas ecclesie data est secundum
illud Qui vos audit me audit. Et qui ecclesiam non audierit sit tibi sicut
ethnicus et publicanus. Et secundum illud super kathedram Moysi etc. Et quando
clerus volens dicunt facite etc. Tamen quidquid sit nulla penitus auctoritate
deficit sibi quotiens modo intelligatur aliquid ad propositum duplicis speciei.
¶ Ulterius magister Franciscus inducit auctores ad probandum quod ille textus Joh. VI
Nisi manducaveritis etc. intelligatur de manducatione spirituali sacramentali et bibitione et
non solum spirituali. ¶ Et primo per glossam suam duplicem. ¶ Dicendum quod dato quod illa
auctoritas intelligatur de sacramentali manducatione, non tamen ex dicto textu concluditur
necessitas duplicis speciei, nec ex ipsis glossis, immo in ipsis glossis licet maxime
sufficiat unius speciei et comestio. Ita in nulla fit mentio de bibitione vini,
sed de sola comestione. ¶ Et ulterius utraque glossa exponit de comestione
altaris, et prius glossa dicit hunc textum ad sacerdotes qui soli conficiunt et co-
medunt in altari. Et sic intelligendo hunc textum sine spiritualiter, ut Augustinus et
alii doctores antiqui sunt de sacramentali comestione altaris bene dicunt. ¶ Ergo a to-
tali sensu omnes adversarii dicendo eam literam non esse exponendam de spiritua-
li vel sacramentali manducatione altaris, sed eam debere trahi ad communionem laicalem utriusque
speciei decipiuntur et male dicunt. ¶ Deinde adducit auctoritatem Remigii in libro
et satis longam super eodem verbo Nisi manducaveritis etc. ¶ Sed quia tota auctoritas est de
aliis per comparationem ex ea elicitis non recipio nec video aliquid in quo possit
vel valeat suum fundamentum intentum quo ad preceptum communionis sub utraque
specie. ¶ Deinde quo ad auctoritatem communis plus facit contra eum quam dicta ductus
quam tamen tenetur exponere. Ita adducit ad hoc spiritualem alimoniam ad
hoc misterium epularum et divinum nobis dominus invitat etc. Manifeste declarat se-
cundum de spirituali manducatione quod manifestum declaratur eo consequenter dicit
in paragrapho. Ita non subscripter exponit quo id fiat et quid
sit manducare carnem eius et sanguinem bibere. Qui manducat meam
carnem et meum sanguinem bibit in me manet et ego in eo. Hoc
ergo est illam escam manducare et illum potum bibere manere in Christo et
Christum in se habere manentem etc. Ubi hic doctor sicut Remigius confor-
miter ad Augustinum exponit quidditative et essentialiter quid sit manducare car-
nem eius et sanguinem bibere. Et reddit Qui manducat inquit meam carnem etc.
ubi expresse declarat quod manducare et bibere in loco sumuntur pro manere in Christo
et econverso Christum in se habere manentem. Ad eundem sensum totum residuum illius
auctoritatis intendit scilicet de spirituali manducatione. Nec hoc stat de exemplis
que inducit de sacramentali comestione ut expositum est in dictis Augusti-
ni. Concludit cum Augustino et Remigio abreviator eiusdem de vero sensu quod
Christus intendit in hiis verbis scilicet de spirituali manducatione sicut eo adducitur

figura ad figuratum et sacramentum ad id quod significat et figurat sicut si loquerentur
de passione christi et adducerentur figure veteris testamenti que passionem christi prefigura-
bant utique non aliud que dicuntur de ipsa passione christi in se et que
dicuntur de figuris illius ad eandem referuntur, cum semper est aliud figura et aliud
figuratum. Similiter si loquerentur de corpore christi vero in hoc sacramento contento et ad-
ducerentur materie sacramenti utputa panis et vini, utique non quicquid dicetur
de vero corpore christi hic intelligetur de speciebus nec econverso. Ita est et hic in proposito.
Cum enim hoc sacramentum altaris continuum ad species suas et continuum ad primam
rem contentam que est vera caro christi et verus sanguis eius. Sit sacramentum
corporis mistici, ut omnibus materiis huius sacramenti intelligentibus, si doctores lo-
quentes de corpore christi mistico et spirituali et eterne eius misticam addu-
cunt materias huius sacramenti sive quo ad sensum quo ad primam rem eiusdem sic
signum ad signatum et sacramenti ad id cuius est sacramentum. Non est dicendum quod idem
sit et quod ad idem referatur quod que dicuntur, tamquam idem esset signum
et signatum res et sacramentum. Et licet profecto salvo iudicio melio-
re ita intelligere Augustinum Remigium et multorum aliorum doctorum dictum Capitulo vi
Iohannis exponentium. Qui exponentes de spirituali corpore mistico christi et
de manducatione adducunt materias sacramenti altaris, tamquam signum ad si-
gnatum et sacramentum ad id quod significat et figurat. ¶ Ultimum dato quod
Remigius loqueretur in illa parte ad literam spiritualem alimoniam de sacramento
altaris adhuc ex ipsius verbis satis declaratur quod non necessitatem super-
huius sacramenti asserere voluit, cum dicit, tamquam necessarium sumere de hoc alimo-
nie nobis inducit, per hoc enim quod dicit tamquam, cum sit adverbium
similitudinis, utique similitudinariam non propriam necessitatem exprimit, per quod datur
intelligi quandam magnam et vehementem utilitatem et non precepti i-
minentem necessitatem. ¶ Ultimum patet aliud per illud statim quod sequitur. Cum dicit idem
Remigius non accipit in verbis predictis stricte necessitatem. Nam inferius dicit quod
ipse dominus misterium sui corporis et sanguinis cottidie a fidelibus per sa-
cratum misterium mandavit celebrari sacramento quod utique hic accipiendo manda-
tum et preceptum nullo modo potest stare in veritate quia omnino contra vitam sanctorum
patrum traditionibus et decretis esset contrarium et adversum, qui nullo modo
dicunt obligare universitatem fidelium congregatam ad huius venerabilis sacramenti
cottidianam sumpcionem. Sic Augustinus. Et habetur de con. dis. ii. ¶ Cottidie
eukaristiam sumere nec laudo nec vitupero etc. Dicendum igitur quod Remigius
in predicta auctoritate verbum mandavit large accepit, non pro precepto sed
pro exhortatione. ¶ Et ideo quod talis posset disponere vitam suam, ut et omnino
caveret sibi a peccatis mortalibus et ex sumpcione huius sacramenti cottidiana sen-
tiret se in devotione et fervore proficere, valde necessarium esset et utile sic
anime disposite frequenter et cottidie ad hoc sacramentum accedere. Sicut igitur
hoc verbum mandavit non potest determinare illud quod dicitur cottidie sic nec
determinat eam necessitatem. Ex omnibus iam predictis hic indubie habetur et manifeste
quod dicta auctoritas Remigii in nullo defuit sibi ad communicandum laycos
sub utraque specie. ¶ Ad auctoritates Augustini quas consequenter inducunt, que

eiusdemmet doctoris videntur contrarii. Cum ut dictum est sole clarius et luce
meridiana in multis locis declarauit contrarium in Joh. de bere intencionis de spirituali
manducacione. Non est difficile respondere, eundem doctorem ad concordiam reuo-
cando ex libris eiusdem ex quibus dicte auctoritates assumuntur. Nichilominus ex-
ipse consertor dicto quod nulla predictarum auctoritatum dato quod omnis intelligeretur de
sacramentali sumpcione probat propositum de duplici specie in quocumque laycali. Et sunt auctoritates
Aug. scilicet prima in libro primo de meritis et remissione peccatorum, secunda cum Crisostomi
Gramaticum, tercia in sermone dominice prime in aduentu domini, quarta libro primo de
baptismo paruulorum ut ipse allegat eam que incipit aufferat. Hoc dubitacio
que tamen ponitur in libro de meritis et remissione peccatorum. Nisi velit vnum et eundem
librum predicto duplici titulo insignire, quinta psalmo 98ᵒ super illo verbo adorate
scabellum pedum eius. Verum ut detur occasio volenti dictas auctoritates Aug.
intelligere in quo sensu ab eo prolate sunt, subiungo auctoritatem suam que habetur
in suprascriptione de con. dis. 4 c. Nulli ambigendum est tunc corporis et sanguinis
vnumquemque fidelium participem fieri quando in baptismo membrum Christi efficitur, nec
alienari ab illius panis calicisque consorcio etiam si antequam panem illum
edat et calicem bibat de hoc seculo in vnitate corporis constitutum abscedat.
Sacramenti illius beneficio non priuatur quando ille hoc quod illud sacramentum significat
inuenitur. In illo enim significato corpus et sanguinem suum nobis commendauit,
quod et fecit nos ipsos. Ita et nos Christi corpus facti sumus. Hec Aug. Et item
idem ad Bonifacium ita scribit et habetur eadem dis. 4 c. in Ecclesia ubi ita
dicit: Non cogitetis vllo modo hec non posse paruulos qui sunt expertes corporis
et sanguinis domini vitam habere dicente domino: Nisi manducaueritis carnem
filii hominis etc. Manifestum est autem cum tunc vnumquemque corporis et sanguinis domini
participem fieri quando in baptismo membrum Christi efficitur. Hec Aug. Et habes alias
auctoritates et ultimam resolucionem quam facit idem doctor dictorum suorum loquens
tracto in meritis et remissione peccatorum siue de baptismo paruulorum studi-
osus lector et pius, dominum excellentissimum doctorem non contrarium sibi ipsi
diffamandum, sed magis vniformem et concordem in suis dictis et scriptis cla-
re clare percipiet et intelligat. Similiter dicendum est ad auctoritates Vigerii
et Cris. Tercia ex ipsis nichil concludit ad auctoritatem quoniam sub utraque
specie tu naz mencionem faciunt de specie vini, sed solum de carne et sanguine
que ita plene et integre et perfecte sumitur a fidelibus sub vna specie sicut
si sumeretur sub duplici. Similiter dicendum est ad auctoritatem Innocencii, quia nichil
facit ad propositum, de precepto autem et necessitate quomodo sub vtraque specie. Secun-
do ad dictum Armakanum dicendum est quod nichil confert sua auctoritas
ad quorum ut vsus specierum, ymmo quantum potest concipi ex verbis eius dicti textus
Johis: Nisi manducaueritis. Non intelligitur de manducacione sacramentali quantum ad inte-
ncionem suam dicit enim: Si quis vero dictum Saluatoris omnino velit accipe-
re pro manducacione et bibicione sacramentali, tunc intelligendum est cum modifi-
catione etc. Verba expresse et manifeste declarat se loqui non ex sua intencione

tum dicit Si quis vero. Ad auctoritatem vero Eusebii dicendum quod Eusebius loquitur
de consecracione qua Christus in cena vinum in sanguinem commutavit et cottidie
commutat in altari quod mater ecclesia credit. Et verbis eius tamen dicit: Advertere quam
evidenter constet vini creaturam Christi sanguinem incipere credere quod utique
non fit nisi in altari ubi prius est vini creatura et deinde Christi sanguis post
consecracionem incipit. Postquam consecratio nullus sanguis Christi est vini
creatura. Et per hoc fit ad quandam adoptionem ad sacrificium altaris conveni-
entem nisi manducaverit carnem filii hominis etc. Et preterea predicti doctores nul-
lam mentionem faciunt in predictis verbis de communione laica aut de precepto aut de natura
illa de qua hic loquimur nec etiam de communibus alia. Et hec dicta sunt ad secundam
partem sue proposicionis ad laudem et gloriam omnipotentis dei amen.

Ulterius prosequendo terciam partem sue proposicionis proponens ita dicit Cum autem plu-
rimi adversariorum dimissione communionis sub utraque specie ad laycos contra
tot testimonia et sanctorum auctoritates resistere non valentes ipsam communionem
benedicte eukaristie sub utraque specie ad laycos fideles concedunt quantum in
se est et de se esse licitam et katholicam quia a Christo institutam et ab apostolis
et ecclesia primitiva predicatam et hec eorum confessio patet per eorum plurima scripta.
Sed in hoc latibulum omnes confugiunt dicentes: Eciam ipsa communio utriusque speciei
non sit de precepto. Hec proponens. Ad hoc dico non propter racionem et auctoritates
quas adversarii adducunt quia nulle sunt, sed propter veritatem in se quod communio
eius sacramenti si sit considerata est licita et katholica et digne suscipientibus
ac devote multum utilis ac necessaria, sed quod fiat sub una specie aut duplici
est indifferens ad meritum ut demeritum, nisi pro quanto ecclesie consuetudo
aut statutum determinat ad unam vel duplicem speciem. Licet Christus institut
sacramentum sed modum eius dispensandi reliquit ecclesie ut tenent docto-
res omnes concorditer. Quando igitur consuetudo ecclesie habebat duplicem speciem tunc licite
licebat communicare sub una specie in locis in quibus hoc consuetudo servabatur. Et
scilicet opposita consuetudine in ecclesia ex racionabilibus causis invalescente, maxime
statuto et precepto universalis ecclesie confirmata, nulli licet non conficienti communicare
sub utraque specie. Unde nullo concedimus ipsam communionem sub utraque specie esse
licitam et katholicam quo ad laycos, licet sic Christus fecit et apostolus tradidit.
Et apostolus in primitiva ecclesia Corinthiis sic facere permisit. Stante sta-
tuto ecclesie in oppositum, nec confugimus in latibulum quod est locus hereticorum dicen-
tes quod ipsa communio sub utraque specie non sit de precepto, ymmo mancamus in
veritate ipsa katholica sicut in civitate supra montem posita que ubique
sole clarius elucescit. Ad auctoritates igitur ewangelistarum Matthei capitulo 26
capitulo quarto Luce 22 dico quod stat narrative quia ewangeliste narrant
modum quem Christus tenuit in confectione huius sacramenti. Et verbum hoc facite
quod innuit preceptum si proprie teneatur refertur ad apostolos quos per
illa verba in sacerdotes ordinavit, et ad ipsorum successores tunc. Alioquin
omnes viri et mulieres essent sacerdotes et possent hoc conficere sacramentum quod
nullus sane mentis dicit. Ad glosam que dicit et aliis date. Dicendum
quod glosa non dicit quod Christus precepit apostolis aliis dare, dato eciam

quod non contradicit proposito quod christus precepisset discipulis dare aliis hoc sacramentum
non tamen precepit sic dicere. Quamuis non notatur glossa non expressit sic ut talibus
vel hoc modo aliis dare. Ad canticum eciam dedit fragilibus et ceteris
dicens quod christus factum istud instituit et ciuium sit ipsum celebrandum
solum presbiteris quibus congruit sic sumere non tamen sic dare cetteris / quapropter
notanter dicit quibus sic congruit ut sumat et dent ceteris. Et quod iste
sit intencio illius cantici patet tam ex summo pontifice quam ex composicione
officii, quam eciam ex ipso cantu cantante diu canticum. Item tempore Urbani
doctoris sancti, qui officium corporis christi et predictum canticum composuit
per totam ecclesiam usitatum erat unius speciei communio, ut ex doctrina eiusdem
doctoris. Ad Nicolaum de lira dicendum quod hanc opinionem veram dicit quod ad Ni. de lira
per illa verba hoc facite iniungitur ecclesie huius sacramenti usus, sed non exprimitur
explicite quod iniungatur laycali populo usus quoniam sub utraque specie. Ultimo
ad auctoritatem Damasceni. Cum dixit dominus ihesus hoc est corpus meum ad damas-
et hic est sanguis meus et hoc facite, omnipotenti eius precepto donec pulcre quod
veniet. dicendum est quod ibi preceptum Damasceni non intendit referre ad
apostolos quibus ipsis sit preceptum, ut sic ministrent aliis, sed refert ad naturam
scilicet panis et vini consecrandam, ut obediat precepto omnipotentis dei siue
christi, ad videndum ad verba prolata sacerdotis panis et vini fiendi in corpore
christi. Est igitur corpus et
et sanguine christi diuina et omnipotenti virtute conficitur. Est igitur corpus et
hoc facite i. conficite et consecrate transmutando naturam scilicet in corpus christi
et sanguinem, non utique virtute nostra, sed omnipotenti eius precepto, scilicet quod non
solum ea que sunt prius contenti in alia, sed eciam ea que sunt prius in
nichilum redigi, et ea que non sunt adesse produci. Quod dicit in
psalmo Ipse dixit et facta sunt, ipse mandauit et creata sunt. Si enim
voluisset Damascenus referre illud preceptum ad apostolos ut sic
deberent facere donec veniat, sufficisset sibi simpliciter dicere hoc fa-
cite precepto eius, sine addicione omnipotenti, quia ad mandatum obliga-
torium faciendum non exigitur omnipotencia, cum et prelati et principes habeant
precepta obligatoria propria in quibus non est omnipotencia, que utique
ad naturam transsubstanciacionis fit subitam et instantaneam de necessitate re-
quiritur. Et ad hunc euidenter sensum hic loquitur parafrasis in scrip- parafrasis
allegacione Cum dicit Credo o fili quia ita est quod ipse dixit, et dubi-
tare fortem non potest ipse mandauit et creatum est, preceptum posuit, in memo-
ria commemoracionis facite. Item tota intencio parafrasis in hoc loco inducere fide-
les transsubstanciacionis panis et vini in veram carnem christi et in verum
sanguinem eiusdem, ad quam transsubstanciacionem credendam ipse hortatur cunctos
fideles, quod ex verbis eius patet et ex persuasionibus cum dicit Credo
o fili et cetera. Quodcumque tamen sit siue parafrasis siue Damascenus, siue
Nicolaus de lira, et quicumque alii dicunt, quod illa verba hoc facite in memo-
riam fuerint apostolis precepta et in persona ipsorum ceteris sacerdotibus, et principes
ecclesie in persona eorum sacerdotes et ministri ecclesie tenentur hoc sacramentum celebrare

confitere et passionem xpi sub utraque specie representare in conspectu et presentia fide-
lium. concedo tamen verum aliquid scriptum pro communione sub utraque specie. Ad illud
igitur quod infert arguens quod per illa verba hoc facite intellexit non solum conficientes
sed et manducantes et bibentes sacramentaliter. et quod per illa verba dedit preceptum.
Dicendum quod preceptum id est si tu precepte tenetur extendit se similiter ad conficientes et
ad manducantes et bibentes quo ad ipsum conficientem. quia sacerdos conficiens
tenetur sic conficere. sic et utrumque distincte seorsum et separatim sumere. Non
non sequitur quod dominus per illa verba preciperet sola manducantes et bibentes sacramentaliter
sed in ipso sacrificante. Quod autem sancti thome. dominus est in precedentibus. quod
in dictis verbis dominus doctor intendit fundare preceptum impliciter sacramenti
si sit considerati. sed non sub utraque specie. quia in sequenti articulo dicit esse non
de necessitate nec de precepto. Eciam sciendum sunt in precedentibus aliqualiter re-
captum in hoc sacramento duo sunt attendenda. vel ea que sunt essencialia
vel ea que sunt accidentalia. Quantum ergo ad essencialia que sunt forma materia
ministro et ordo. xpus dedit preceptum. quod utique invariabile et immutabile
est. sed non quantum ad accidentalia cuiusmodi sunt tempus. cundiendo materie
modus sumendi. ritus conficiendi et huiusmodi. que xpus commisit in potestate
ecclesie. ut eciam ipsa ordinaret prout ei spiritus sanctus rector eius inspiraret
Unde sic in potestate ecclesie fuit statuere ut non nisi a ieiunis hoc sacramentum
conficeretur et eciam nisi in certis casibus sumeretur. cum tamen xpus ipsum post
cenam confecit et discipulis dedit ad sumendum. Et sicut in potestate fuit ecclesie
per aliquod tempus in fermentato conficere. licet xpus in azimo confecerit
sic eciam et pari modo fuit et est in potestate ecclesie propter aliquas necessarias
causas et racionabiles mutare modum communicando laycos ut videlicet sub una et non
duabus speciebus quemadmodum xpus tradidit communicandis. Per videtur racio
quare potius illa quam tercia modum mutare potuit. cum iste modus ita se
habeat sicut precedens sicut et illa. Et hec distinctio expresse innuitur in
precepto xpi. Quia cum hoc facite Non autem sic vel hoc modo facite. hoc
enim ad substantiam refertur non ad modum. Sed cum arguit opponens quia ipse
xpus ad utramque addit preceptum hoc facite ut recitat apostolus. Dicendum
quod in hoc sacramento possunt duobus modis considerari. Unum res vel rei contente
tamen est verum corpus xpi et verus sanguis eius. Aliud res rei significate
non contente est passio xpi. refectio spiritualis tuncto corporis et anime re sig-
-sit que in hoc sacramento representantur. Racione primi panis et vinum tra-
-dunt sub precepto disiunctive quia vel utraque vel alterum ipsorum sufficit. eo
quod sub utraque et sub altera ipsarum verus et integer xpus continetur. ut
fuit declaratum superius satis diffuse. Racione vero secundi cadit utraque
copulative sub precepto. quia passio xpi non potest perfecte representari sub altera
ipsarum. Et hoc ex ipsius xpi verbis expresse comprehenditur. Non enim ait
simpliciter hoc facite. sed addit in meam commemoracionem. Si enim dixisset
tantum hoc facite planum esset quod altera species sufficeret. quia vero addit in meam

commemoracioni utraque est nota. Unde et Paulus utrumque complexus est co-
pulative in huiusmodi commemoratione facienda dicens: Quocienscumque enim mandu-
cabitis panem hunc et calicem bibetis mortem domini annunciabitis donec veniat.
Ideo eciam adutrumque apposuit preceptum, ut utrumque simul audeat facere neque ad
huiusmodi dominice mortis recordacionem. Et cum solum ad unam apposuisset, videtur
quod sola species sufficeret ad recordacionem. Unde apostolus est declaratiuus lucę eius dicto
in hac parte et lucas aliorum ewangelistarum qui non fecerunt mencionem de hu-
iusmodi precepto, quia vero huiusmodi commemoracio dominice passionis in consecratione sive sacra
preceptum est, ut ex superioribus patet, eciam aut facite, quod idem est quod consecrate ut sacrificate.
Ideo sufficit ut soli sacerdotes in ecclesia toto populo conficientes et sacrificantes
huiusmodi recolunt passionem signis expressioribus speciebus scilicet panis et vini, non autem
quod sic ceteris ministret. Et licet si non sacrificantes sumpserint sub utraque specie
sicut antiquitus Corinthii faciebant et modo faciunt Greci, similiter et re-
putaverint mortem domini sic et sacerdotes non tamen eodem modo quia sacrificantes ex precep-
to, hii vero sine precepto. Et ultimus expressius significantes, quia non solum in
sumpcione sub utraque specie sed principaliter in confeccione et in elevacione
et ceteris signis et ritibus Christi passio recolitur quam in sola sumpcione.
Ad auctoritatem Cypriani que fuit posita et ad ceteras que infra dicuntur, primo — ad Cyprianum
dicendum est quod non omnia opuscula neque dicta eius sicut martiris ab ecclesia
acceptantur. Ipse enim cum lxxxx episcopis in quadam sinodo provinciali, sub
eodem Cypriano in civitate Carthaginensi celebrata dixit et hereticos
et scismaticos non posse baptizare et quod baptismus ab hereticis collatus
esset lavacrum diaboli, in quo tamen ipse non tenetur, eo quod ecclesia oppositum deter-
minat, ut habetur tamen dist. Sed sciendum. Et in quarto sententiarum dist. vi. Cayn
que in hac materia egregius doctor Augustinus edidit librum, quem de unico
baptismo nominavit, de quo martire sancto Augustinus dicit: Ego vix sancti-
tate Cypriani eciam adhesissem, nisi me plena synodus retraxisset. Et
subdit: Ego dicta Cypriani non approbo, cuius martirium veneror, cuius inge-
nium laudo, quia nec ecclesia approbavit ubi male sensit, hoc purgatum est
in igne passionis. Hec Augustinus. Ubi hec attendendum est: Excellentissimi
doctoris Augustini exemplum et documentum, et perpetuo memorie commendandum
liberum sepedictum tu propter sanctitatem tum propter excellenciam ingenii secutus fuisset
opinionem huius gloriosissimi martiris Cypriani, quod tamen non fecit propter Ro-
manam synodum que oppositum illius determinavit nec ausus fuit dicta
Cypriani approbare, que non approbavit ecclesia. Si tantus doctor et tam
excellentissimi ingenii ac sanctissime vite Augustinus scilicet non fuit ausus se-
ntencia sanctissimi et profundissimi martiris stare in opposito determinacionis ecclesie, quid
faciemus nos inscii homunculi qui vix primum alphabetum apprehendere
balbutimus? non dico profunda scripturarum indagare, numquid presumere nostre insi-
piencie vo... credo eciam tante ... ingenii

smam aut sensum nostrum preponere et anteferre sine et determinacioni

ecclesie katholice. Absit hoc a nobis et a cordibus omnium christifidelium contra
predictos premissi de dicto martire, non quod velim ipsum in hac materia negare
sed ut appareat quod non in omnibus doctrina eius est sequenda. Dicendum igitur
quod nec in ista auctoritate nec in omnibus capitulis quo predictum est nec implicite
nec explicite potest aut dicit communionem utriusque speciei quo ad laycos esse de precepto christi
aut de mandato eius. Deinde in hac auctoritate loquitur de sacrificiis et celebrationibus quibus
dominus precepit facere in commemoracionem sue mortis, quod patet quia loquitur in persona per
quem erat christus etc. Et etiam loquebatur et scribebat episcopis quibus utrumque preceptum fuerat
ut facerent in commemoracionem mortis christi. Unde dicit: Et si a domino preceptum est ut
quociensque biberimus in commemoracionem domini hoc faciamus. Hanc autem rep-
rehensionem faciebat predictus martir aliis episcopis non occasione unius vel duplicis
speciei quo ad populi laycalem. Sed quia in primitiva ecclesia multi sacerdotes multi-
plicabant tam circa celebracionem huius sacramenti quam circa dispensacionem eiusdem ad populum.
Nam alii hostiam sanguine intinctam populo porrigebant. Alii uvas vino appo-
nebant, et vinum post [illegible] sumebat, uvas vero dabant communicantibus laycis
et pro infirmis in sacrario reponebant. Alii vero pannum lineum musto
tinctum per totum annum servabant et in tempore sacrificii aqua partem eius lavantes
loturam illam ministrabant. Alii lac dabant pro sanguine, utputa de con-
secratione distinctione ii. Et capitulo Cum omne crimen. Illa igitur advertens et multa
alia huiusmodi sicut martir fidelis preter modum a christo traditum in ministracione et obla-
cione huius sacri misterii zelo accensus prefatos episcopos reprehendit tamquam
eos ad quos pertinebat alios corrigere et ad unitatem reducere [illegible]. Et sic [illegible]
[illegible] et totalis intencio predicti martiris tam in presenti auctoritate quam in omnibus
capitulis prout declaratur loco suo. Et per predicta patet quod ea que infert
parens omnino falsa sunt, quia non sequuntur ex intencione dicti doctoris. Ul-
terius ad auctoritatem Joh. vi Nisi manducaveritis cum Nicolao de lira dicendum
dato quod esset preceptum de manducatione vel sumpcione sacramenti. Nullo tamen modo est
preceptum de utraque specie ut dictum est et clare ostensum. Etiam secundum intencionem
Nicolai de lira qui ponit ibidem ut alias allegatum est, ubi in hunc
modum. Non est intelligendum quod secundum hoc sacramentum sub utraque specie fidelibus sit ex-
hibendum, sed tamen hoc modo a sacerdotibus est sumendum. Licet enim in primi-
tiva ecclesia populus sub utraque specie communicaret, tamen postea prudenter est ordi-
ad 3 a natum ut non sumeret sub specie vini propter periculum effusionis. Item ad sanctum
Thomam quem inducit in questionibus super quarto sententiarum dicendum quod nichil
concludit de utraque specie. Similiter Glossa intellecta nullam mencionem facit de
specie vini. Item inducit sanctum Thomam secundum 2o et eius auctoritatem reci-
tat per longum spacium. Sed quia auctoritas sancti doctoris nec in verbis nec
in sensu nec in quovis signo explicite vel implicite facit mencionem
de communione laycorum utriusque speciei nec in tota illa auctoritate mencionem facit de
vino aut de secunda specie. Et quantum ad auctoritatem Johannis Nisi etc. Sepe repetitum
est quod si intelligatur de sacramentali, solum cadit preceptum ad carnem et sanguinem
et non ad species sacramentales. Incipit correlaria que infert pro quanto aliquid

infert pro utraque specie false et male infert quia in toto processu ille doctor
non facit mentionem de utraque specie solum sed de corpore et sanguine xpi alicubi
alicubi vero sine determinacione de sacramento quare ex dicta auctoritate nichil
concludit quo ad utramque speciem Ultimus inducit eundem doctorem in eodem
sermone quod spiritualis sicut et sacramentalis manducacio corporis et sanguinis xpi
est utilior et salubrior sola manducacione spirituali quod utique concedo
tercius prius bene tamen hoc nichil facit ad utramque speciem Item ad pascasium quem
inducit in tractatu suo de corpore xpi dicendum primo quod dictus doctor
nec facit mentionem de precepto aut necessitate deinde ipse loquitur in pro laycorum
de sola manducacione cum dicit Et comedimus et de modo quo sacerdotes
conficiunt deinde sacramentum scilicet in pane corporis xpi et potu sanguinis que de agno
corporis nobis tradidit per officium sacerdotium maturescunt Et ad hoc in-
ducit figuram benedictionis Ysaac et benedictionis frumenti et vini que tamen
nichil dicta auctoritas videlicet ad propositum In sequenti particula solum loquitur de carne xpi
et eius sanguine et nequaquam facit mentionem de speciebus et sic simpliciter nichil con-
cludit ad intentum utriusque speciei Walbertum magnum deinde est supinus
quod loquitur de conficientibus sacerdotibus et cum hoc de significacione Item ad titum
Petrum quem inducit in sermone ad petrum de corpore xpi primo dicendum
quod ipse doctor sensit de illa auctoritate nisi manducantis Qui super tercio
usu psalmi nonagesimi dicit Quid est autem manducare eius carnem et bibere
eius sanguinem nisi communicare passionibus eius et eius conversacionem quam
gessit in carne Unde et in hoc designat illud illibatum altaris sacramentum
ubi dominicum corpus accipimus ut sicut videtur illa panis species in nos intrare sic
per eam quia intrans sciunt conversacionem ipsum intrare in nos et habitare per fidem
in cordibus nostris hec ille Iterum idem Rabanus in epistola ad fratres de
monte dei ita dicit Sicut eius commemoracionem secundum sensum xpi quantum pane pertin-
et expediat quantum fieri debeat sanguinis redempcionis xpi deceat et utile
ei sit una salute aliquam deinde ... passionis ipsius ac redempcionis
attencius recolligere sufficit ad sacramentum spiritualiter in consciencia et accedendum
fideliter in mediata quod est spiritualiter manducare corpus xpi et bibere eius
sanguinem in memoriam eius qui omnibus in se credentibus precepit dicens
hoc facite in meam commemoracionem In quo eciam preter persecucionem inobediencie quam
impium sit hominem tante pietatis dei esse immemorem palam omnibus est cum
anima hominis abeuntis sub quolibet signo commendatam memoriam nephas sit
obliuisci Ex quibus ... manifestum scilicet quod predictus doctor sensit de illa
duplici auctoritate nisi manducantis etc. Et hoc facit etc. quia auctoritas inter-
pretatur preceptive et spiritualiter Sed iam ad auctoritatem suam Radii sarium ad
ductam dicendum est scilicet quod dominus noster ihesus xpistus ecclesie sponse sue et totu
hoc dulcissime hoc ... scilicet corpus et sanguinem suum indulsit sub
sacramento in sue passionis et mortis memoriam et quidem cottidie frequen-
tatur et fit in ecclesia per operacionem et ministerium sacerdotum pro aliis
fidelibus tam vivis quam defunctis Ro cum eam que xpistus dimisit

ad pascasium

ad bulfardum

ecclesie eodem modo conveniunt singulis de ecclesia. alioquin cum Christus dimisit ecclesie sa
cerdocium sequeretur quod omnes essent sacerdotes quod patet falsum esse manifeste. Cum non
omnes sacerdotes nec omnes prophete etc. Et tamen omni ecclesie Christus indulsit sponse
sue sicut dicit apostolus: Quosdam quidem dedit apostolos etc. in consummacionem sanctorum in
opus ministerii in edificacionem corporis Christi. Similiter in corpore naturali oculus datus
est non sibi soli sed corpori nec tamen omnia membra sunt oculus. Similiter Christus
hoc dotalicium inestimabile est memoriale sue mortis indulsit ecclesie in persona
sacerdotum ut non solum sibi sed toti ecclesie deservirent. Ad istud autem quod dicit
Ginhardus: Hoc facite precepit, respondendum est ad illud preceptum quod Christus pre-
cepit apostolis dum eos in sacerdotes ordinavit dicens: Hoc facite in meam comme-
moracionem. Ubi precepit confeccionem huius sacramenti in pane et vino quod ad solos
pertinet sacerdotes. Quod quidem preceptum si universos obligaret fideles sequeretur
quod omnes layci mares et femine deberent et possent hoc sacramentum conficere. quod om-
nino falsum est. absurdum. et erroneum. Item ad Durandum dicendum quod
ad Durandum
nec ipse interdum facit de duplici specie. Sed ipse dicit quod sacramentum hoc est de necessitate sa-
lutis racione precepti domini et eciam ecclesie. Ex quo non sequitur quod utraque species
ad Armakanum
sit de precepto. Item ad Armakanum primatem ybernie dicendum quod iste
expresse approbat ritum ecclesie romane et consuetudinem unius speciei. vel
saltem eum non reprobat. quod utique fecisset si credidisset eum fore illicitum.
Alioquin assimilaretur canibus mutis non valentibus latrare. Et cum duo sint offi-
cia sapientis videlicet meditari et defendere veritatem. et falsitatem atque impium de-
testari. Secundum illud: Veritatem meditabitur guttur meum et labia mea detesta-
buntur impium. Utique non fuisset doctor veritatis si rem impietate plenam
fuisset eam detestatus. Approbat igitur consuetudinem ecclesie. Hinc ex quo narrat
eam et solet romanis nec eam reprehendit ut decuisset doctorem katholicum
ut patet in fine articuli eius. Qui ita dicit: Ecclesia tamen romana in usu habet so-
lum vinum calicis conficere per communionem corporis Christi. Et ex racione. Ne
forte per negligenciam que leviter posset contingere in ministrando in ministerio
ipsius sacramentum sanguinis Christi fidelibus quibuscumque aliquid effunderetur de ipso
sacramento. Quale periculum non est in ministracione corporis Christi fidelibus indistincte.
Et ideo ipso sacramentum sanguinis non ministrat. Quamvis si posset licite ius
spiritualem canonicam. Hec Armakanus. Ulterius ipse in predictis idem non dicit
quod utraque species sit de necessitate aut de precepto Christi. Sed quod nisi legem
sive scripturam canonicam licite posset sub utraque specie ministrari simpliciter non obstante
consuetudine et statuto ecclesie in oppositum. Unde ulterius Magister Iohannes in
dicit quod multum ac commodum esset in materia fidei et aliis conformari
ad Bedam
primitive ecclesie. Et adhuc inducit auctoritatem Bede in omelia [illegible] Ascen-
sionis domini dicentis: perfecte vite magisterium est ecclesie primitive actus imi-
ad apostolum
tari. Ad idem inducit apostolum qui dicebat fideles debere imitari eos. et
debere stare et tenere tradiciones quas didicerant sive per sermonem sive
per epistolam. Ad quod dicendum quod si preceptis Christi et exemplum non obligat
sub precepto multo minus preceptis apostolorum aut primitive ecclesie. Sed sicut est ex-
emplum Christi non obligat de necessitate salutis ad ipsum imitandum in omnibus
suis actionibus et operacionibus quod patet inductive in singulis operibus
operum Christi nam non tenemur de necessitate Christum imitari in operibus

supernaturalibus utpote in faciendis miraculis. Similiter nec in omnibus
operibus moralibus utpote in hiis que pertinent ad perfectionem nisi quis
se sponte proprio voto astrinxerit ut est paupertas, castitas, obediencia et huiusmodi
que si racione exempli obligarent ut omnes bani ad perfectionem obligari
tenerentur et sic omnes divites et in matrimonio constituti essent in statu
dampnacionis quod est omnino hereticum. Similiter Christus ieiunavit quadraginta di-
ebus et quadraginta noctibus non habuit quam demum sponte promisit se crucifi-
gi et multa alia pati in quibus imitari non tenemur de necessitate. Alioquin
omnes heretici sicut sut, ergo heretici esset in statu dampnacionis qui in
predictis Christum non sequuntur. Similiter in sacramentalibus et cerimonialibus
Christus permisit se circumcidi octavo die in templum portari, vetus pas-
cha celebravit et ut ad unum veniamus hoc ineffabile sacramentum de quo
est sermo in presenti ipse dominus in cena confecit et post aliorum ciborum ipsum tra-
didit edendum discipulis. In quibus omnibus ecclesia nec imitatur Christum nec
tenetur imitari ymmo tenetur non imitari et pari racione non tenetur nec obli-
gatur ex racione preceptis uel exempli imitari Christum in communione sub utraque
specie. Si igitur preceptis Christi et exemplum non obligant sub precepto, multo minus
apostolorum preceptis aut primitive ecclesie. ¶ Hunc igitur in primitiva ecclesia fuit
hic modus communicandi laycos sub utraque specie vel in tota ecclesia sive
particulis in aliquibus ecclesiis ut quidam tenent. Unde non potest sufficienter
probari hunc modum fuisse ubique, nec aliquem apostolorum dedisse quemquam sub utraque
specie, excepto apostolo in Cor. hoc permittente. Ideo tamen sequitur quod in ecclesia
nunc [illegible] ita debeat fieri aut observari cum Christus nullibi ut declaratum
est sic in Scriptura fieri mandavit aut precepit. ¶ Ad auctoritatem vero Bede dicendum
primo quod non facit mencionem de sacramento. Deinde quod ipse loquitur de mutacione
vite in moribus nec necessitatem imponit sed invitat ad perfectionem ¶ Vnde
dicit perfectum vite magisterium est ecclesie primitive actus imitari. Non
dicit autem necessarium vite magisterium etc. Multa enim in primitiva ecclesia fiebant
ad que tamen modo non obligatur ex precepto et ut exemplariter dicitur
legitur quidem in Actibus Apostolorum quarto capitulo. Et multitudinis credencium
erat cor unum et anima una nec quisquam eorum que possidebat aliquid
suum esse dicebat sed erant illis omnia communia et quod offerebat precia eorum
que vendebat et ponebat ante pedes apostolorum. Dividebatque singulis
prout unicuique opus erat. Hoc quidem tunc fiebat sed tamen non ex pre-
cepto neque ex necessitate salutis, nec tenentur fideles ad huiusmodi communitatem.
Paulus eciam circumcidit Thymotheum Actuum xvi. Et apostoli preceperunt
quod gentiles conversi ad fidem abstinerent a sanguine et suffocato Actuum 17°
que tamen sunt periculo consultius cum nullum illorum sit de necessitate salutis.
Similiter sacerdotes tunc licite duxerunt uxores non autem tempore presenti et
multa alia fiebant in primitiva ecclesia que modo licite non fiunt. Et sic
dicendum est de communione utriusque speciei ¶ Item in primitiva ecclesia cuilibet indifferenter
licitum erat baptizare predicare et huiusmodi. Unde Ambrosius super epistola ad Ephe-
sios et ipse dedit quosdam apostolos. Ita dicit ut cresceret plebs et multiplicaretur

omnibus inter initia concessum est evangelizare et baptizare et scripturas in ecclesia explanare. At ubi omnia loca circumplexa fuere in ecclesia quecumque constituta sunt et rectores ac cetera officia in ecclesiis ordinata, sequitur quod omnes eadem possent irrationabile est, et vulgaris res et vilissima videtur. Hec ille. ¶ Post predicta magister ponens predicti dicte ecclesie primitive voles diligenter confirmare et pertractare inducit multa exempla. Et primo exemplum Corinthiorum apud quos viguit communio populari calicis prout ex epistola Pauli colligitur. Ad quod dicendum quod sicut preceptis Christi quod sub utraque specie contulit et tradidit discipulis non obligat ex virtute aut precepto, sic nec consuetudo exempli Corinthiorum et preceptis eorundem obligat ecclesiam ad sic vel sic faciendum.

ad dyonisium

¶ Ultimus inducit predicta et auctoritatem Dyonisii scribentis de ecclesiastica ierarchia capitulo de eukaristia. Concepto [illegible]. Ad quod dicendum quod predictus philosophus sanctus et summus theologus fuit discipulus Pauli et Grecus. Greci autem ab apostolo susceperant consuetudinem utriusque speciei et eam servaverunt usque ad presentem diem. Et sic Dyonisius consuetudinem Grecorum sequens loquitur in predicta auctoritate. Et glosa eiusdem de predicta communione utriusque speciei in nulla tamen parte illius auctoritatis, nec in toto illo capitulo, immo nec in tota sua doctrina beatus Dyonisius dicit illam communionem esse necessariam ut de precepto Christi et pocius per rapinam [illegible] cum veritate katholicam et ecclesie consuetudinem concluditur. Vel dicendum ad dictam auctoritatem Dyonisii, sicut dicit beatus Thomas ideo in tercia parte, quod sic sacerdos offert vinum calicis pro omni populo, et sic calix populo non datur, videlicet eciam sacerdos sanctificans ymmo calicem quo ad virtutem et remissionem peccatorum pro omnibus qui assunt de populo fide et devocione communicat et distribuit. Sicut enim sacerdos pro omnibus orat et pro omnibus offert, ymmo et ipsi cum ipso offerunt. Sicut eciam sacerdos ait pro quibus oratis et omnium circumstancium quorum tibi fides cognita et nota devocio, pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis etc. Videlicet et ipse sumens in persona omnium, omnibus sumit cum ipso, quia ipsius oblacionis omnes fideles efficiuntur participes per remissionem peccatorum et augmentum gracie, et in hiis sacerdos sacram consummat accionem.

ad origenem

¶ Ultimus ad Origenem qui inducit in omelia xvi super librum numerorum dicentem quod ipse intelligit predictum textum Johannis Nisi manducaveritis etc. de duplici manducacione, sacramentali scilicet et spirituali. Eodem modo intelligitur dictum suum sicut et predicta auctoritas Nisi manducaveritis etc. Expositum est autem supra quod predicta auctoritas sive intelligitur de spirituali manducacione sive sacramentali, non tamen convincitur, licet intendat, quod utraque species cadat sub precepto. ¶ In quo signum nulla mencio fit de speciebus panis et vini. Certum si predictus doctor vel expositor auctoritatis vel quod dicitur alias eiusdem trahitur ad communionem utriusque speciei, tunc dicendum esset quod ipse loquitur secundum consuetudinem Grecorum, cum et ipse Grecus fuit nacione, apud quos ut dictum est fuit et est consuetudo utriusque speciei. Nec tamen aliquo loco dicit eam esse de necessitate aut de precepto Christi. Deinde inducit predicta beati Donati allegans beatum Gregorium et passionale etc. Dicendum quod beatus Gregorius nullam mencionem in loco preallegato facit de sanguine, sed solum de reparacione calicis, et ad hystoriam legendam sic est dicendum quod beatus Donatus ministrabat plebi sanguinem secundum consuetudinem que tunc in ecclesia sua tenebatur

Et sic quidam dicunt propter predictum scandalum quod sibi contigit in predicta frac-
tione licet per miraculum reformavit. ¶ Deinceps dictus Magister cepit ipso mi-
strare hoc sacramentum sub una specie, cuius exemplo alii propter similia scandala et alia que
eventura sunt ceperunt similiter facere. Et quia predictus Magister non affirmabat neque do-
[illegible] cebat dupliciter esse de salutis necessitate aut de precepto Christi, ideo non plus concludunt ad
universum exemplo suo quam faciunt exemplo Christi et aliorum sanctorum qui sub utraque specie
hoc sacramentum ministraverunt. Item ad id quod inducunt de sancto Thoma quod non est diaconi
sunt dispensare sanguinem Christi fidelibus dicendum quod doctor sanctus sic describit
actus quos in sacris constituti ex officiis ipsorum exercere possunt. Unde si con-
suetudo vel si ecclesia non statuisset oportet quod sanguis Christi sub specie vini ipso
ministraretur, utique diaconi ex officio possunt ministrare. Sic de beato Laurentio legitur
et allegatur per beatum Augustinum. Sed hoc nichil facit ad propositum de necessitate et precepto
utriusque speciei. ¶ Ultimus ad leonem papam dicendum. Et predictus leo papa scripsit quod mani- ad leonem papam
cheus qui negabat Christum resurrexisse a mortuis et per consequens nec diem dominicam
volebat celebrare, sed in contemptum dominice resurrectionis et eciam dei illo die
ieiunabat. Et sic de similibus effectus legitur quod ad tegendam suam infidelitatem
immiscebat se quandoque catholicorum et ut eorum quam latere amplius non po-
terat indigno ore simulando se esse katholicos corpus Christi recipiebant,
sanguinem vero Christi haurire de calice omnino declinabat, existimantes Christum
nondum resurrexisse, sed usque adhuc mortuum esse. ¶ Ideoque excogitaverunt cre-
debat corpus eius sine sanguine existere et sic propter istam infidelitatem Christi sanguinem
omnino cavebat recipere ab altari. Non est ergo similis racio in illis et in nostris
Christi fidelibus katholicis. Quia illi propter dictam infidelitatem sanguinem nolebant
capere, nos autem propter consuetudinem et preceptum ecclesie laudabilem et ex causis racionabilibus
et necessariis introductam. Et ultimus patet quod in dicta auctoritate leo papa utrumque mencionat
facit de necessitate aut de precepto Christi. Unde nichil facit ad propositum ad quod
probandum ad adversarii introducunt. Et per consequens non sequitur quod communicantes sub panis
specie et calicem haurire declinantes dicantur sacrilegium crimen committere, nec eciam
a societate sanctorum sunt expellendi nec sunt excommunicandi, nec ab ipsis ta-
quam excommunicatis est declinandum ut Magister Hermannus ex dicta auctoritate leonis
infert. Quia nec quando calicis est preceptum, et per consequens nec grande zelum contra
legem dei committunt communicantes sub una specie. Nec subest eciam eadem causa
in nobis sicut suberat in illis hereticis de quibus leo papa loquebatur. Patu-
isset tamen dictus Hermannus honestius inferre quod intendebat, vel saltem
honestatem meam eius maiori parcat supportare. ¶ Denique ad dictum Gre- ad Gregorium
gorii dicendum quod Gregorius loquitur in dicta auctoritate de sanguine domini et non
de specie vini qui sanguis vere et complete sumitur sub panis specie et bibitur, et super
utriusque poste ponitur quia et ore corporis sumitur vere sub specie panis et eciam ore
cordis hauritur. Similiter ad secundam eiusdem dicendum est quod eciam sub sola
prima specie sanguis Christi per ora fidelium funditur. ¶ Ultimus ad auctoritatem ad Augustinum
Augustini. Et primo ad illam que sequitur de Racione diuina quod prius dicendum quod Augustinus Augustinum
loquitur fidelibus simplicibus invitans eos ad similem sacramenti preparationem magis sub
racione calicis non racione sacramentalis susceptionis sed racione significacionis

scilicet ratione et effectus quem sanguini appropriatur videlicet ratione refrigerii et le-
ticie spiritualis quod mistice innuitur cum dicit Et vos post ieiunia post labores
post humilitatem et tenuitatem iam in nomine Christi tamquam ad calicem venistis
quasi diceret post anxietates et labores presentis seculi tamquam ad refrigerium
vel ad consolacionem spiritualem ad calicem venistis Et notanter agit tamquam ad
calicem et non simpliciter ad calicem venistis ad innuendum quod non de sacramentali
calice sed de eo quod per calicem significatur intelligit quod eciam sequencia
verba declarat cum dicit et vobiscum estis in mensa et in calice nobiscum
vos estis Est enim populus in calice simul cum sacerdotibus inquantum populus
Christo adiungitur qui per aquam significatur Ideo cum aqua in calice miscetur ut
populus Christo suo capiti uniri significetur Et cum subiunxit Simul enim
hic sumimus simul bibimus non sibi subsistit Sed quod populus simul bibat
nobiscum declaravit adiungit quia simul vivimus dicitur agitur laycum bibere
nobiscum caritate coniuncti Ex quibus patet manifeste quod Augustinus non dicit absolute
quod populus bibat de calice sacramentali quod audit per illud quod dicit tamquam
ad calicem venistis et per illud cum declarat cum dicit simul bibimus per sic
vivimus Quare secundario posset dici quod Augustinus ibi loquitur de bibicione et
sumpcione mistica ut patet per illud simul bibimus quia simul vivimus scilicet uni-
ti in caritate dei qua fideles efficiuntur unum in Christo Et quod sic debeat
intelligi dictum auctoritatis Tercia patet et ostenditur per subsequentem auctoritatem
Nulli ambigendum est unumquemque fidelium corporis et sanguinis domini participem
fieri ut sunt supra allegatum Ite ad secundam auctoritatem eiusdem doctoris que ponitur
in de con dis ij Cum frangitur hostia etc Dicendum quod hec auctoritas omnino intelligitur
de sacrificantibus sacerdotibus ad quos pertinet Christi passionem suis misteriis et
actibus representare Ita dictum est quod apostolis et eorum successoribus sacerdotibus
dicta sunt illa verba hoc facite in meam commemoracionem Quod autem ita auctoritas sit
intelligatur patet ex verbis in eadem positis et debite ponderatis Ita dicit
cum frangitur hostia patet autem quod hostia frangitur a sacerdotibus et non a laycis
que fractio nichil aliud figurat quam corporis domini in cruce ymolacionem frangitur
autem in tres partes secundum triplicem statum corporis mistici ut patet per Innocencium dis
iz quarto libro Similiter Sicut igitur per predictam fractionem que fit per sacerdotes
consecracio veri corporis Christi designatur sic et per species vini et eorum de ca-
lice in os sacerdotis fidelis sumpcio vel infusio expresse effusio sanguinis
Christi in cruce facta pro nostra redempcione ad deum significatur Unde et iste
predicta duo coniungit videlicet cum frangitur hostia cum sanguis de calice
in ora fidelium funditur ut ad eundem utrumque pertinere designaret scilicet
fractionem et sanguinis sumpcionem scilicet ad sacerdotes Pro sano intellectu
eius quod dicit Augustinus et multi alii doctores sancti Notandum est id
quod dicit Wilhelmus parisiensis de sacramento parte iij Si a sanctis aliquando
dicitur quod sanguis ille sumptus in ora fidelium funditur Intellige quod non
funditur sed mittitur et hic cum ipso et in ipso sacrato corpore tunc est non
extra hec ille Tercia ut superius dictum est sanguis Christi eundem
modum habet existendi quantum ad veritatem sub speciebus vini quem habet
sub speciebus panis quia sub utraque sanguis est in corpore in venis et non

extra. Unde ipse nec corpus manducatur, nec sanguis bibitur, sed hic accidentia
ipse ad species firmantur sub quibus vere et ipse utraque sunt, caro scilicet et sanguis
licet ex vi consecrationis aliter et aliter. ¶ Vel dicendum quod etiam si indifferenter
intelligatur de omnibus fidelibus, verum etiam erit in quantum unus species quod san-
guis Christi in ore fidelium funditur sub speciebus panis. Cum enim non alium
modum sanguis Christi habeat existendi sub speciebus vini quam sub speciebus panis
quia nec hic nec ibi sit effusus, sed intra venas corporis inclusus, ita bene sub
speciebus vini. Unde sicut fractio hostie in altari non est nisi specierum
tantum et non corporis Christi cum sit infrangibile, impassibile et incorruptibile, sic
etiam nec ista effusio est sanguinis Christi extra tunc, sed tantum specierum vini.
Cum ergo sub quibuscumque speciebus tradatur fidelibus est sanguis Christi in ore
ipsorum funditur, eo modo sane intelligendo quod dictum est. ¶ Ultimum dicendum
est ad auctoritates que inducuntur contra dicta sancti Martini episcopi, et ex-
empli eiusdem. Et primo ad primam quod dictus Martinus non reprehendit episcopos
episcopus eiusdem quod sub specie una populo ministraret, immo in tota doctrina predicti Martini
et in omnibus epistolis suis nunquam reperitur nec in libris nec in sermonibus quod ipse
tractaverit materiam unius vel duplicis speciei, an videlicet cadat sub precepto Christi
vel quod ipse dicat duplicem speciem esse de precepto Christi, sed quia in calice divino
sacrificando et plebi ministrando non hoc faciebat quod Christus fecerat,
scilicet vinum cum aqua tantum mixtum offerendo, sed vel lac pro vino vel
uvas admiscendo, vel aliquid aliud offerendo, consecrando scilicet et ministran-
do populo contra ritum et modum a Christo traditum, et ideo reprehendendi erant
quia contra ritum errabant, vel forte quia calicem non consecrabant, aut forte aquam
vinum non ministrabant. Offerre autem populo sub una specie ex consuetudine et sta-
tuto ecclesie non est errare, et ita non reprehensibile, immo laudabile et meri-
torium, cum nichil agatur in calice divino sacrificando quod Christus non fecerit,
in quo totus error predictorum consistebat; si enim in sacrificando et consecrando
calicem domini consecrasset vinum et aquam sicut Christus fecit, et sicut nunc
ecclesia facit, licet aliter populo postquam hostiam consecrasset ministraret non
consecratum vinum vel aquam, sicut nunc facit, non fuissent tunc reprehensibiles
nisi iniquitatem quesivisset consuetudini ecclesie. ¶ Ad secundam auctoritatem eiusdem
dicendum, cum loquitur iuxta morem secundum consuetudinem quam habebat in ecclesia cui presidebat, et
sicut tunc necessarium erat, id est utile in cottidiana pugna existentibus sumere
eucharistie sacramentum iuxta morem ecclesie sub utraque specie, sic et nunc valde utile
esset et est fidelibus sepius accipere hoc dignissimum sacramentum sub una specie
quo armatur contra instantia huius miserabilis mundi pericula et temptationes
quas iam antichristus per suos ministros parare incepit, et quemadmodum tunc proderit
nec magis erunt armati fideles sub una specie sumentes quam essent illi
qui idem et tantundem sumebant sub utraque. Et utique optime facit ad propo-
situm auctoritas eiusdem Martini loquentis de pressura et de temporibus antichristi
qui propter milites huius gravissimis temporibus fide incorrupta et veritate robusta
debent se parare ad resistendum fortiter, et ut armetur et fortificetur debet
cottidie spiritualiter fide et devotione calicem domini bibere, et sepe ad sacram quam

ad secundam
Nota

vnius speciei sub qua vera caro xpi et verus sanguis eius cum ceteris concomitantibus
continetur attende, quemadmodum et ad quendam sub duplici specie de qua idem martir
loquebatur propter consuetudinem que tunc in ecclesia sua habebatur fideles deuotis-
sime accedebant, ¶ Ad terciam eiusdem dicendum, quod deus ibi loquitur de quodam
sacerdote, non est ergo quod tunc aliqui sacerdotes ministrasset multitudini pro populo hosti-
am tantum sine vino, et quod propter hoc ipsos reprehendit, sed quia denegabat eis sim-
sacramentum, Vtitur autem magis terminus sanguinis et poculi propter similitudinem effu-
dendi sanguinis in martirio ¶ Ad quartam eiusdem martiris dicitur, quod talis diu
letificat turbam non racione specierum, sed racione rerum ut sepe dictum est, Et
ideo siue sub vna specie siue sub duabus sumatur fideliter et deuote semper
letificat turbam ¶ Ceterum vero tempore predicti martiris consuetudo erat duplicis speciei
ideo eo quo calix dabatur populo debebat dari eo modo quo prius dederat
in vinum tamen aqua mixtum propter significatum, Vna aqua populum significat, que mix-
ta in calice coniungitur xpo ad quem significat, quod utrumque non faciebat ille
quos deus ibi reprehendebat, et obliuisci curabat, vnde multo erant
reprehendendi ¶ Cum autem dicitur veritas diuina etc. dicendum quod verum est, quod
corpus seorsum panem, et seorsum vinum tradidit, non tamen sic precepit laycis
tradendum, Nec de hac veritate loquitur hic martir, sed de veritate sanguinis
siue vini et aque que in calice debet offerri et plebi populo tradi, quam veritatem
non sequebantur illi qui hic reprehenduntur, Vel quia lac offerebant, vel
aquam non admiscebant, vel aliquem alium errorem ex predictis in consecrando
et ministrando committebant ¶ Ad aliud quod qui ex contemptu dimittebat tunc
bibere sanguinem xpi quia erubescentes errabant et grauiter peccabant, tunc ex
contemptu tum quia contra consuetudinem ecclesie faciebant, et ex hoc signum erat mo-
dice deuocionis, et modici feruoris qui ad sustinendum martirium maxime
requiritur, Similiter et nunc dicere possumus quod sanguinem pro xpo effundere non
potuit qui sanguinem xpi sub duplici specie sicut sunt sacerdotes, vel sub
vna ut layci sanguinem xpi erubescunt, sacramentum quendam contempnentes,
ad fulgencium ¶ Ad auctoritatem que sub nomine Fulgencii allegatur, dicendum primo quod nullam
facit mencionem de necessitate aut de precepto xpi, nec facit mencionem de communione
layca, que in nullo adversariis suffragatur, Sed notandum quod predicta auctoritas
sub nomine Fulgencii allegata, non est illius angustissimi doctoris, cuius
auctoritas in magna veneracione habetur apud ecclesiasticos doctores, quod
patet tamen ex diuersa allegacione dicte auctoritatis quam eciam ex suspecta doctrina que
in dicta auctoritate videtur contineri, Ita ut refert magister Thomas Anglicus
qui doctrinam Wycleff planissime legit, optime intellexit, et for-
tissime atque acerrime ut verus ecclesie katholice filius et doctor katholicus
impugnauit, hunc Fulgencium, Wycleff vocabat magnum Ambrosium
vel saltem magni Ambrosii discipulum, Alii vero subsequentes wyclefiste
hunc eundem vocauerunt et vocant Ysidorum Alii vero Valerianum Alii vero
vocant et nuncupant Fulgencium ¶ Hanc autem falsam denominacionem dicte
auctoritatis et aliis fortasse dederunt wyclefiste, ut propter auctoritatem doctorum in
doctorum quorum falso nomina assumunt, facilius valeant simplices et in-
cautas mentes decipere, Vnde videtur predicta auctoritas esse Berengarii

qui berengarius aliquando male sensit de veritate huius sacramenti cuius revocatio beregarius
hec de con dis ii Ego berengarius qui ut refert magister thomas
in hoc a dampnate memorie wycleff differebat quia dicebat in hoc sacramento
post consecracionem panis et vini substancias remanere simul cum vero corpore et sanguine
domini nostri ihesu christi wycleff vero totaliter amovit substanciam et veritatem corporis christi
ab hoc sacramento Ita dicens in capitulo de azimo et fermentato Significari
incipit pane illo dixi ecclesiam non in eo quod efficitur et conservatur sed in
eo quod de multis ut dixi est confectum granis Nam in eo quod conservatur nec
ipsum individuum corpus domini significat sed est diffuso in se verbo dei perfe-
cte passionis dicit enim non est significat Hec wycleff cuius memoria in
dampnacione est Videtur autem esse dictus Berengarius tempore Anselmi
ut patet perpendi excepta que in prohemio prime libri eiusdem Anselmi
de corpore et sanguine domini In qua eundem redarguit de errore suo quem
tenebat in tali de eukaristia et finaliter monet ut errorem suum cor-
rigat Patet 2o quod dicta auctoritas non sit magni fulgencii propter suspectam
doctrinam in ea contentam Nam manifeste sapit errorem berengarii
qui posuit substancias panis et vini simul cum specie corporis christi in hoc sacramento
remanere Unde dicit verbum patris carni et sanguini quem de utero virginis
assumpserat et pani ac vino quod in altari sunt medium interveniens unum
efficit sacramentum Ecce quomodo aperte hic patet venenum cum dicit quod verbum patris
efficit medium interveniens ex carne et sanguine ac pane et vino unum efficitur
sacramentum quod est omnino contra fidem katholicam Item concluditur error per verba
sequencia cum dicit quod cum in mensa fidelium sacerdotes distribuunt panis et vinum
assumitur et transit partus autem virginis cum vivo filii verbo patris et in celo
et in cordibus integer permanet et inconsumptus Ecce iterum dicit quod in mensa
fidelium sacerdotes distribuunt panem et vinum quod omnino est a fide ecclesie
alienum Ex quibus manifeste colligitur quod dictus auctor cuius est dicta auctoritas
et multe alie similes nec auctor Ambrosius magnus fuit nec eius discipulus
nec fide ysidorus nec etate magnus Fulgencius sed potius beringa-
rius qui in fide devius et contemporaneus Anselmi Vel forte
aliquis eiusdem Berengarii discipulus in errore Quapropter similiter
neganda est huiusmodi auctoritas et cetere similes cum earum auctore Laborandum
tamen esset ut originalia haberentur magni fulgencii et aliorum ut manifesta-
retur sacrilega malicia wyclefistarum qui non desistunt sacrarum scripturarum et
katholicorum doctorum sanum pervertere sensum Legi siquidem eiusdem fulgencii
tractatum de fide incarnacionis filii dei Insuper libellum eiusdem de
questionibus quinque ad Ferrandum Carthaginensem diaconum et nichil
de huiusmodi suspecta doctrina valui deprehendere in dictis eiusdem pre-
clarissimi et gloriosissimi doctoris Ad antiqua missalia descendamus ad missalia antiqua
quod missalia antiqua continent rubricam et notulam secundum consuetudinem primitive
ecclesie in qua in aliquibus locis consuetudo erat communicare usque presbiteri
quo ad populum Hec tamen in illa notula dicitur quod sic fieri debeat ex necessitate
aut ex precepto et ut clavus clavo retundatur Adducunt antiqua missa-
lia adducamus et nos antiquissima in quibus rubrica et notula
de officio diei parasceues sentenciat et ponit quod illa die corpus et

sanguis xpi non debet consecrari sed quod hostia a precedenti die servata sola scilicet
panis specie debeat sumi a sacerdote. Et si tali ac toto die sufficit toti ecclesie sub
specie sola panis corpus xpi et sanguinem sumere multo magis sufficeret sic sumere
laycis. Et sine dubio si fuisset preceptum xpi sic sumere sub utraque specie nequaquam
ecclesia tali die in qua magis xpo passo compatitur et conformatur in prima in ieiu
niis in vigiliis in peregrinationibus et in aliis partibus factis et devotis operibus
permitteret preceptum xpi adimplere nec permisisset deus a tantis temporibus tam periculo
se errare ecclesiam. et in tali die in qua magis fideles et plures ex animis com
municant, compungitur et cum xpo duo compatiuntur intimis cordibus afficiuntur et compatiuntur. Ad
ad Ni. de lira relationem Nicolai de lira. Et fideles antiquitus in utraque specie communicabant. et ita
se dabant fidelibus in primitiva ecclesia sepe concessum est et creditur. Nec tamen
Ni. de li. refert aut dicit quod hoc fecerunt ex precepto. Similiter ad Guillelmum
ad Guillelmum de monte laudunio dicendum quod ipse refert quod tempore suo in multis locis communicabatur
cum pane et vino idest cum toto sacramento, sane intelligendo pro pane scilicet
et vino ipsas species sacramentales. Non tamen dicit doctor quod in illis locis multis
fiebat hoc quasi ex precepto xpi. Similiter ad illud quod Ni. de lira dicit
de lira Et per apostolos suos fecit et facit dominus hoc quando ministrari orbis sanguis
per orbem diffusus. Non dicit sive sub una specie sive sub duplici quando
sacramentum xpi et sanguinis ministratur. Nec dicit quod sub utraque specie ex pre
cepto omnibus sanguis ministrari. Et idem dicendum est ad auctoritatem eiusdem
ad Tho. de multiplicatione signorum. Ad auctoritatem sancti Thome in qua facit mentionem
ad Augustinum de dispensatione sanguinis per dyaconos. de sancto laurencio. Et ad auctoritatem
Augustini qui dicit istud sanctum martirem in Roma ecclesia xpi sanguinem
dispensasse dictum est supra in responsione ad quandam auctoritatem
dicti sancti Thome. Sed iam ad auctoritates diversorum Canonum quibus
ad Concilium Cartaginense adducit est dicendum. Et primo ad decretum Concilii Cartaginensis dicendum
quod eukaristia ut dictum est supra in quodam decreto Duodecimi Concilii
Toletani ipse accipitur pro hostia cum quoque accipitur pro toto sacramento
pro hostia et sanguine. Nonnumquam vero quando mencio e contrario eukaristiam
accipitur pro solo sanguine. Nota ergo difficultas hic decreti remanet
in hoc verbo infundatur, quia infundi patet ad materiam liquidam. Quare
dicendum quod vel verbum reducatur ad eukaristiam ut sit sensus infundatur idest
immittatur non sub specie vini quia non hoc vult Canon sed sub specie panis
vel eukaristie nam transit ad verbum infundi ut verbi gratia sit sensus
urgentis infundatur eukaristia scilicet sub specie vini. Vel quod utrumque fiet
specialiter significatio et per sincopam de toto sacramento intelligatur ut sit sensus
quod detur sacramentum sub specie panis ratione nominis eukaristie et sub specie vini
ratione verbi infundi. Et quomodocumque intelligatur nullo modo cogit. Nec
adversarius est intentum. Et Concilium dispensabat administrationem sacrorum
in consuetudinem que tunc in ecclesia affricana et Cartaginensi servabatur.
Nec dicit ille Canon quod hoc sit sanctum Concilium institutum quia est
preceptum xpi aut ministrorum apostolorum quod statutum et preceptum Concilii

ex quo non emanabat originaliter ex precepto et obligatione Christi potuit
rationabiliter et iustis de causis per consuetudinem vel decreta summorum pontificum
aut etiam Conciliorum generalium sequentium abrogari. ¶ Ad id autem quod adducit ad secundum Toleta in 4to
de Concilio quarto Toletano dicendum quod nulla mentio fit ibi de speciebus sed tamen
de corpore et sanguine domini nostri Jhesu Christi que duo plene et perfecte sumuntur sub ad tertium
speciebus panis. ¶ Postremo adducit dominus proponens tres rationes quarum tamen
omnes maiores propositiones concedo. Sed pro declaratione minorum propositionum re-
ducenda est ad memoriam distinctio posita a principio responsionis ad auctoritates in-
ductas per eundem. Dicebatur enim ibi quod in conclusionibus suis et meis duo
erant attendenda, videlicet ipsa communio secundum se considerata non habito respectu ad unam
vel duplicem speciem. ¶ Aliud quod talis deberet dari sub una vel duplici
specie populo laycali vel non conficientibus. Quantum ad primum concordia est inter ipsum
et me, videlicet quod communio divinissime eukaristie est multum utilis et valde meritoria
fidelibus, et quod innumerabiles effectus spirituales efficit in accedentibus et sumentibus
digne. Et quod eciam secundum multorum doctorum intencionem et opinionem cadit sub
precepto omnibus Christifidelibus usum rationis et discretionis habentibus et taliter
dispositis prout decet et congruit honori et reverentie tanti sacramenti.
Et ad hanc partem concessi sibi omnes auctoritates sanctorum excellentes utilitates et
effectus huius divinissimi sacramenti et eciam eas que meritum aut preceptum videntur
importare. Et similiter ad hanc partem concedo sibi omnes rationes suas maiores
et auctoritates quibus probat easdem. Sed quantum ad secundum, videlicet quod sit utile et necessarium
aut de precepto Christi sumere dominicum sacramentum magis sub duplici specie quam sub una
nisi ecclesie consuetudo vel statutum magis ad unum modum vel ad aliud
declinaret, negavi et nunc finaliter nego quod nulla auctoritas in tota sua
positione posita, sive sit auctoritas sacrarum scripturarum sive sanctorum sive aut
doctorum, nec implicite nec explicite ut aliquo dicit, innuit aut probat
preceptum Christi determinare magis duplicem speciem quam unam vel e contrario in communione
vel sumptione laycorum vel non conficientium. Unde patet quod in omnibus huiusmodi argu-
mentationibus paralogizatur arguendo a simpliciter ad secundum quid. Ymmo in istis ultimis
rationibus auctoritates quas adducit ad probandum minores suas reperiuntur potius
facere pro una specie quam pro utraque, sicut est: Panem de celo dedisti eis,
et: Panis candidissime etc. ¶ Item de convivio sive de nuptiis quas rex
fecit filio suo, in quibus nulla fit mentio de potu et vino, tamen est de
impertinenti ad sacramentum quod ille improprie prefigurabat, ex quibus nullo modo
concluditur meritum aut preceptum utriusque speciei. Et hec dicta sunt de tercia parte
et ultima et per consequens de tota positione quam dominus proponens proposuit coram hoc
sacro Concilio Basiliensi in spiritu sancto legitime congregato pro defensione
communionis laycalis sive non conficientium sub utraque specie. In qua responsione
et defensione consuetudinis ecclesie katholice si quid minus sufficienter positum est
paratus et benivolus desidero correctionem, et nichilominus predicta subicio cor-
rectioni et emendationi huius sacrosancte generalis Synodi Basiliensis et toto

corde adhereo protestationi per me in principio huius actus premisse ad
laudem omnipotentis dei cui sit laus et gloria infinita secula seculorum Amen

Pro finali confirmatione veritatis catholice et conclusionis quoniam sub
una specie quantum arctitudo temporis presentis actus, videndum est per exempla
et per experientiam que est omnium rerum magistra, quod quando possit ulterius ecclesia

de auctoritate ecclesie circa ea que pertinent ad fidem et regimen christifidelium

katholica circa ea que pertinet ad fidem et regimen christifidelium, et ante
omnia presupponendum est quod ecclesia christifidelium non est minoris auctoritatis
sub lege evangelica quam fuit synagoga Judeorum sub lege Judaica
Primum autem quod non solum in lege veteri synagoga vel in ea existentes pro
ipse preter legem dei nova statuta, traditiones et cerimonias statu-
erit, sed etiam circa precepta divina dispensavit, quod plane inducitur
et declaratur per exempla Et primo Hester 9° capitulo ubi Judei con-
stituunt quartamdecimam diem Marcii esse solempnem, assertur enim ibidem
quod quia mensa que erat in morte omnium Judeorum sub rege Asuero degentium
mutata fuit in mensam salutis, tunc statutum fuit, Et quartadecima dies mensis
duodecimi, cum omni leticia inter dies festos celebraretur, ut in posterum
agnoscatur etc, et paulo post, omnis autem provincia et civitas que noluerit
solempnitatis huius esse particeps, gladio et igne pereat ut dicitur ubi
supra ibidem preceptum dicti huius festivitatis non erat legis divine, sed una-
nimi consensu populi statutum est, et tentum ubique in lege veteri per Judeos
et tenetur omni anno usque in presentem diem Item Judas Machabeus et
fratres eius et universa ecclesia Israel constituit ut agatur dies dedicationis
altaris ab anno in annum per dies octo, primi Machabeorum 4to David
quoque constituit cantores et summos sacerdotes primo Paralipomenon 17° Mul-
ta huiusmodi statuta, cerimonias et ordinationes diligens lector in veteri lege
reperiet, sine quorum populi consensu facta et ordinata, sive etiam prelatorum
insignium tamen personarum graciis et acceptis deo, Quemadmodum dicitur de
Jonadab patre Rechabitarum de quibus loquitur Jeremie 37° ubi
dicitur quod deus precepit Jeremie ut intraret in domum Rechabitarum et
inductis Rechabitis in domum domini daret illis vinum ad bibendum
Et eadem Jeremie iuxta illud domini faceret, responderunt Rechabite In do-
mo domini non bibemus vinum nos et domus nostra in eternum Ad quos
Jeremias dixit Cur bibere non vultis iuxta illud domini vobis oblatum
vinum Responderunt quia pater noster Jonadab filius Rechab nobis constituit
ut non edificaremus domos non colamus agros aut vineas et non
bibamus vinum in eternum Et circa finem eiusdem capituli laudavit dominus obe-
dientiam Rechabitarum, et firmiter adiciendo dixit, Pro eo quod obedierunt
Rechabite precepto patris sui Jonadab non deficiet homo de domo
Rechabitarum in sempiternum Ex quo manifeste declaratur quod etiam preter legem
dei licet facere prelatis personis ordinationes vel statuta, semper tamen

in bonum

in bonum et in hiis que tendunt ad perfectionem finis, quemadmodum fecit
Jonadab filius Rechab, cuius preceptum deus approbavit, quod utique
non fecisset nisi placuisset ei, quamvis non ad imitationem divinorum pre-
ceptorum in veteri lege patet quia licet universo strictissime precepta sint

Sicut patet Genesis xvij cui deus apparuit nonaginta nouem annorum di- Abrahe
cepisset dicens ad eum Ego dominus omnipotens ambula coram me et esto perfectus
ponam fedus meum inter te et me Et infra statuam pactum meum inter te
et me et inter semen tuum post te in generationibus suis federe sempiterno Et
infra tu ergo custodias pactum meum et semen tuum post te in generationibus
suis hoc ferum est quod seruabitis Circumcidetur ex vobis omne masculinum
et circumcidetis carnem preputii vestri et sit signum federis inter me et vos In-
fans octo dierum circumcidetur in vobis omne masculinum in generationibus
vestris eritque pactum meum in carne vestra in fedus eternum Masculus cuius
preputii caro abscisa non fuerit delebitur anima illa de populo suo quia pactum
meum irritum fecit fedus eternum Ecce pactum sempiternum inter deum ex una
parte et Abraham et semen eius in generationibus suis post ipsum parte ex
altera Nichilominus Moyses cum de Egipto filios Israel eduxit tamen sectam
a domino preceptam circumcisionis per annos xl in deserto ob causam laboris
itineris pretermisit Non enim filii Israel leguntur circumcisi in deserto Sed
postquam Iosue eos induxit in terram promissionis trans Iordanem ne
ibi in Galgalis seu in collis preputiorum iuxta preceptum domini eos circumcidit
Iosue v^to Iste legitur primi Machabeorum 2° ca° Et Mathathias cum
sua sanctitate non obstante quod dies sabbati fuisset tamen de lege nec quis de
lege scripta strictissime precepta statuit scilicet Iudeis quod non licebat secundum
legem ut pugnaret cum gentibus eciam diebus sabbatorum Iste leuitica
quo habetur quod panes propositionis laycis non debebat comedere admadus
et tamen David cum pueris suis tempore necessitatis ab ysmalech sacerdote eius vsus
fuit vt patet primo Regum 21 Mt 12 et Luc 6 Sic demum serpentem e-
neum que dominus precepit fieri per Moysen dicens Num 21 ca° Fac
serpentem eneum et pone eum pro signo stans Ezechias rex iiij Regum
stus 18 destruxit Sicut eius refert scriptura de eo fecit quod erat bonum
coram domino iuxta omnia que David fecerat pater eius Ipse dissipauit ex-
celsa et contriuit statuas et succidit lucos confregitque serpentem eneum
que fecerat Moyses Siquidem vsque ad illud tempus filii Israel adolebant
sibi incensum Ex quibus et quampluribus aliis exemplis veteris legis satis
manifeste colligitur Et si synagoge Iudeorum vel aliis eiusdem guber-
natoribus aut aliis prelatis licuit statuta ordinaciones et cerimonias
statuere et ex certis et racionabilibus causis ex lege diuinitus interpretari
et ex quibus immutare aut tollere siue suspendere pro tempore iusto magis
quod licet et licebit ecclesie katholice et eius uniuersali pontifici pape scilicet
qui totius ecclesie curam gerit qui non est minoris auctoritatis in populo christiano quam
fuit Moyses in populo Iudeorum Maxime cum ipse Christus indefectibilem assisten-
ciam suam et spiritus sancti ecclesie katholice promisit dicens et locutus apostolis
Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummacionem seculi Et similiter eisdem
locutus de assistencia spiritus sancti Ioh xiv dixit Paraclitus autem spiritus

sanctus quem mittet pater in nomine meo ille vos docebit omnia, et suggeret
vobis omnia quecumque dixero vobis. Et ne quis existimet quod solis apostolis et non
futuris ecclesie rectoribus sit hoc dictum, Idem Iohannis 14: Ibidem dominus dicit: Ego rogabo
patrem et alium paraclitum dabit vobis ut maneat vobiscum in eternum spiritum
veritatis. Patet igitur quod etiam katholica statuta et ordinationes facit plura que in lege
Christi expresse non continentur, et etiam ipsam legem Christi interpretatur, et quod certis et
rationabilibus causis pro locorum et temporum varietate precepta eius et ordinationes
suspendere, tollere aut immutare pro tempore, quod tamen numquam factum est. Quia
numquam preceptum in virtute aut in substantia usquequaque ab ecclesia sublatum
est aut immutatum. Et ex hoc concluditur quod si etiam quando utriusque speciei fu-
isset sub precepto Christi, quod tamen nullus concedit, quia nullus verum est etiam
ipsam katholicam ex certis causis potuisset immutare aut tollere, multo magis
quam Moysi circumcisionem vel Machabeorum sabbatum, que tamen strictissime
divina lege observari mandabant, et tamen utriusque speciei statuere. Et liber-
ratio in ista summa continet adversarios si queruntur nobiscum in acceptare.
Quod et ecclesia katholica quod nullus auderet negare preeminentiam
legis evangelice et ecclesie katholice ad legem Mosaicam et synagogam
Iudeorum. Sed cum ad ea que ecclesia katholica Christi in preteritum fecit statuit
et ordinavit oculos dirigamus, ut preteritorum memoria mentem moveat
nostram de presentibus et futuris cogitare. Primus quidem manifestum est bib-
liam que est fundamentum totius fidei nostre et ecclesie discipline robur et
auctoritatem accepisse ex acceptatione et approbatione ecclesie illius. Sed reparationem et in-
novationem Esdre scribe magni sacerdotis, tamen innovato per multa
tempora ante Christi adventum fuerat per synagogam Iudeorum acceptata
et approbata. Deinde manifestum est multos in eodem volumine libros
contineri qui apud Iudeos in auctoritate non habentur sed inter apocriphos compu-
tantur, qui tamen apud nos in eadem veneratione habentur sicut et ceteri.
Et hoc utique non nisi contradictione et acceptatione illius ecclesie katholice
quibus contradicere nullus licet pertinaciter. Deinde cum multa evangelia multi
scripserint ut habetur ista distinctione xv in decretis capitulo Sancta, Bartholomeus
Nicodemus et quamplures alii de quibus dictum est in superioribus. Tamen
ecclesia katholica omnibus aliis spretis quatuor tantum acceptavit, approbavit
et in auctoritate atque in summa veneratione habere voluit. Et quod predicti libri
divine legis tam pretiosi cum nomen testamenti auctoritatem ab ecclesia habeant patet per egre-
gium doctorem Augustinum contra Faustum Manicheum: Ita dicitur: Nostrorum porro librorum
auctoritas ex ingenua confirmatione per successores apostolorum conciliorumque ro-
borata nobis commendata est. Et iterum: Non crederem evangelio nisi me ecclesie
katholice auctoritas commoveret. Item quod 14 epistolas Pauli in auctoritate concedatur
statuit, et quas contradictione reservavit. Nam et unam ad Laodicenses
scripsit de qua ipsemet apostolus facit mentionem ad Colossenses capitulo iiii in fine
ubi dicit: Et ea que Laodicensium est vobis legatur. Similiter circa apud
plures dubium fuit quis eam que ad Hebreos epistolam scripsit, quis eam

asscripserat paulo apostolo. Cum pluribus etiam eiusdem epistole ad Senecam lega-
tur, quibus amonet ut non etiam cum ceteris in auctoritate habentur. Utique licet
omnia autem solum ecclesie gesta sunt. Cumque etiam autoribus epistolas canonicas, Ac-
tuum apostolorum et Apocalipsim Johannis inter canonicos et divinos libros habe-
ri voluit statuit et ordinavit. Item cum plures Bibliam in latinum trans-
tulerint sive de hebrayco sive de Greco, solum tamen unius Jeronimi
gloriosissimi translationem ecclesie auctoritate antefert. Cum igitur omnis vera autoritas
in affirmanda veritate katholica et adversa falsitate confutanda, certum sit scaturiat
a fonte sacrarum scripturarum, utique nullo fecerunt scribit ab ipsa ecclesia katholica
que et ipsas scripturas sacras tradidit et statuit in auctoritate scindens. Item postea
Glosa ordinaria super totam bibliam, libri sanctorum doctorum, Ambrosii, Jeronimi,
Augustini, Gregorii et aliorum, leges civiles, decreta, decretales, et omnes
alie scripture que inter canonicas in auctoritate hinc habent, non aliunde habent
autoritatem nisi ab ecclesia. Et virtutem valet quantum ab ecclesia approbantur
aut saltem sustinentur et permittuntur. Item super auctoritatem ecclesie universi-
tates et studia fundata sunt, gradus magistrales et doctorales in
omni facultate ordinati et concessi sunt in eisdem. Denique quanta omnia
fidem ecclesia katholica statuit vel ordinavit vel pro infallibili veritate te-
nenda mandavit liquet. Nam licet ex scripturis sanctis constet esse trinitatem
in divinis, tamen quod singuli in trinitate existentes persone vocentur, hoc ecclesia
katholica statuit et ordinavit. Item insuper quod in Christo non sunt due
persone, ut quidam hereticorum presumunt, cum ex scripturis non habeatur, hoc per
doctores suos ecclesia declaravit. Similiter quod mater Christi mater dei di-
catur. Item nusquam in Canone sacre scripture reperitur quod parvulus
recens renatus baptizatus, qui nec corde credit ad iusticiam nec ore confitetur
ad salutem, inter fideles et credentes censetur. Et nichilominus ecclesia ita
determinavit et statuit, quod si quisquam hoc negare ausus fuerit, apertus
utique iudicatur hereticus. Unde Augustinus in libro de baptismo parvulorum: Ubi per
parvulos baptisatos profecto in numero credencium non nisi ex consuetudine
antiqua et fundatissima parvuli baptizati fideles nuncupantur. Et inferius:
Inter credentes igitur baptizatos parvulos numerabis, nec iudicare ullomodo
aliter audebis, si non vis apertus esse hereticus. Ideo habent vitam eternam, volo
eis sine ista fide et sine sacramento huius fidei promittere vitam eternam. Et inferius:
Non ratiocinationibus eorum, sed pelagianorum, ad hec respondent. Que ille sed
autoritate repellimus ecclesie. Hec non etiam spiritus sanctorum obruat, sed quasi
infirmiam larvis tamquam flumine protrahant. Et sic patet quod ecclesia fu-
davit ubi fidem que ex canone scripture non habetur. Item nullus Canon
Biblie te docet quod si aliquis mortuus fuerit et non credidit, quod talis sal-
vetur, ymmo habetur contrarium, Marci ultimo capitulo: Qui crediderit et baptizatus fuerit salvus
erit, qui vero non crediderit condempnabitur. Et nichilominus fides ecclesie statuit
ut quilibet fidelis firmiter credat parvulum baptizatum etiam si ante usum
rationis moriatur salvari. Sic idem Augustinus et ponitur in Canone

xv q i c° firmissime. Ubi sic habetur. parvulis vero qui nec dum propria voluntate
credere nec pro peccato proprio quod originaliter trahunt agere possunt sacramentum fidei
quod est baptisma sufficit quamdiu rationis etas eorum capax non potest sufficere ad
ecclesiam non potest sufficere ad salutem. Iste sola auctoritas ecclesie constituit ut compatres
in baptizmo parvuli fide pro ipso credant loco ecclesie. Et quod fides ecclesie sufficit
parvulo sic baptizato quamdiu ad etatem non pervenit ad salutem. Et sic auctoritas
ecclesie nobis instituit ut parvuli per aliorum pedes ad fidem veniant aut
per aliorum corda credant per aliorum linguas in baptismo respondeant et
fidem confiteantur. Unde Augustinus in libro quarto de libero arbitrio. Et habetur de con. dis. 4
Illud perscrutari homines solent sacramentum baptismi Christi quid prosit parvulis cum eo
accepto plerique moriuntur priusquam quidquam potuerint cognoscere. quare
satis pie recteque creditur prodesse parvulis fidem eorum a quibus consecrandus
offertur. et hoc ecclesie commendat auctoritas. ut pro eo quisque sentiat quod
sibi prodest sua fides quam in aliorum quoque beneficio qui propriam nondum habent
proprietatem commendat. Insuper invenitur legitur in sacris libris quod apostoli symbo-
qd lum inter se in diversis locis ~~divinis~~ divinis sub silentiorum legitur dicitur
composuerunt aut fecerunt vel in 12 articulos distinxerunt et tamen
fideles tenent et credunt. immo et vocant ipsum Symbolum apostolorum. et
hoc non nisi auctoritate ecclesie. Et similiter concilii Niceni tunc etiam auctoritate. et
Articulum de descensu ad inferos Christi tenetur firmiter et creditur. ipsum
esse sacrum Concilium Nicenum sive quod maius Symbolum dicitur edidit
in quo plurima fidei documenta declaravit quod et publice et alta
voce ubique in cunctis ecclesiis katholicis dicitur et cantatur. Cui postmodum
de post articulum de processione spiritus sancti a filio ecclesia addidit. Cum esse
auctoritate Symbolum Athanasii in divinis officiis cantatur. Quanta vero ecclesia
katholica de hiis que ad fidem pertinent interpretata fuit, declaravit exposu-
eritque manifestat confutatio innumerabilium heresium ad quas enumerandas
non sufficeret tempus nec manus ad scribendum nec lingua ad loquendum
valere. In quarum confutatione tot veritates fidei elucidate manifestate
et aperte fuere que prius latebant in aperto antequam fuerunt heresis confutate
Redeamus descendamus ad ea que eadem ecclesia katholica circa divina precepta
et sacramenta limitavit. Etenim licet in lege veteri prohibitum fuisset lege
divina ymagines visibiles videlicet ipsius dei sed quarumcumque creaturarum
nec reperitur in scripturis sive veteris sive novi testamenti concessa licen-
cia eas faciendi aut fabricandi reperiatur. Nichilominus ecclesia katholica
edocta a spiritu sancto nondum permisit immo statuit et ordinavit ut vene-
rabiles ymagines Christi gloriosissime sue matris et ceterorum
sanctorum fierent quibus manuducti homines ad memorandum et recordandum
gesta et facta domini nostri Ihesu Christi et aliorum sanctorum et sic excitarentur
ad eorum imitationem et ut eorum sepius implorarent pro se suisque
vivis et defunctis suffragia et auxilia. Insuper licet dies sabbati
fuerit strictissime ad observandum et custodiendum precepta et manda-
ta ut patet Gen. ii° ca°. Ubi legitur quod post creationem sex dierum

cessavit dominus die septimo ab omni opere quod patraverat et benedixit diei
septimo atque in lege scripta postmodum in legittimum sempiternum constituit sub
diversis penis diem hunc septimum a cunctis generacionibus celebrandum observari
Unde et collectorem lignorum in die sabbati mandavit dominus lapidibus obrui
ut patet Numeri xv Et pro firmiori ratificacione sue constantissime voluntatis
et pro diligenciori custodia specialiter munimine constituit hoc preceptum dicens
memento ut diem sabbati sanctifices nullum enim aliorum mandatorum tanto incomme-
morationis signo constituit Qui dies magna sub custodia et religiosa observacione
sic semper fuit et custoditus eciam tempore apostolorum et longe post observatus Et melius
propter reverenciam et beneficium dominice resurreccionis dictus dies sabbati ex
sola consuetudine ecclesie ulterius fuit in diem dominicum commutatus preter auctoritatem cuius-
cunque sacre scripture veteris vel novi testamenti Item dominus precepit Exodo 12 Ut in
legittimum sempiternum quatuordecima ffidelis populus celebraret pascha domini ad vesperum
diei quartidecimi mensis primi quod eciam preceptum ecclesia katholica per multa
tempora post observavit tandem spiritu sancto duce sine cuiuscunque scripture auctoritate pre-
dictum ritum quo ad tempus ipsa auctoritate permutavit taliter ut nunquam pascha in
diem cum pascha Judeorum concurrat et semper in die dominico celebretur Item ut supra dictum
est in principio licet circumcisio in lege fuit strictissime mandata observari similiter
et ipse dominus noster Jhesus Christus circumcisus et omnes apostoli Et eciam post ascensionem
ipsius domini fuit observata Nichilominus absque aliqua auctoritate sacre scripture apostoli eam
immutaverunt auctoritate spiritus sancti ecclesiam dirigentis et gubernantis ut habetur Actuum xv
Ubi dixit petrus quid temptatis deum imponere iugum super cervices discipulorum
quod neque patres nostri neque nos portare potuimus sed per graciam domini nostri Jhesu
Christi credimus salvari quemadmodum et illi Et infra Statuunt apostoli
omnino eam debere tolli scribentes epistolam ad fideles qui erant Anthiochie per
manus pauli et Barnabe dicentes visum est spiritui sancto et nobis nichil ultra
vobis imponere oneris quam hec necessaria et ex quibus manifeste ostenditur potestas ecclesie
et veritatis indefectibilis in hiis que fidei sunt et necessaria ad salutem Et paulus
ad Colocenses ijo post decretum et statutum apostolorum per aut et circumcisionem
Christus in vobis in nullo prodest Ubi apparet totalis ablacio ymmo anni-
chilacio circumcisionis que debuit sub pena mortis lata ab ipso domino obser-
vari eternaliter Item innumere ceremonie erant in lege veteri precepte observari
a domino quas apostoli postmodum in ecclesia sustulerunt exceptis et moralibus pre-
ceptis Item videamus mutaciones factas circa precepta Christi et sacramenti
nove legis Et primo circa sacramentum baptismi quod Christi commissionem in nova
lege sumpsit Ita dominus noster Jhesus Christus ascendens in celum precepit apostolis
dicens Mathei ultimo Ite docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris et
filii et spiritus sancti In quibus verbis dixit eis et limitavit formam baptismi
et in ipso certe tam certe et in nova post longum tempus ipsi apostoli et ecclesiam
dimittendo dictam formam In nomine patris et tradita per dominum baptizabant
tantum in nomine Christi dicentes te baptizo in nomine Jhesu Christi Circa autem hoc

nom xpus dicit vnā psonā in duaꝝ naꝝ. Sic aut noia pr et
filius et sp̄us scūs dicūt tres psonas in vna natā tm. pz max̄ma
esse dr̄az int' has duas formas baptizmi scz In noie p et fi et ss
et In noie ihū xpi. Et licet h' rem et effectū idem sit baptizmus
q' fiebat p'mo. et nūc in noie p et f et ss. et in noie xpi. tm tāta
videt' esse drā. vt si quis nūc In noie xpi baptizaret. nō baptizet
vt dicit scūs Thos in 3 pte. ¶ Nec pretermittendū de mutacionibꝰ
factis in eccli̅a cir̄ hr̄ sac̄tū baptismi tam quo ad tp̄us baptizādi
q̄m quo ad etate baptizādoꝝ. q̄m eciā quo ad psonas que possūt hoc
sacratū ministrare In p'rio eīn hoc sac̄m baptizabat' tm illi qui
ipse faciebat fidem int'rogati respondere. sed postmodū Ne pueri et
alij vsu racionis carentes subessent piculo dampnacionis. Eciā puedit
eccā eoꝝ baptm vt eciā supius tactū est. Tenuit eciā ecclesia
pro statuto q' pter vigilias Pasche et Pentecostes nullo solempnis
baptismus celebraret'. omnesqz ad p̄dictas vigilias excluso necitatis
articulo baptizandi fuerent'. Porro nec ex doctrina xpi et ewangelij
nec ex doctrina aliqa Aploꝝ hetur expresse q' aliquis heat ptatem
baptizandi exceptis ecclasticis. quoꝝ statu prefigabat Apli quibꝰ
solū dcm̄ est Ite baptizates rc. Et in casibꝰ ṅc in necitatis articulo mu-
lieres et femine. pagani Iudei et heretici pnt baptizare. dummo fuerit
forma. mā. et debitā intencōz ecclie. Unde hoc teste q' sic
declarauit eccla. sic ordinauit. et q' ei sic placuit sua auctenꝰ omnibꝰ
comicāē in necitatis articulo. Item nam maxima mutacio eciā in sacrato
matrimonij scdm successionem tp̄m circa eccliē facta est. Nā in p'rio
sue institucionis erat illimitatū. Ita q' masculus et femina interi
et germani poterat legittime matrimonialit' copulari. et post aliqu-
tam multiplicatōz gn̄is humani ordinatū fuit vt in p'ma linea
consanguinitatis nō contraheret'. Deinde post habundante multiplicatōz
vsu hoīm contrahendo sacm̄ ordinatū extitit vt nō in ppinquiori q̄m
in quarta linea consanguinitatis possit matrimonium contrahi. ¶ Ex quibꝰ patz
q' certus vsus sacratoꝝ conceditur pauc' tpe hoim. qui tm multitu-
dini exterius eius denegat'. Et sic patuit esse. ymo fuit ita. q'
in p'mitiua eccā q' adhuc deuotꝰ erat populus p'mi dabatur
eukaristie sacratū fidelibꝰ sub vtraqz spē. quibꝰ multiplicatis ppt' sepe emina-
ta picula quod paucis concedebat'. nūc multitudini denegat'. ¶ Ite
primꝰ deus in lege nāe qn̄ hoc matrimonij sacratū instituebat' statuisset
q' vnius viri tm vna esset vxor. et expsse put pz Gen̄ 2o. Unde
spūs scūs dixit per Adam Relinquet homo pr̄em suū et matre
suā et adherebit vxori sue. seq'. et erūt duo in carne vna. Nichilo9
lex mutata fuit in scīs patriarchis ut pz in Lameth q' p'mꝰ

nō

simul duas uxores habuit ut Abraham similiter et Jacob et in aliis etiam sub le-
ge constitutis. In quibus lex vetus uxorum pluralitatem videtur approbasse. Sed adve-
niente nova lege in qua perfectio evangelica exprimitur mutata est lex imperfectarum
atque in originem et reducta ad priorem institutionem et honestiorem ut unus unam et
e converso coniugantur in signum Christi et ecclesie unite sponse sue, de quorum matrimonio
ait apostolus ad Ephesios 5 Sacramentum hoc scilicet matrimonii magnum est, dico autem in Christo
et ecclesia. Hec autem reductio ad pristinum statum nullo modo legitime reductum ex quibuscumque
sacris literis nisi ex statuto et consuetudine ecclesie. Nec audebit quis dicere quod tempore
legis nature et tempore legis Mosayce non fuit in hominibus verum matrimonium aut quod ipsorum
fuit aliud sacramentum matrimonii a sacramento legis gratie propter dictum Christi in evangelio
loquentis de huiusmodi sacramento quod deus coniunxit coniunxit homo non separet. Item
sacramentum matrimonii et sacramentum penitentie in omni lege naturali scilicet Mosayca et
evangelica locum habuit quamvis in usu multipliciter fuerit commutata. Item
precipitur 27 capitulo Deuteronomii quod habitantibus fratribus germanis simul uno moriente
absque liberis uxor defuncti alteri non nubat, sed accipiat eam alter eius frater
ut suscitet fratris sui semen, quod et in nova lege ad aliquod tempus fertur per-
durasse, que tandem lex nulla ad hoc scriptura promovente per ecclesie consuetudinem et statutum
sublata est, quibus statuitur et prohibetur quod sponsus non possit contrahere cum aliqua con-
sanguinea sponse mortue usque ad quartum gradum consanguinitatis inclusive. Item
Salvator noster Jhesus, prout patet capitulo 19, accedentibus ad eum phariseis ad ipsum
temptandum et ab eo querentibus si licet homini dimittere uxorem suam ex qua-
cumque causa, ipse hec quasi diffiniendo respondit: Dico vobis quod quicumque dimi-
serit uxorem suam ex quacumque causa nisi ob causam fornicationis et aliam duxerit
mechatur. Et nihilominus sancta ecclesia katholica non solum ex hac causa sed ex
pluribus aliis permittit et facit rationabiliter divortia fieri, videlicet in frigidis et
maleficiatis, de affinibus et causis lepre et pluribus aliis. Ecce quot et quante
mutationes circa tam magnum et nature sacramentum auctoritate ecclesie contigerunt. Item
in sacramento penitentie quod ab Adam in paradiso accepit originem et debet du-
rare usque ad consummationem seculi, similiter mutatio magna facta est, secundum successiones
temporum. Nam tantum confessio sit post peccatum penitentie tempore legis nature ad eam tamen
deo faciendam mentaliter tenebantur. Succedente vero lege Mosayca ultra
hec homines obligabantur ad confessionem ceremonialem exteriorem prout per aliquod
sacrificium homines manifestabant se hoc vel illo peccato deliquisse, ut habetur Levitici
quarto vel quinto capitulo et ut habetur eodem libro 16 capitulo: Sacerdotibus manibus po-
sitis super caput hirci omnes filiorum Israel confitebantur iniquitates. Sed adve-
niente veritate evangelice legis, etiam confessionem vocalem de omnibus cogita-
tionibus, locutionibus, operibus et omissionibus clare et distincte faciendam
instituit ecclesia, sacerdoti auctoritatem et iurisdictionem habenti in secreto non ut
homini sed ut deo sine offensa quantumcumque honoris confitentis sub for-
midabilibus et execrabilibus penis precipiendo et mandando sacer-
doti ne quoquomodo signo aut verbo prodat aut revelet peccata confiten-
tis. De quacumque enim confessione singulariter et specialiter, quod solum sit secrete
et auricalariter fieri debeat sacerdoti nulla in scripturis sacris habetur ex-
traditione nisi quantum ad sic agendum spiritus sanctus monuit et direxit ecclesiam

que nichilominus originaliter fundat se in auctoritate clavium que ipsi ecclesie ab ipso
domino tradite sunt dicente petro Tibi dabo claves regni celorum Et quodcumque
ligaveris etc. Et Joh. 20° Quorum remiseritis peccata remittuntur eis et quorum
retinueritis retenta sunt ¶ Tercia igitur Sacerdotes sicut remittere peccata utique
competit quod agnoscant ea et sic spiritu sancto ducente sancta ecclesia confessionem ut premittitur
secretam statuit et ordinavit ¶ Item circa sacramentum ordinis videtur ecclesia
addidisse Nam in primitiva ecclesia erant tantum duo ordines dyaconatus
scilicet et sacerdotium Et secundum beatum Jeronimum idem tunc erat episcopus et sacer-
dos quo ad nomen non autem quantum ad rem quod tamen nunc non est ¶ Item
circa sacramentum eukaristie multa videntur addita vel mutata Nam
forma qua calix consecratur in nullo ewangelio in scriptura sacra invenitur sed
videtur per ecclesiam ex pluribus dictis ewangelistarum conflata et in ea sunt
aliqua addita ¶ Etiam in consecratione hostie ecclesia addidit hec duo
enim Ceterum Christus instituit hoc sacramentum et ministravit post cenam ecclesia tamen
commutavit et ordinavit ut non nisi a ieiunis et de mane ce-
lebraretur et ministretur nisi in necessitatis articulo ¶ Imminente etiam errore
de observacione legalium Leo papa ordinavit ut pro tempore in fermentato
conficeretur licet Christus confecerit in azimo Ad quem ritum postmodum cessante
dicto errore ecclesia reversa est Deinde etiam ordinavit ritum et modum
hoc sacramentum celebrandi cum talibus orationibus epistolis et ewangeliis secretis
ministris signis vestibus sacris in vasis consecratis in ecclesia in altari
cum luminaribus cum assistentibus et aliis que pro devocione et solemnitate
tanti sacramenti sunt de quibus per singula discurrere longum esset ¶ Item
in pluribus que apostoli statuerunt per successionem et temporum varietatem factum est
mutatum ¶ Nam apostoli in concilio suo Jerosolimis celebrato de quo habetur
actuum xv sublata circumcisione et omnibus quodammodo cerimoniis
veteris legis statuerunt ut fideles deberent tantum abstinere ab ymmola-
tione simulacrorum sanguine suffocato et fornicatione Et nichilominus
statim post predictam sublationem circumcisionis ¶ Paulus apostolus circumcidit Thimotheum
qui ex patre gentili natus fuerat propter vitare scandalum iudeorum qui erant in illis
locis ut habetur actuum xvi ¶ Insuper post dictum Concilium de cessatione
legalium apostoli et seniores qui erant Jerosolimis advenientem paulum propter
scandalum evitandum sustinuerunt adhuc cerimonias legales et voluerunt ut
paulus ascendens templum purificaret se et sanctificaret tamquam ambulans
et custodiens legem ut habetur actuum xxi capitulo ¶ Et post predictam celebrationem ex pluribus
preceptis que per apostolos fuerunt quedam commutavit Nam ex predictis quatuor
primo et quarto manentibus illesis scilicet de non comedendo de ymmolatis simulacris
sive ydolis et custodiendo se a fornicatione, secundum et tertium mutata
sunt ut et sanguinem edimus et suffocatum ¶ Item paulus apostolus dicit
oportet episcopum unius uxoris virum esse in quibus verbis apostoli includitur preceptum
et ex hoc et etiam ex ratione significationis bigamie specialiter est annexa
irregularitas Et nichilominus papa et multomagis ecclesia potest ymo

et defacto dispensavit in bigamis non obstante precepto predicti apostoli. Unde dicit
doctor sanctus in 4to dist. 27 in expositione ad dicta verba pauli. Quantum ad
ea que sunt de iure naturali et quantum ad ea que sunt de necessitate sacramentorum et fidei. Nec
etiam nec papa potest dispensare. Sed in aliis que sunt de institutionibus apostolorum
cum ecclesia nunc habeat eandem potestatem statuendi et destituendi quam tunc habuit
potest per eum qui primatum tenet in ecclesia dispensare. Propterea et lucius papa
dispensavit cum panormitano episcopo qui erat bigamus. Iste sancta mater
ecclesia docuit signum sanctissime crucis in fronte depingere. Ipsa docuit in eodem
signo benedictiones sanctorum sacramentorum consecratas pro defensione et contra insi-
dias malignorum spirituum sal et aquam benedicere et ea insimul miscere.
Ipsa docuit fontes baptizmatis benedicere, ~~prop~~ pro congregatione fide-
lium ad sacramenta percipienda, ad doctrinam divinam audiendam, ad divina misteria
peragenda, et ad laudandum deum specialiter ecclesias fabricari et cimiteria
ubi fideles sepeliuntur ordinare, et exequias mortuorum facere et omnem
alium ritum ecclesiasticum ipsa adinvenit, que per singula explicare dies nobis
penitus deficeret quam ista dicendi. In quibus immutationibus sequitur sancta mater
ecclesia pro locorum temporum et personarum varietate exemplum quod habuit a deo et a xpo
domino. Ita licet fides constituat deum esse omnipotentem, omniscientem, et invariabilem
et omnimode incommutabilem. Ipse tamen immutabilis et immobilis secundum exigentiam
et diversitatem temporum varias leges dedit, ut alter homo in statu nature, alter
in tempore legis, et alter in statu gratie salvaretur. Non quod tunc esset alia
fides quam nunc sed una et eadem per quam omnes iusti ab abel usque ad
ultimum iustum deo placuerunt. Iuxta illud apostoli una fides unum baptisma
unus deus etc. Et ita licet sit eadem fides mansit, cerimonias et
protestationes fidei, ipse deus immobilis et invariabilis secundum varietatem
temporum variavit. Ipse etiam dominus noster ihesus xpus magister et exemplum omnium
actuum ecclesie in assumpta humanitate suas sanctissimas constitutiones
et sua precepta iuxta qualitatem temporis pro informatione ecclesie mutavit.
Nam ut habetur matthei x, marci 3, luce 9 dominus ihesus xpus mittens suos
discipulos ad predicandum precepit eis ut non ferrent sacculum neque peram,
et similiter precepit eis in viam gentium ne abieritis, et in civitates sa-
maritanorum ne intraveritis. Nichilominus mutata conditione temporis et
ipse dominus mutavit sua precepta. Etenim instante passionis tempore quo eum
oportebat sua presentia corporali suos relinquere discipulos plurima precepta
relaxavit. Nam luce 22 ait. Quando misi vos sine sacculo et sine
pera, numquid aliquid defuit vobis. Dixerunt nichil. Tunc xpus dixit
eis, Sed nunc dico vobis. Qui habet sacculum tollat similiter et peram.
Et post resurrectionem suam ascensurus in celum, quos ante passionem suam
tantum ad iudeam miserat, misit in universum mundum dicens marci ultimo Ite
in universum mundum predicate evangelium omni creature. Et similiter matthei ultimo
Ite docete omnes gentes baptizantes eos etc. His nimirum exemplis divinis

et xpi hominis sancta vtilis ecclesia edocta Nichilominus a xpo et a spiritu sancto
directa Cum sciat nichil velle dominum nostrum xpm dominum nisi salutem nostram / et omnia
precepta · statuta · consilia et alia ad finem vnum et solum fine ordinari / precedam
mutaciones · variaciones · statuta · cerimonias · fecit statuit et ordinauit Si
igitur ecclesia katholica tot et tanta ducta et directa a spiritu sancto fecit in preteritum
statuit et ordinauit · iuste · sancte et racionabiliter et sine reprehensione / de ceteris
in diuinis xpi et apostolicis preceptis · limitaciones et interpretaciones fecit / quis tam
insanus et ebetis ingenij audebit asserere ecclesiam ex racionabilibus et vrgen-
tibus causis non potuisse communionem duplicis speciei mutare in communionem vnius speciei
precipue cum non sit de precepto xpi / nec aliquod detrimentum inferant non
communicantes sic sumendo / Si enim immutauerunt apostoli formam baptismi que
dat essenciam sacramento, taliter vt si quis nunc in ista forma qua apostoli ipsi baptiza-
bant baptizaret non esset baptismus / quanto magis possit ecclesia mutare /
vel tollere vnam speciem que se tenet ex parte ministri et ex qua nichil essentie
sacramenti dependet nec eciam sumenti confert / Si tot et tanta facta sunt tam circa hoc sacramentum
quam circa alia auctoritate ecclesie / mirum profecto videtur cur circa communionem et vsum
huius sacramenti ecclesia non possit statuere vt sit vel sic fiat Et si queratur quis
aut vbi aut quo tempore ante Constanciense Concilium fuit duplicis speciei in
vnam auctoritate ecclesie facta mutacio Respondendum est secundum Augustinum et habetur
distinccione xj capitulo Ecclesiasticarum Sunt dicit ecclesiasticarum institucionum / quasdam
scripturis quasdam vero apostolica tradicione per successores in misterio con-
firmatas / quasdam vero consuetudine approbauit vsus / quibus par ritus
et idem vtriusque pietatis debetur affectus / Et infra enumeratis pluribus
de quibus auctor / et locus et tempus ignorantur Subiungit / Hec et alia
in hunc modum non pauca nisi tacita ac mistica tradicione a patribus
ecclesiastico more ac veneracioni diligencia sunt in misterijs obseruata / magis
silencio quam publicato scripto huiusmodi sunt immutacio sabbati / et paschalis
festiuitatis · crucis signaculo · salis et cetera benediccio / multorum preceptorum
et cerimoniarum veteris legis immutacio / Multa quoque nunc in sacrificijs
sunt, vt est forma consecracionis calicis / benediccio fontium baptismatis
et multa huiusmodi de quibus sola consuetudo vtilis ecclesie auctoritate tribuit / Et
sic est circa communionem vnius speciei / cuius immutacionis et auctor et locus et
tempus ignorantur vsque ad Constanciense Concilium Sola enim racionabilis con-
suetudo et sanctorum Doctorum comprobata auctoritate probauit / quam postmodum
impellente aduersariorum instancia Idem sacrosanctum Concilium approbauit
Et vt postmodum non vt consuetudo tamen / sed vt statutum et ordinacio
ecclesie vtilis veneraretur ad laudem omnipotentis dei qui est benedictus
in secula seculorum Amen / facili et manuali solucione dictarum

Ultimo vero et finaliter pro / auctoritatum et aliarum quas pro se adducunt
aduersarij Notande sunt diligenter Septem regule Primo itaque sciendum
quod quamuis plures auctoritates sacre scripture et eciam sanctorum loquuntur indif-
ferenter de communione sub vtraque specie panis scilicet et vini / non tamen intendunt

preceptum non dicunt huiusmodi communionem sub utraque specie quo ad laycos esse de necessitate salutis vel de precepto Christi. Et sic omnes huiusmodi auctoritates adducuntur per eos fratres frivole et impertinenter meliusque contra veritatem katholicam concludentes. Cuiusmodi sunt auctoritates Apostoli prima ad Corinthios XI que indifferenter loquuntur tam de sacerdotibus conficientibus quam laycis, in quibus tamen nullum preceptum exprimitur, ut plene patuit loco suo dum de ipsis supra ageretur in speciali. ¶ Secundo sciendum quod auctoritates tam sacre scripture quam eciam doctorum multorum sanctorum mencionem de communione sub utraque specie continentes in se preceptum vel vim continentes precepti, ut in pluribus loquuntur, et sunt intelligende de sacerdotibus conficientibus et sacrificantibus quorum est conficere hoc sacramentum et sub utraque specie sumere propter perfectam significacionem et representacionem dominice passionis et mortis, spiritualis refectionis complete et aliorum que in hoc sacramento representantur, non autem de communione laycorum quorum capere et sumere est solum propter efficaciam, non autem propter representacionem. Cuiusmodi est auctoritas Christi qui solis apostolis quos in sacerdotes constituerat precepit ut hoc facerent sub utraque specie in suam commemoracionem. Hoc modo eciam intelligitur Canon Gelasii Comperimus, de quibus in locis suis dictum fuit supra. 2a regula

¶ Tercio sciendum quod auctoritates de huiusmodi communione de utraque specie et similes sanctorum, si que forte sint loquentes preceptum vel vim precepti quo ad laycos, restringende sunt ad tempus illud in quo mos ille in ecclesia servabatur. Consuetudo enim que habuit ex causa racionabili originem, sive fuit generalis semper in tota ecclesia sive in aliqua parte notabili reputata in sua nacione vel regno, sive eciam in una provincia aut dyocesi, vim habet obligativam legis et precepti. Nec alicui prelato licet contra eam agere aut ipsam sponte sua preterire in loco ubi generaliter observatur, ut dicit Augustinus ad Casulanum presbiterum. Quia mos populi dei et instituta maiorum pro lege tenenda sunt. Et sicut prevaricatores legum divinarum, ita contemptores consuetudinum ecclesiasticarum coercendi sunt. Unde, si quis latinorum in orientali sive greca ecclesia, ubi more ipsorum generaliter in fermento conficitur, in azimo conficeret peccaret, ut dicunt doctores communiter et expresse. Sic grecus apud nos agens in fermento propter diversitatem consuetudinis ecclesiarum. Quia igitur Christus ita sub duplici specie discipulis in ultima cena ministravit hoc sacramentum, [illegible] sequentes hunc ritum tenuit, et in multis ecclesiis indistincte [illegible] ad non conficientes hinc est pro inviolabili consuetudine et lege. Nunquam tamen hec consuetudo ministrandi laycis sub utraque specie fuit in ecclesia omnimode generalis, quod eciam tempore apostolorum legitur Actuum primo 2° capitulo. Quia erant perseverantes in doctrina apostolorum fideles et communicacione fraccionis panis et oracionibus, et in fine capituli, quod erant fideles frangentes panem circa domos cottidie, quod utique de pane sacramentali doctores intelligunt. Et specialiter Magister hystoriarum in hystoriis scolasticis, ubi nulla mencio fit de vino aut de potu. Nec est verisimile quod in tanta re ab hoc ritu ecclesia tam generaliter recessisset nisi in aliquibus exemplo aliquo precedente deducta, quod apostolis et primitiva ecclesia, eciam romanis et aliis causa gerentibus. 3 regula

¶ Auctores igitur loquentes sub precepto de laycis restringende sunt ad tempus et ad ecclesias in quibus

hmoi consuetudo pro lege habebatur quia consuetudine cessante cessat
obligacio hmoi auctoritas et vitas quia quibus auctus vel ex causa tm̄ cessate
inpugnator taliter sit cōn̄ nos loquit͛ qz forte ignorat virtutez martirij et quid
ipm sustinentib9 boni et eius opat͛ Dicit namqz Augus de ecclia͛s dogmatibus
Baptizate tm̄ iter salutis credimus nullum cathecuminum qui in bonis opib9 defunctus
vitam eternam h'ere credimus excepto martirio vbi tota baptismi sacra cōplet͛
Baptisandus cōfitet͛ fidem suā corā sacerdote Interrogatus rndet hoc et mar-
tira psecutore facit Iste et cōfitet͛ fidem et interogatus rndet ille post con-
fessionē vel aspgit͛ aqua vel tingit͛ et hic vel aspgit͛ sanguine vel tingit͛ igne
Ille manus impositone pontificis accipit spm̄ scm̄ hic habitaculum efficit͛ sp̄s scti
dū nō ipse qui loquit͛ sz sp̄us pr̄is qui in illo ē loquit͛ Ille cōicat eukaristie
in comemoracionē mortis dn̄i nr̄i ihu xpi hic ipi xpo cōmorit͛ Ille cōfitet͛
se mundi actib9 renunciasse hic ipi renunciat vite Illi pccā omnia remittunt͛ In
isto extinguunt͛ hec ille Et patet qz martiriū sup ipa sacrā donat virtutez martirib9 Ter-
cio dico qz pruilegia singlāria nō sunt in legez cōmunem trahenda dicit Ieronim9 sup
Ionam et habet͛ 25 q 1 nō exēe Quarto an similiter possz argui qz nec sub vna
spē layci forent cōicandi cū xpus nec sub vna spē latronē cōicauit et plurimi sctorum
pr̄um patrum qui martirium pciauerūt Post hec inpugnator dicit qz de nullo Aplorum legit͛ qz huiusmodi cōmunionez discipulis
Aplus paulus etc Quidēs qz visibile ē xpi fidelib9 multis qz Apli magistrum xpi sub
vtriusqz spē et amorez feruentez quē in pectore h'ebat in in omnib9 et verbis eius
obsuabat sic veri discipli magistrum suū in doctrina omnimode venerabant͛ cōmunis
scriptura nō semp omnia exprimat Et vtit͛ mos suo arguendi ymo nō legit͛
infantez qz baptisasset qd certū Et dicit inpugnator qz apud solos Corinthios
erat cōsuetudo sic cōicandi spē sub vtriusqz Quidēs qz hic iam implicat scripture
cōdicendo nam pcōntra credit qz hec cōmunio vigebat tpe dionisij tpe Cipriani
et tpe scti Donati qd nō apud solos Corinthios erat hec cōsuetudo Et
mira res ē qz duo testes in ead mā loquentes vnus sz dn̄us Petrus paulus
doctor de Concilio Constan et mgr Iohnes de Ragusio Concilio Basilien
incorporatus nō cōcordant sz variant in sua attestacione Nam primus dicit
ad auctores p Bohemos Concilio Constan destinatas credit tpe plurimorum

doctore ipam comunionem in certis ecclesiis observatam qui etiam videtur non negare quin tempore
Gregorii mos communicandi populos fuit in ecclesia Romana sic hoc et Augustinus tangit in ser
mone de sancto laurentio Benedictus quod deus quod etiam antiqua ecclesia Romana ritum
missionem tenuit Iste vero secundus testis dicit quod hec communio non pluribus ecclesiis sed apud
populos Corinthios consuetudinem obtinuit Sed quia testes vari et sibi ipsis adversi in eadem
causa et attestatione sunt reiciendi ut patet de extra de testibus quod et cetera Post hec vero im
pugnator et indubitanter si fuisset Christi preceptum videntur quo ad omnes communicare sub
utraque specie sanctus paulus expressius scripsisset de ipso tam Corinthiis quam aliis fidelibus
Et insuper similiter quilibet Apostolorum et doctorum scripsisset aliquid de huiusmodi precepto
sine quo non esset salus hominibus quod quia non fecerunt ideo indubitanter tenendum est
quod non sit preceptum Christi Eciam quod Apostolus multas doctrinas tradidit quibusdam ecclesiis
quas tamen aliis expresse non scripsit non ex hoc voluit quod ecclesie alie ad illas non
sint astricte et alligate Nam dicit ad Ephesios iiii Qui furabatur iam non furetur
magis autem laboret operando manibus suis ut habeat unde tribuat necessitatem patienti
Et item illud i Corinthiorum x Si quis dixerit hoc immolatum non est manducare Et item illud
Collocensibus iii Patres nolite ad indignationem provocare filios vestros ut non pusillo
animo fiant Hec et alia multa scribit certis et particularibus ecclesiis et tamen alie ecclesie
ad huiusmodi precepta sunt obligate Eciam multi Apostolorum scribunt de ipsa tacenda
saltem per expressum et tamen omnes fideles ipsam obligant fugere usuram sub
pena dampnacionis patet quod quod probacio impugnatoris est insufficiens et invalida Et
sicut dicit impugnator Apostolum recitative Corinthiis narrare qualiter Christus sub duplici
specie hoc sacramentum instituerit dixit etiam coram auditorio sed nescio cur hoc scripto suo
non inseruerit scilicet quod paulus sub utraque specie permisisset Corinthiis communicare ob eam
causam quia cum gentiles erant sacrificium in suis sacrificiis offerebant et tunc corpus sa
cerdotis oblacione paulus non volens Corinthios retrahere permisit illis sub utraque specie
communionem Hec ille Omnia primo risu digna sunt hec et huiusmodi impugnatoris fig
menta robur certitudinis et virtutem non habencia Sed illud figmentum est quod paulus verba sua
de sacramento narrasset recitative Cum quidem illa verba Ego accepi a domino et cetera sint pro

An paulus Corinthiis recitative locutus sit An preceptive

posita sunt narratoria sed non omnia preposita patet namque ex verbis Apostoli quod verba
que protulit de cena dominica sunt scripta a Christo et omnis sunt verba Christi quam Apostoli que
ipse Christus per Apostolum legatum suum misit populo Corinthiorum iniungens eidem tam de
prima specie quam de secunda ut accipiat panem et manducent et similiter calicem acci
piant et bibant astringens eos ad utrumque illo verbo bis dicto hoc facite in
meam commemoracionem Et quod sic Apostolus intelligit patet per consequencia cum dicit hoc
facite quocienscumque biberitis Ex quo evidentissime claret quod Apostolus applicat sibi et
Christi preceptum ad bibicionem et sic ad ipsum calicem sacramentalem et non solum ad consecracionem
sacerdotalem Et ex hoc habetur quod sacramentalis bibicio est de Christi et Apostoli precepto populo
christiano Nec hoc potest adversarius subterfugere dicentes quod sic intelligit dictum Apostoli
hoc facite id est conficite Cum enim scribat populo Corinthiorum sequeretur quod daret toti populo
potestatem conficiendi quod quia falsum est et erroneum relinquitur per illa verba hoc facite
precipit illis manducacionem et bibicionem sub utraque specie pro eo quod bis repetit illam
preceptionem Item ad idem et conformiter ad predicta glosa ordinaria exponit prefata

verba Apostoli et dicit hoc facite i. hoc quod dixi facite scilicet corpus meum accipite et manducate in meam commemoracionem i. in memoriam passionis et mortis mee ut sic precessi sequamini hec glosa Et patet per illa verba hoc facite Christus et Apostolus non solum precipit consecracionem sed et manducacionem et bibicionem sacramentalem et per consequens usum sacramenti et communionem Item ad idem Lira dicit super illo verbo hoc facite per hoc innuit iniungit ecclesie huius sacramenti usus hec Lira Et super illo accipite et manducate dicit in hoc tangitur usus huius sacramenti quod a fidelibus sumitur ut Christo per acquisitam graciam magis incorporentur hec ille Ex quo patet iterum quod Christus et Apostolus illo verbo hoc facite super utraque specie dicto iniunxit et sic precepit usum sacramenti huius fidelibus Idem enim est iniungere et precipere ut sciunt gramatici nec obstat quod dicit hic adversarius calumpniando sinistre scripturam apostoli scilicet quod Christus illo verbo hoc facite precepit facere solam consecracionem et non sacramentalem communionem cuius oppositum patet primo per exposicionem sanctorum iam hic dictorum Secundo de hoc patet quod Christus inseparabiliter volt hic manducacionem et bibicionem in sui commemoracionem sic utrumque precepit et iniungit Item ad idem Apostolus loquens in eodem capitulo de cena sacramentali incipit preceptiue cum dicit hoc autem precipio non laudans quod non in melius sed in deterius convenitis Ubi glosa ordinaria Augustini dicit Causa hic ostendit quare ea de quibus non est dispensandum sed auctoritate precipientis accedendum unde ait hoc autem precipio et scilicet non dissentientes solercia monitoris sed precipientis auctoritati attendamus Et infra precipio utique non laudans sed improbans quod convenitis ad cenam dominicam non in melius sed ut deteriores in deterius scilicet non ad usum perfectionis ipsius cene i. ut perfecte utantur ea non detrimentum in usu paciantur Et conformiter loquens eadem epistola capitulo xiiii dicit Si quis videtur propheta esse aut spiritualis cognoscat que scribo vobis quia domini sunt mandata Si autem ignorat ignorabitur Ex quo patet quod omnes prophete i. predicatores et alii spirituales tenentur cognoscere ista mandata domini que scripsit de baptismo de eukaristia et aliis sacramentis ad ipsos Corinthios et per eos ad ceteros eciam in hoc sub pena ignorancie seu approbacionis divine Item idem Apostolus in conclusione ex precedentibus et preceptiue mandat populo Corinthiorum dicens Probet autem seipsum homo et sic de pane illo edat et de calice bibat Et infra omnibus indirecte dicit Itaque quicumque manducaverit panem hunc vel biberit calicem domini indigne iudicium sibi etc Quod autem preceptiue loquatur hic Apostolus patet per Augustinum in libro de salutaribus documentis sic dicentem Seipsum vult Deus edendum qui dixit Ego sum panis vivus qui de celo descendi Sed unusquisque antequam corpus eius et sanguinem accipiat seipsum probet secundum apostoli preceptum et sic de pane illo edat et de calice bibat hec Augustinus Ex quo plane patet quod secundum eum Apostolus verba superius dicta loquitur ad populum preceptiue mandans se probare et sic de pane illo edere et in hoc de calice bibere Unde dicit Thomas super quarto q lxiii Sed homo peccat obmittendo et contempnendo sic communicare quia sic communicare non solum est in precepto sed probare se et preparare quod quia iste non facit ideo peccat hec Thomas Patet igitur ex hiis dictis quod non loquitur Apostolus illa verba preceptiue probet seipsum homo narratorie sed preceptiue patet eciam quod communio ipsa est de necessitate salutis quod negat impugnator Unde Thomas in suis quolibetis super quarto q. l. i. ubi monens communionem istam utriusque communio sacramenti sit de necessitate salutis Credendo ad illud et credendo in forma communionem sic dicit Dico quod omnibus fidelibus viatoribus communio huius

Et preceptiue · Ex ... glo

Sacramenti et duplex eius manducacio pertinet ad necessitatem salutis nisi necessitate ci^lus
non contemptus excludat quidem vel evacuet et hoc propter duo scilicet propter efficaciam et
utilitatem sacramenti et propter auctoritatem precepti hoc thomas Exponens patet quod plane loquitur quod
quomodo sacramentalis omnibus est de necessitate salutis Et idem dicit scripto suo super iiii^o di xii
q^e sacramentum eukaristie eciam sine ministracione esse est necessarium non simpliciter et sine quo non esset
salus sed ex supposicione finis scilicet si homo in hac vita spirituali finis perficere vellet hic ille
sine quod sacramentum eukaristie eciam sine ministracione esse dicit esse necessarium Et ad idem in eo capitulo
Remissionem 6 Sed nondum tractans de sacramentis necessitate dicit Prima necessitas non habet
legem sed ipsa sibi facit legem illa sacramenta que saluti sunt necessaria auferet et admitti
non debet hec ibi Cum autem ex sacramentis necessitate est sacramentum eukaristie Et quod necessitas illa
qua illa quinque sacramenta necessaria non habet legem sed ipsa sibi facit legem propter quod auferri
vel admitti non debent hoc autem proprium est necessitatis legis divine quia sola sibi facit
legem absque hoc quod aliquis homo statuat sibi vel ponat legem Patet ergo ex iste
maioribus quod quomodo sit de necessitate salutis cuius oppositum impugnator non est veritus asserere

Nam vero conversus ad probacionem quam facit per Concilia per sua intencione accedo Et pro
sexto primo Constantinopolitanum allegat quod dicit Extra sacrificium ceremonias
in ecclesiis celebrari etc. Ubi dicit impugnator quod canon ponit distinctionem inter quandam
laycam et sacerdotalem et quod quandam laycam vocat ceremonias etc. Conclusio mira
rotacio et instabilis impugnatoris qui iam quandam laycam vocat ceremonias iam post
in secundo folio corpus christi Iam viaticum iam panem benedictum vel corpus christi si quod
sui ipsius stabilimentum non habet potuit autem iste canonis sensum extortum et excogitatum
dicens primam partem de laycis fore intelligendam cum dicat extra sacrificium i preter sic excipit
sacrificium excludat etc. Sed sciat impugnator veritatem vocabuli extra Cum iam dicit Iohannes Tannen
in suo Catholicon eius adverbium loci i ex ista parte unde eius et extra sunt eiusdem significacionis nisi
quod eius tantum est locale sed extra quinque locale quinque temporale ut extra diffinitum temporis Et a extra
extra ... primus ex hac parte hec ille Canon ergo exponit extra sacrificium ceri
monias etc. i preter sacrificium sed magis dicit cum Tannen extra sacrificium i ex ista
parte erga sacrificium celebrari ceremonias Et nec video in quo canon iste sibi vel
modicum quid ad propositum deserviat sed considero glozas instabiles et extortas sicut et
ceremonias dictas quandam laycam quod ex proprio sibi fingens confinxit capite ut estimo
Ad Concilium autem xi^mum Toletanum quod allegat trahens ex eo licet minus bene
et dicens Sequens decreto manifestissime ostendit quod eciam tempore primi Concilii Tole-
tani infirmi tantum sola hostia communicabant etc. Ibi dico quod male adducat hoc
Concilium nec aliquid pro se facit Unde pro intellectu illius Concilii sciendum quod quod
primum Concilium Toletanum statuebat ut si quis eukaristiam a sacerdote acceptam
non deglutiret et eiceret velut sacrilegus repelletur Et quia in illo Concilio non
fuit distinctum de voluntate cum et infidelis hec tunc infideliter agat et fidelis
accipiat fideliter sed necessitas enim deglutire non sinit quod in articulo(?) fidelibus mortis(?) exitu
mortis qui sterilitate primi contingit nil possunt deglutire nisi aliquid potuli
Vult ergo Concilium hoc ut si quis fidelis non per infidelitatem hoc agens necessitatis
sterilitate preter dimidium calicis haustum traditam sibi eukaristiam non possit deglutire
sed reiciet ut non propter hoc a corpore ecclesie separetur quoniam talia non infideliter sed necessitate
fecit Et hoc declarat illa causa quam impugnator obmisit illud ubi sic prodit

non ergo huiusmodi a corpore ecclesie separandi sunt quia talia non infidelitate sed necessitate fecerunt
nec hoc dicat quod quia de precepto domini talis haustus etc. Ipsum Concilium deponere aliquem presbyterum
sed innuit quod ante talis dominus dicit nisi manducaveritis etc. quia michi tibi perit suscipere si contingere
eos recipere non pro sacrilegis reputandi sunt et sic declarat Canon quid sit agendum si ea
everint sacerdotes eukaristiam Et Concilium xiii Toletanum moderatur primum textum non sicut
dicit impugnator quod luce clarius patet sub specie sola panis tunc temporis statuit communionem
infirmis ministrari debere Unde verba sequentia illius Concilii Toletani declarant
que tamen impugnator obmisit Unde sequitur ibidem Non ergo huiusmodi a corpore ecclesie
separandi sunt cum talia non infidelitate sed necessitate fecerunt presertim hii de quibus
nichil fidei sinistre sentitur placuit ergo diffinire quod nec fideli officiat nec infide-
li nullum existat Cuicumque ergo fidelis inevitabili qualibet infirmitate coactus
eukaristiam perceptam reiecerit in nullo ecclesiastice dampnacionis sentencie subiaceat Similiter nec
illos cuiuscumque pollucionis censura redarguet qui talia aut tempore infancie fecerint
aut in qualibet mentis alienacione positi quid fecerint ignorare videntur Tamen vero
quicumque aut de fidelibus aut de infidelibus vero corpus domini absque inevitabili ut
dictum est infirmitate proiecerit si fidelis est perpetua communione privetur si infidelis et ver-
beribus subdetur et perpetuo exilio relegetur quia si horum quilibet huiusmodi excessus digni
pene satisfactione defleat vix quisquam licitum est illum communioni pristine refor-
mari Decretum ibi etc. ¶ Post hoc ad Concilium Tenense quod adducit etc. Dico quod in-
sibi desinit ad propositum sed arguit ab auctoritate negative dicens In quo decreto solum
fit mencio de corpore Christi et nullo modo de vino aut de sanguine Et hec etc. in
patet Item ad Concilium Carthaginense et habetur de con. di. ii capitulo Presbyter Dico
quod illud Concilium non est contra nos Ad glosam ibidem allegatam et positam et ad
Archidiaconum et ad glosam super capitulo Comperimus etc. ¶ Inde quod loquitur secundum
consuetudinem et prosuetudinem excusanda sic et infiniti ad doctores modernos re-
spondeo latius dictum etc. ¶ Post hoc allegat canonem de l. capitulo Si quis et
habetur ex Concilio Agathensi Similiter allegat Pelagium papam 3 l. v
Si episcopus Item ex Concilio Sardinensi duo decreta que ut impugnator dicit
non solum infirmis sacerdotibus sed etiam sanis ab eorum officiis depositis et sanis
conciliis concessa est unius speciei communio quam vocat communionem laycam sub specie panis
tantum et ad hoc sunt omnes doctores Iuristanonici ut ipse dicit scilicet quod communio similiter
sub una specie dicitur layca quibus credendum est utpote expertis et peritis in arte sua
Et adducit pro illo Abbatem qui exponit communionem laycam i. corpus Christi etc. ¶ Video
ex omnibus allegatis suis nec unum adhuc video quod sit sic ipse glossat laycam
communionem scilicet i. communionem sub specie panis tantum Sed in registro decreti lego capitulo + Com-
quod pluribus modis dicitur communio laycalis patet cessatio ab officio inter laycos de l. Si
quis Item acceptio eukaristie pro electos cum laycis dis. l. Accedens Item
acceptio eukaristie tantum ter in anno sicut statutum est laycis de con. dis. ii Et si non
et pluribus capitulis sequentibus et etc. Seculares et ii capitulo sequenti Item acceptio panis benedicti
qui solet dari laycis in diebus dominicis vel vitare de con. dis. ii Dicitur Ut quod
aliter distincto panis communionis laycalis quam impugnator dicit unitate speciei scilicet panis
tantum communem appellans sed nec unum doctorem super hoc ostendens ¶ Post hoc adducit
Clementem papam et habetur de con. dis. ii Tribus gradibus commissa sunt etc. Sequitur
capitur quod reliquie corporis domini custodiende sunt a presbiteris dyaconis et ministris cum

Innocencius i. oblacio hostiarum i. pane benedicto vel corpore Christi etc.

magna diligencia et nulla penitus mencio de reliquiis vini vel sanguinis siue de cu
stodia eius. Item adducit et Synod. Cameracen. de con. dis. ij c. In quibus vbi
licet dicit quod nulla sit mencio de sumpcione de vino et potu, ad ostendendum quod sufficiat
sumere sub vna specie. Et ideo quod modo suo consueto arguit per locum ab auctoritate
negative. Cuius modus suus non arguendi possit argui quod quia ministri ecclie dicuntur ut cum maiori
diligencia reliquiis corporis christi custodiant et nulla sit mencio de reliquiis san
guinis, ergo sub vna specie officiauerunt tunc temporis et non sub duabus, sed sicut consequencia
non valet arguendi sic nec illius deducio. Nouissime vero adduxit Concilium
Constanciense et bullam Martini pape editam super dampnacione communionis calicis
ad plebes. Vbi dicto ut colligitur ex sententia et decreto Concilii Constanciensis et eius
articulis ex ea tractis et bulla. Innocencius credit et tenet quod christus post cenam suam
instituit sub vtraque specie panis et vini hoc venerabile sacramentum, et sic sub vtraque specie
suis discipulis ministrauit. Et sic ut dicit vna cum eo ecclia primitiua tenuit. Ex quo
liquide apparet quod ipsa ecclia Romana non dicit nec audet dicere illam communionem
in se esse erroneam nec audet ecclie primitiue in hoc dicere dampnatam
nec alias ecclias orientales priorum audet dicere ex hoc esse erroneas quas
beatus Gregorius sic pacientur et cum hoc in fine concordantes nunquam non
dampnauit sed potius approbare. Et sic quia patres eius doctores scribendo in
illa materia concedunt illam communionem sub vtraque specie in ecclia primitiua fuisse licitam
et catholicam non erroneam. In hoc ergo quod ipsa Synodus Constanciensis huius ipsam communionem
pro indifferenti declarauit potius ad consuetudinem quam estimat laudabilem, et
precedens indicauit illam approbat et quia ut creditur hoc non facit ex obstinacia
pertinacia sed ex inaduertencia seu leui ignorancia non ex hoc a nobis censetur
heretica. Patet tamen aliud non adest presertim cum in suis negociis iudicialibus tot ma
lorum suggestionibus et tot falsissimis accusatorum rumoribus quibus dicebatur quod
in Bohemia in plateis et tabernis communicaret calicis sacramentum cum refusionibus monstruosis
irreuerencia sic malis informacionibus seducta, quod quia christus cenam communicet
sub duplici specie in Bohemia. Et quia iudicium ecclie sepe sequitur opinionem non rei
veritatem ut dicitur extra li. vto titulo 39 de sententia excommunicacionis ca. a nobis. Accedit
non mirum consiliis suis fecit nobiscum, sed dicere contra nos procedens sententiam in nos veluti
hereticos accendos per brachium seculare ut contestem fulminando, ad quod idem
Concilium nec sumus vocati siue citati nec de errore conuicti aut errorem
proprium confessi. Ipse dominus qui cuncta que fiunt adducet in iudicium pro omni errato
siue bonum sit siue malum. Fuerunt namque et tunc temporis aliquot magistri dispositi et de
putati ad Concilium Constanciense aggrediendum et visitandum materiam communionis cum scrip
turarum expensis fulcimentis coram prefato Concilio cupientes, sed videntes sententiam contra
se latam dicam a proposito desteterunt etc. Rogo ista ponit quanta sit auctoritas sacrorum
Conciliorum etc. Ad hoc probat vice dicere obmitto, sed si deus dedit aliquid de ecclia
de ecclia dicere tunc et de auctoritate Conciliorum dicetur. Deinde attendens ad consuetudinem
probat ex consuetudine ecclie dicens communionem sub vna specie ex antiquissimis temporibus et ex
multis centenis annorum velut fore in ecclam introducta etc. Et postea in fine
et conclusione actus sui dixit ostendendo quod nec auctorem nec locum nec tempus sciunt
de porcione calicis ad plebem vsque Concilium Constanciense sed ipsam consuetudinem dicit per legem

Concilium constantien

Iudicium ecclie

suandam. sic et hic subdit quod nullus doctor laudatam communionem sub una specie potuit
aut scivit assignare tempus originem quo hec consuetudo vel ortum hunt spe antiquitatem
suam. Et dicit impugnator quod indubitanter tenendum est quod communio sub utraque specie
numquam fuit in ecclesia de vel consuetudine ecclesie. Et ante hec dicit quod circa ccc annos
ceperunt doctores approbare consuetudinem in communione sub una specie. Videos primo magnum
dubium est quod numquam solvisti nec deinde tamen probasti et mirari res quod tempore illorum
magnorum doctorum antiquorum qui ante mille annos floruerunt et post si communio sic valde
viguisset in ecclesiis patris ut patet in conbustarum sub utraque specie. sic in Roma tempore
beati Sixti prout testatur Augustinus scribit in sermone de beato laurencio. Et dingelspuel
de Concilio Constancie scribens hoc credit et in aliis ecclesiis si viguisset communio
sub una specie tamen illi doctores et veteres pastores quod non scripsissent aliquid contra
sub una specie communionem petitissent approbando et causas eiusdem allegando. sed cum
illi antiqui tacerent quia tunc non fuit diversitas erga illos in ipsa communione
sed dumtaxat in una ecclesia petitissebatur de duabus speciebus. hoc idem et aliis sonabat
Isti vero doctores posteriores ceperunt consuetudinem in ecclesia visitare prout scivierunt
et potuerunt excusare. De consuetudine vero dico quod plerique potius consueta sequi — Consuetudo
volunt quam utilia plus usitata quam salutifera. Semper sanctus et validas rationes
sibi obiectas recipiunt sed conculcant et respuunt veritates que dicunt potius quam
fideles. De quibus bene dicit glossa ordinaria Philipp. 3° super illo verbo Videte canes
videte malos operarios, videte id est cognoscite illos esse canes non ratione sed
consuetudine contra insolitam veritatem latrantes. Hec est enim canum natura ut circa
quibus sunt consueti sive boni sint sive mali non latrant ad eos. In solitarum
autem personis visis et innocentibus irruunt. Bene ergo canibus comparat quia sicut
canes magis consuetudinem sequuntur quam rationem. Ita pseudo apostoli consuetudinis
legem tenent et contra veritatem irrationabiliter latrant et mordent. hec ibi. Alii
autem sunt qui plus salutaria quam usualia sequi distinguunt. plus legem quam regem
et plus deum quam homines adtendentes. Cum si aliqua verba et christianitati salu
taria reperiunt etiam si sint insolita dummodo certa sint non suspendunt sed fidelissime
docent et insinuant et pro morte et vita, pro fama et infamia, per pacem et
contem veritatem rationabiliter predicant et defensant. Sic fecit Moyses sic Ysaias
Jeremias Daniel et Ezechiel et quilibet alius prophetarum adversus impias prave
consuetudinis consurgentes. Sic Christus fecit et quilibet suus apostolus ut notat totus
novi testamenti discursus. Nam tota fides nostra non inveniendi consuetudinibus
sed contrariis veritatibus per gladium et sanguinem plantata est crevit et radi
ces misit in terram. Non ergo culpanda est discordia que venit ex renovata
et primitive ecclesie concordia sed potius illa que ab impugnatore vel ab aliis
sibi similibus consurgit et consurrexit radicitus est evellenda consuetudo perniciosa
Nicolaus Papa Firmiensi Archiepiscopo et habetur de. viii°. ca° mala aut
ubi dicitur mala autem consuetudo non minus quam perniciosa corruptela vitanda est
que nisi citius radicitus evellatur in privilegiorum ius ab impiis assumitur

et incipiunt prevaricationes et vane presumptiones celebrari nec expresse per legibus
vendicari et privilegiorum more prescripto celebrari sequitur Item Augustinus veritate
manifestata cedat consuetudo veritati plane quis dubitet et veritati manifestate
consuetudinem cedere Item nemo consuetudinem rationi et veritati preponat quia consuetudinem
ratio et veritas semper excludit Hec Augustinus de unico baptismo li. ii di. viii capitulo
veritate Item si consuetudinem fortassis opponas animadvertendum est quod dominus dicit
Ego sum veritas non dicit Ego sum consuetudo sed veritas Et certe ut beati Cipriani
utamur sententia quelibet consuetudo quantumvis vetusta quantumvis vulgata veritati omnino
est postponenda et usus qui veritati est contrarius est abolendus Hec Gregorius papa
Guilmundo aversano episcopo viii di. capitulo Si consuetudinem Item qui contempta
veritate presumit consuetudinem sequi circa fratres invidus est et malignus quibus
veritas revelatur aut circa deum ingratus est inspiratore cuius ecclesia eius instruitur
Nam dominus in ewangelio ait Ego sum inquit veritas non dicit Ego sum consuetudo
Itaque veritate manifestata cedat consuetudo revelatione ergo facta veritatis cedat
consuetudo veritati Quia et petrus qui circumcidebat cessit paulo veritatem predicanti
Igitur cum Christus sit veritas magis veritatem quam consuetudinem sequi debemus quia consue-
tudinem ratio et veritas semper excludit Hec Augustinus in li. de baptismo parvulorum
viii di. capitulo Qui contempta Item frustra inquit quidam qui ratione vincuntur
consuetudinem nobis obiciunt quasi consuetudo maior sit veritate aut non sit
in spiritualibus sequendum quod melius a spiritu sancto revelatum est hoc plane verum est quia
ratio et veritas consuetudini preponenda est sed si consuetudini veritas suffragatur nichil
oportet firmius retineri Hec Augustinus li. iiii de baptismo viii di. Frustra Consue-
tudo que apud quosdam irrepserat impedire non debet quominus veritas pre-
valeat et vincat Nam consuetudo sine veritate vetustas erroris est propter quod
relicto errore sequamur veritatem scientes quod et apud Esdram veritas vincit
ut scriptum est Veritas valet et invalescit in eternum et vivit et obtinet in
secula seculorum Idem ignosci potest simpliciter erranti sicut de se ipso dicit Apostolus
paulus qui prius fuit blasfemus et persecutor et iniuriosus sed veniam meruit
quia ignorans fecit post inspirationem et revelationem veritatis sciens qui in eo quod er-
ravit perseverat prudens et sciens iam non in venia ignorantie peccat pre-
sumptione enim et obstinatione quadam nititur cum ratione superetur Hec Ciprianus
viii di. capitulo Consuetudo Et eadem di. capitulo Si solus Si solus Christus audiendus
est non debemus attendere quid aliquis ante nos putaverit faciendum sed quid ante nos
Christus fecerit Neque enim hominis consuetudinem sequi oportet sed dei veritatem Cum per ysaiam
prophetam loquatur deus et dicat sine causa colunt me mandata et doctrinas
hominum docentes Hec ille Augustinus ad Casulam presbyterum di. xi Consuetudinem Con-
suetudinem laudamus que tamen contra fidem catholicam nil usurpare dinoscitur Hec ille
Dico ergo quod consuetudines ecclesie que sunt pro honore dei utilitate proximi et devotione
excitanda in plebibus vel ad exultationem veritatis non sunt contempnende sed sic
non consuetudines veritati derogantes prout de hoc sunt iam decreta plurima allegata
Patet ergo quod male impugnator infert dicens Cum itaque predicatio verbi sub precepto sit

qua ad laycos sit contra consuetudinem ecclesie utriusque tamquam superflua et superstitiosa
repellenda est. Sed dicit doctor. Cum tamen communio sit contra consuetudinem ecclesie que
consuetudo est pro honore utilitate primorum devocione in plebibus excitanda sive
pro exaltacione veritatis et ut superflua et superstitiosa repellenda. Sed illam non probat
neque probabit

Iam autem ad probacionem quam facit ex sanctorum doctorum attestacione modo suo communi utitur
fundamento super mala gratia quia dicit quod doctores in locis innumeris de huiusmodi sacramento et
sermone facientes mencionem nichil de potu aut vino meminerunt sed pro hoc credens suf-
ficere sub sola specie communionem. At si quis argueret in hoc dicto scripture, communio talitas
ad propositum expresse non fundatur quod nullibi alibi fundatur, non videlicet communia. Sed contra quia argumentum
a loco ab auctoritate negative. Et ad hoc adducit Ambrosium libro de sacramentis et habetur de con.
di. ii. Venea et plura ibidem allegat capitula. Ad auctem Sedi in tribus locis
per ordinem allegatas etc. quas impugnator dicit nominatim dicat Ieronimus edere et
illarum facit mencionem de bibere. Et similiter post verba Augustini et Hylarii per
eundem allegata. Sed quid Augustinus in pluribus locis dicat ad illa non attendit
impugnator sicut in psalmo 98 dicit ad iudeos Iam sanguinem bibite sanguinem quem
fudistis. Et habetur in canone di. ii. Et accesserunt. Quid etiam Ieronimus dicat in
plurimum prophetarum impugnator audiat et oculos suos aperiat. Sacerdotes qui eukaristie
serviunt et sanguinem domini populis eius dividunt impie agunt in legem Christi putantes
eukaristiam imprecantis facere verba non vita, et necessariam esse tantum sollempnem oracionem
et non sacerdotum vitam. De quibus dicitur Sacerdos in quacumque fuerit macula non acce-
dat offerre oblaciones domino in Sophoniam in canone i q. i. Sacerdotes. Sic ergo
arguitur impugnator ab insufficienti. Sic in hoc loco vel in istis locis iste doctor non facit
mencionem de potu, quod vult quod sub sola specie panis scilicet laya communicentur, tamen et si in
uno loco vel pluribus non faciunt mencionem sed in aliis similiter faciunt etc. Ad Innocencium
sive Albertum magnum, quos adducit, quod in casu quo vinum deficit sub una
specie possit eukaristia communicari. Videtur quod impugnator quamdam die sua actum communias
dixit quod talis sacerdos debet sub una specie conficere et communicare. Sic hic licet contra
sui dicti videtur dicere dixit etiam sic et Alexander de Halis iuncte in isto allegatus
dicit quod canon ille de con. di. ii. Comperimus ubi tamen sacrilegium si sacerdos
sub una specie sumeret et non sub utraque committeret. Etiam allegat impugnator quod
sub una specie in casu posset conficere. Si enim hoc dictum impugnatoris haberet veritatem
sequitur quod etiam ecclesia posset reddere inadvertacionem et bibicionem tollere deponere. Sed
quod posset consecracionem et sacrificacionem sub utraque specie iniunctam vel annullare. Si enim
posset deponere unam speciem a parte et aliam cum secunda species sit integritate sacramenti
non enim nunquam habet potestatem in unam speciem quam in utramque. Sed hoc est heretica superbia
dicere quod posset utramque speciem deponere quo ad sacrificacionem, sed hoc est directe militat
in destruccionem Christi Christianorum statutique eius novissimum et preceptum. Unde mirum ergo est
sit adversarius arguunt cum dicant fere omnes concordiarum quod Christus precepit sacerdotibus
sacrificare sub utraque specie sed non sic laycos communicare. Et quod sacrilegium committerent
si sub utraque non conficerent. Iuxta illud de con. di. ii. Comperimus. Cur ergo assumunt
et scribunt in suis statutis de Constancia civitate missis nobis quod papa possit

An papa possit aliquam
speciem sacramenti deponere

sub yma spe tm consecracionem statuere quod est extollere papam super precepta et consilium ut sit
super xpm contra id xxv. q. i. Sunt quidam et Remi ad prestantiam ubi dicitur quod si hoc
faceret ipsa eius convinceretur et ut ibi notatur si papa faceret contra articulum fidei
aliquid esset ipso facto hereticus una cum omnibus qui ei consentirent. Audent quoque
dicimus non posse papam nec ecclesiam deponere votum sponsum in conficiendo aut
quantando quia est par preceptum xpi. Patet ad dictum Alberti et Innocencii dominum est
quod ipsum dictum est magis approbatum quam abstinere. Vel dictum illud est intelligendum
preterita revelacione dei ipsum de ipsius voluntate que sola potest contra legem suam
pro sua dignacione dispensare nullus alius ut patet ex multis canonibus et scriptis
sanctorum. Unde Thomas parte iii. q. lxxiiii. articulo illo dicit quod licet non in
omnibus terris nascatur triticum et vinum tamen de facili ad omnes terras tamen deferri
potest quantum ad usum huius sacramenti sufficit nec propter defectum unius est unum sine
altero conficiendum quia non esset perfectum sacramentum. Hec ille. Ecce sanctus Thomas
oppositum dicto dicit domini Alberti. Et ipse impugnator allegat solius Thome
oppositum dictum in scripto suo super iiiito sentenciarum d. xii. Hic tamen ad doctores po-
steriores et scolasticos antequam condescendam in generali sit dictum quod negare dicta
doctorum absque evidenti causa irracionabile censeo, nam a iuristis prudentum
non est recedendum ut dicit Insti. de Iure naturali c. Responsa et ut dicit Ecclesiastici
xviii. Ne despicias narracionem presbiterorum sapientum et in proverbiis eorum conversare.
Idem. Si videris sensatum evigila ad eum et hostia domus eius atterat
pes tuus. Patet quod nobilis est diversitas inter doctores scolasticos et inter doctores
sanctos in auctoritate sermonis et in explacione scripture super ingenia paparum
afferuntur ut dicitur ibidem. Et de hiis doctoribus antiquis et sanctis tamquam magistris
et preceptoribus ecclesie dico quod eorum sinagoga presenda est modernis doctoribus scola-
sticis et ceteris magistris. Item enim preceptorum eorum sinagoga potius est sequenda et
aliis dictis doctorum modernorum preferenda qui sepius loquuntur secundum consuetudinem
quam receperunt vel ob favorem ecclesie vel quia reprehendi formidabant vel scola-
stice disputacionis non abstinere asserebant, experiencia enim teste fere omnes se-
quentes doctores post Thomam et inter se sibi ipsis scriptis et predicacionibus resi-
stunt, ita quod unus quinque tres vel plures oppugnet et quisque accusat quorum
contradicciones mutuas licencia scolastica excusat. Patet ergo illos et dicta
eorum iste mos pro regula est observandus. Patet de tanto modernis et scolasticis
doctoribus credendum est de quanto probant scripturis vel antiquis doctoribus vivaciis
et dictis antiquorum doctorum loquuntur propinquius. Licet propter veritatem contradiccionum
quibus se oppugnant nescitur cui eorum et quando esset credendum. Hoc tamen novit unum
scitum est quia nullus istorum doctorum modernorum invenitur hanc communionem laycorum dixisse
hereticam vel erroneam vel illicitam quibus eo forcius credendum est cum concordat cum
sanctis doctoribus in ecclesia primitiva et eo minus cum alii illis discordant et illis
minus presunt fideles innitendo ad allegaciones doctorum scolasticorum et modernorum

An licitum sit dicta doctorum scolasticorum negare.

hoc vno textu et credita quod dicit Ieronimus Et ponitur xvi q i Sic viue ut mereris bonos semper
sectaris meliores Vbi glossa quod scimus in quo sit audiendi qui enim maior est in
intrinsecis verba eorum maiorum sunt auctoritatis Sic et de sanctis aliorum quod dicit Augustinus scribebat
in Reg. di viiii c Noli inquit meis litteris quasi canonicis scripturis inseruire
sed in illis sed in canonicis Biblie et quod non credebas cito in venis inueniuntur
crede in hijs sed meis litteris quod non certum habebas nisi certum intellexeris noli
firmiter tenere hec Augustinus in prologo 3y libri de trinitate Idem ad Vincentium victorem
libro 2o Negare non possum nec debeo sicut in ipsis maioribus ita multa esse
In tantis opusculis meis que possint iusto iudicio et nulla temeritate culpari
Idem ad Ieronimum epistola viii Ego inquit solis eis libris scripturarum qui iam canonici
appellantur didici hunc timorem honoremque deferre ut nullum eorum scribendo errasse
audeam credere aut si aliquid in eis inuenero quod videatur contrarium veritati non aliud
quam mendosum esse codicem vel non esse assecutum interpretem quod dictum est vel me minime
intellexisse non ambigam Alios autem ita lego ut quantalibet sanctitate quantaque doctrina
polleant non ideo verum putem quia ipsi ita senserunt Sed quia mihi per alios auctores vel
canonicas vel probabiles rationes quod a vero non abhorreat persuadere potuerunt hec Augustinus ca
ix Ego solis et Idem de vnico baptismo libro 2o Quis nesciat scripturam
sanctam canonicam tam veteris quam noui testamenti certis suis terminis contineri eamque
omnibus posterioribus episcoporum litteris ita preponi ut de illa omnino dubitari et disceptari
non possit vtrum verum vel rectum sit quidquid in ea scriptum esse constiterit
Episcoporum autem litteras que post confirmatum Canonem vel scripte sunt vel scribuntur et per sermonem
forte sapientiorem in ea re cuiuslibet peritioris et per aliorum episcoporum grauiorem auctoritatem
doctorumque prudentiam et per concilia licere reprehendi si quid in eis forte deuiatum
a veritate est hec ibi Idem in epistola ad fortunatianum Neque quorumlibet disputationes
quamuis catholicorum et laudatorum hominum velud scripturas canonicas habere debemus ut
nobis non liceat salua honorificentia que illis debetur hominibus aliquid in eorum
scriptis improbare atque respuere si forte inuenerimus quod aliter senserint quam veritas
habet diuino adiutorio vel ab aliis vel a nobis talis ego sum in scriptis aliorum
quales volo esse intellectores meorum hec tamen supra ponitur di ix Item
Ieronimus super epistolam c 3 ca° 4 de scriptis non habentibus auctoritatem eadem felicitate que premit
qua probat Cui alludit Ambrosius de viduis noua via que Christus non docuit
non dampnamus hec ibi Item di l. sub auctoritate ysidori ad damasum papam
ca° dno sancto etc in fine aut vbi sic dicit In fine autem huius epistole hoc
addiciendum putamus ut quotiens in gestis Conciliorum discors sententia inuenitur
illius Concilij magis sententia teneatur cuius antiquior et potior extat auctoritas
hec ibi Item Ambrosius in epistola ij ad Sabinum Post principium inquit ego bustro
animo si quis legens mea scripta dicat in quo videatur moueri sum quamquam
et in aliis hijs que scio facili passu multa ac premit multa ac aliter sentiant
quibus pulcrum est fieri pro causa omnia deinde non debeo moleste ferre sic cum si
de apostolis et dicit Petrus ... quia plus plerique multas homines sentiant si
eciam in meis scriptis reperiant de quo disputaui putant hec ille Ex quibus omnibus
apparet quod primo et summo respectu debent fideles attendere ad Christum et auctoritatem

in xpo m Deinde longe et incomparabiliter inferius ad scripta et statuta omnium aliorum
sanctorum patrum vel etiam primitivorum vel doctorum scribentium conciliorumque secretorum sine dubio Sicut
enim celum distat a terra sic lex divina a lege humana et auctoritas legis divine ab
auctoritate legis humane que dicta ponuntur de omnibus. Dico ergo ad alexandrum de halis
thomam et ceteros allegatos contra nos. Quod ubi in concordia christi cum istorum doc-
torum plurimorum ecclesie primitive loquuntur eorum testimonium est efficacius. Sed etiam
christo loquente contra et doctoribus sanctis antiquis non ita moderni doctores
sunt attendendi Ad alterum hic allegatum iam dictum est supra. Ad dicta tamen
de periculo effusionis calicis attendens Thome et bone venture aliorumque doctorum de periculo effusionis
causa erroris ne simplicibus daretur et ceteris causis de postpositis. quare sub
una specie complus conceditur de post ad illas in loco suo dictum causis Sed
contra istos doctores vult impugnator sic hoc et declarant sumariter quod sacramentum
eukaristie ~~declaratur~~ consideratur aut quantum ad efficaciam aut quantum ad significanciam
Primo quidem species eukaristie divise tante sunt efficacie sicut ambe simul. Sed non tamen
significat una sicut ambe due Et ergo conclusive vult quod quantum ad significanciam in-
tegritas sacramenti requiritur utraque species Sed quantum ad efficaciam sufficit una. que
tamen efficit et reficit quidem sicut ambe simul ratione contenti eiusdem sic sed quod
hoc sacramentum est memoriale divine passionis prout fuit in corpore christi afflictione
multiplici ut in eius sanguinis copiosa effusione ideo videtur in hoc sacramento utrumque
horum scilicet corpus et sanguinem distincte significari corpus quidem sub specie panis
et effusum sanguinem per aliam speciem scilicet vini Et sic vult quod propter hoc presertim
sufficiat sacerdotes missarum solemnia celebrantes sub utraque specie debent conficere
et sumere Sed laycis sub una specie sufficit quantum ad efficaciam tamen id effectus
de efficacia sacramenti eucaristie sequitur quantum est ex opere operato Dicebat etiam quod populi sumentes eukaristiam
sub sola specie panis sumunt integre sacramentum quo ad eius efficaciam que
efficacia est solum ratione contenti et non plus continetur aut sumitur sub ambabus
quam sub altera tamen Unde dicebat impugnator quod quod tantam efficaciam
divino sub una specie operatur sicut sub ambabus et species sine sacramento sensibile mich
operatur in aliam sed solum ipsius est significari et non operari aliquid Ad quod
quod est contentio et difficultas pro secunda parte Videtur quod duplex species sacramenti instituta
est a christo principaliter et finaliter propter usum et maiorem efficaciam plus quam propter significationem
Usus enim huius sacramenti est finis nobilissimus et principalis propter quem institutum est
ut dicit scotus d. xii q. ii ubi sic arguit Preterea laycus pro sumere eukaristiam
sed sumpcio est finis consecracionis et per consequens est simplicius et nobilius sicut consecracione
ergo multo magis vel eque pro laycus in consecracionem eukaristie Ex opposito sumere est
magis necessarium quam conficere et magis necessarium licet sit in se aliquid nobilius pluribus
tamen competit quam minus nobile quod est minoris nobilitatis Et racio est maior sic maior
necessitas Ita et hic christus expresse docuit eukaristiam velle sumi a quolibet christiano
Joh. 6to nisi manducaveritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis hec ille Ex quo
dicto patet quod usus huius sacramenti est maioris necessitatis et tanquam finis melior et no-
bilior consecratione etc. Sed significatio mortis christi est minus multo in hoc sacramento primo

et ipsa sufficiens ordinatur in debitum usum tamquam in suum finem ultimum hic in via
Propter hoc enim utraque species signat seperatim totum sacramentum in se contentum cum aliis ipsam
consequentibus et magis deserviat usui et digne manducationi et bibitioni. Ideo
laycalis populus non debet quietari in nuda sumpcione alterius speciei sed debet pertingere
ad usum eius quia non ex sumpcione sola sed ex bibitione est futurus efficaciam
huius sacramenti. Neque Christus principaliter instituit etiam utramque speciem ob sumpcionem sed ob
manducacionem et bibitionem dicens Accipite et manducate. Item accipite et bibite
que verba apostolus posuit in doctrinam laycis et regulam dicens Ego enim accepi a domino
de quibus eius probavit quidem sub utraque specie dicens Probet autem seipsum homo et sic
de pane illo edat et de calice bibat. Et in hac institucione Christi et apostoli scilicet in mandu-
catione et bibitione non in sumpcione laycus populus olim conquiescebat et hodie
conquiescere debet. Nam hec verba Christi pretendunt dicentia hoc facite id est ea que
premisi scilicet accipite manducate et bibite. Unde glossa Interlinearis Luce xxii super
verbo predicto hoc facite id est accipite et aliis date. Hec ibi. Quod intelligendum est de prima
et secunda specie ut scilicet illas primum illi sacerdotes accipiant et demum aliis tradant.
Et Lira super verba predicto hoc facite per hoc insinuatur ecclesie huius sacramenti
usus. Hec ille non sicut ut volt impugnator. Usus enim utriusque speciei est eiusdem
rationis in sacerdotibus et in laycis que participent tam laycis quam presbiteris per verba
predicta. Non ergo ob sumpcionem principaliter secunda species sacramenti est instituta sed ob usum
et efficaciam usus illius etiam quo ad laycos. Et quia autem non tantum efficaciam
gracie unius speciei exteret in anima quantum gracie sub duabus speciebus, patet quia Christus perfectus
deus et homo sit in utraque specie et plenitudinem omnium graciarum utrobique habeat non tamen
unionis omnem graciam dispensat sed per diversa sacramenta diversas gracias. Idem Christus confert
ut aliam per baptismum, aliam per confirmacionem Aliam per eukaristiam primam speciem et aliam
per alteram distribuit et per diversitatem naturam quia per diversa instituta diversas efficacias
donorum in animabus exteret. Teste Thoma parte 3 q 62 articulo 1. Idem agens
principale utitur diversis instrumentis ad diversos effectus secundum congruenciam effectus. Et sic
virtus divina et passio Christi operatur in nobis per diversa sacramenta quasi per diversa instrumenta.
Hec ille. Sicut non ... sol in mundo cum eodem lumine et eisdem radiis in eadem terra diversos
effectus efficit per diversa media ut aquam dissolvens alia constringens alia humec-
tans aliquid excitans. Sic Christus sol iusticie per diversa media statuit nobis dare di-
versa dona. Et sic deficiente medio premissi deficitque operatio illa solis et posito
ponitur. Sic deficiente una sacramenti a Christo instituta presertim dum habere potest et contempnitur
deest et Christi operacio et efficacia per eandem qui defectus fit ex parte hominis debitum
medium gracie sibi applicari non curantis. Similiter aliud exemplum est in natura. Sic enim natura
singulariter in homine una et eadem natura existens aliter operatur sanitatem corporis per
cibum aliter per potum, et destitute altero scilicet potu deficit operatio nec per potum
perfecta homo magnam sumeret salutis detrimentum non quod sit defectus ex parte nature
capte que si sumpsisset per eam sumpsisset operata. Sic idem Christus in mundo cum omni gracie
gracia destitute altera specie tamquam medio a se instituto non operatur per eam sed
subtrahit operandi efficaciam in maximum dampnum anime ... homo solus ... illa

gratiam subtrahit qua xpus se per illam speciem fidelibus dare pepigit et hoc presertim
fit cum hoc valens utriusque hic non curat et contempnit. Et patet racio et causa quare
xpi idem plenus et tamen omnis plenitudine gratie assumptus in una specie non dat se
secundum omnem gratiam que in eo est nisi applicetur alia species velud convenies medium
quo ad secundam partem gratiam. Si tamen et dum sine dolo et fraude altera species potest haberi.
Unde quantam efficaciam una species exercet in anima capaci tantam exercet et altera
Et sic sub duplici specie capiens dispositus dupliciter gratiam accipit super illum qui
in una specie accipit dum tamen cetera sint paria. Et hoc voluit Augustinus super psalmos
et in glosa ordinaria. Cum calicem id est sanguinem xpi proponit cui aliam gratiam a
mensa id est a carne ponit. Et infra. Ideo mensam et calicem hic distinguit cui diversas
gratias. Hec ille. Et ex hoc patet racio quare dicit Thomas in parte summe questione 80 articulo
12 Quamvis totus xpus sit sub utraque specie non tamen frustra. Nam primo quidem hoc
valet ad representandam passionem xpi in qua seorsum separatus sanguis a corpore.
Unde et in forma consecracionis sanguinis fit mencio de eius effusione. Secundo hoc
est conveniens usui huius sacramenti ut seorsum exhibeatur fidelibus corpus xpi in cibum
et seorsum sanguis xpi in potum. Tercio quantum ad effectum est conveniens dicere sub diversis
speciebus ipsis fidelibus eo quod corpus xpi exhibetur pro salute corporis et sanguinis
pro salute anime. Hec ille. Ecce iste doctor ponens tres raciones cur fidelibus
exhibeatur corpus xpi seorsum in cibum et sanguinis xpi seorsum in potum. Una scilicet ad ex
pressionem significacionis quod et nos concedimus sed non ponit solum illam sed secundam in qua
plane loquitur de usu illius sacramenti. Et sic de comestione et bibicione dicens convenire
usui id est comestioni et bibicioni huius sacramenti. Usus enim sacramenti est comestio et bibicio.
Et subdit ut seorsum exhibeatur id est detur fidelibus corpus xpi in cibum et seorsum sanguis
xpi in potum. Ubi notanter dicit exhibeatur non ut impugnator dixit significetur. Et
dicit seorsum sanguis xpi in potum non dicat impugnator quod sanguis xpi exhibeatur in
potum sub specie panis quemadmodum multipliciter hoc repetit. Sed quo ad terciam racionem
Thome que est racio effectus et efficacie diverse que datur sub utraque specie ut dicit
Thomas non dicat impugnator intellexisse Thomam non ad causandum diversos effectus
sed ad significandum diversos effectus. Nam sic detorqueret sacramentum a suo fine essenciali
in quem principaliter est ordinatum scilicet ab usu et efficacia in usu tam interiorem huius
sacramenti et hoc ad aliud finem extrinsecum scilicet ad significacionem sacramentalem. Sed quod sit contra
interiorem Thome patet ex hiis eius verbis quod quo ad effectum est conveniens dare sub
diversis speciebus ipsis non sufficere ut scilicet sorciatur duos sacramenti effectus unum sub prima
specie et alium sub secunda. Et hoc concludens Thomas dicit eo quod corpus xpi exhibetur
pro salute corporis esse unus effectus quem exhibet et dat sumenti et sanguis
pro salute anime etc. Ad idem est Albertus libro suo de officio misse qui dicit
quod diverse sunt venerande gratia unionis scilicet in specie panis et gratia redempcionis in
specie vini et quod sanguis habet diversam operacionem a corpore. Corpus enim dedit xpus
in unionem sui et membrorum et sanguinem in redempcionem. Hec ille. Patet ergo quod quod quando
est dictum quod altera species in sanctificante et layco non est maioris efficacie quam utraque
sed est expressionis significancie que explet in sanctificantibus. Nam oppositum est
verum cum xpus sub utraque specie duplicat gratiam et species utriusque sacramentalem efficaciam

Dicit Thomas super iiiito di. q. 8 dicit vna forma videtur refectioni cibi alia refectioni
potus et plena refectio spiritualis vtrumque requirit patet ergo quod cum dicit impugnator quod non
plus facit sumit qui sub vtraque specie quam qui sub vna non esse bene dictum quamuis non
non plus sunt ad rem sacramenti primo dictam vt est vnitas carnis sunt tamen plus
quantum ad gratiam que secundum thomam est res contenta in sacramento sed non significata scilicet
quarum a carne vera diuisa patet eciam quod non bene dictum est quod perfectio specierum est de
integritate sacramenti quantum ad efficaciam Et per ista dicta potest fieri responsio ad primam
impugnatoris rationem de post in subsequentibus positam que probat suam conclusionem ne de
inmortem sui circa Et si quis diceret sic et impugnator ad allegacionem sancti thome
viuendo dicit Si sanguinis xpi proficit illis pro quibus offertur sicut dicit Thomas licet
vero sumat ipsum nec in re nec in signo quanto magis proficiet illis qui ca-
piunt et sumunt ipsum in re licet non in signo Et ipso est duplex modus proficiendi
vnus generalis secundus sacramentalis Generalis qui fit in quolibet opere bono Sacramentalis qui
fit in sacramentorum operatione et hoc ex pacto xpi quo pepigit fedus cum quante
fidem dare se eis illas gratias in sacramentis digne susceptis et sic suscepto sanguinis
non excedit illud perfectum in anima sumentis quod excedit vbi est perfecte sacramentum Et
Sed iam ad illud quod dicebat scilicet quod ipsum sacramentum in anima sensibilem nihil operatur
sic quod ipsius non sit aliquod operari sed solum significare quod tamen plurimi doctorum ne-
gant et secundum in hoc non tenent Unde Thomas in prima secunde sic q. 62 articulo
1o dicit Videtur quod sacramenta non sunt gratie causa Non enim videtur idem signum
esse et causa eo quod ratio signi magis videtur effectum competere Sed sacramentum est
signum gratie non ergo est causa eius Et contra nullum corporale agere potest in rem
spiritualem eo quod agens est honorabilius paciente vt dicit Augustinus xii super Genesim
ad literam Sed subiectum gratie est mens hominis que est res spiritualis ergo non sacramenta
possunt gratiam causare Preterea id quod est proprium dei non debet alicui creature attribui
Sed causare gratiam est proprium dei secundum illud Ps. Gratiam et gloriam dabit dominus Cum ergo
sacramenta consistant in quibusdam verbis et rebus creatis non videtur quod possunt gratiam
causare Sed contra est quod Augustinus super Iohannem quod aqua baptismalis corpus tangit
et cor abluit Sed cor non abluitur nisi per gratiam ergo causat gratiam et pari
ratione alia ecclesie sacramenta Respondeo dicendum quod necesse est dicere sacramenta noue legis
per aliquem modum gratiam causare euidens enim est quod per sacramenta noue legis homo xpo
incorporatur sicut de baptismo dicit Apostolus Galatas iii Quicumque in xpo bapti-
zati estis xpm induistis non autem efficitur homo membrum xpi nisi per gratiam Quidam
tamen dicunt quod non sunt causa gratie aliquid operando Sed quod deus sacramentis adhibitis
in anima gratiam operatur Et ponunt exemplum de illo qui offerens denarium plum-
beum accipit centum libras ex regis ordinatione Non quod denarius ille aliquid
operetur ad huiusmodi partem pecunie quantitatem sed hoc operatur sola voluntas regis
Unde Bernardus dicit de cena domini in sermone in cena domini Sicut investitur canonicus
per librum abbas per baculum episcopus per anulum Sic diuisiones gratiarum diuise
sunt tradite sacramentis Sed si quis recte considerat iste modus non transcendit rationem signi Nam
denarius plumbeus non est nisi quoddam signum regie ordinationis de hoc quod

pecunia recipiat ab isto Secundo liber est quoddam signum quo designat tradicio terre
secundum hec quod sacramenta noue legis michi plus dicunt quam gerere signa Cum tamen ex multis
sanctorum auctoribus habeatur quod sacramenta noue legis non solum signat sed causat graciam
Et ideo aliter dicendum quod duplex est causa agens principalis et instrumentalis Principalis quidem
operatur per virtutem sue forme cui assimilat effectus sicut ignis suo calore calefacit
et hoc modo non potest causare graciam nisi deus quia gracia nichil est aliud quam quedam
participata similitudo secundum diuine nature secundum illud ii Petri i Magna nobis et preciosa
promissa donat ut diuine simus consortes nature Causa vero instrumentalis non agit
per virtutem sue forme sed solum per motum quo mouetur a principali agente Unde effectus
non assimilatur instrumento sed principali agenti sicut lectus non assimilatur sed arti que in
mente artificis et hoc modo sacramenta noue legis graciam adhibent quia ex diuina or-
dinacione hominibus ad graciam in eis causandam Unde Augustinus dicit xix contra Fau-
stum hec omnia scilicet sacramenta fiunt et transeunt virtus tamen dei que per ista operatur
iugiter maneat hec autem dicitur proprie instrumentum per quod aliquis operatur Unde ad Titum
3º dicit Saluos nos fecit per lauacrum regeneracionis Ad primum ergo dicendum quod causa
principalis non proprie potest dici signum effectus licet occulti eciam si ipsa sit sensibilis et
manifesta sed causa instrumentalis si sit manifesta potest dici signum effectus occulti eo
quod non solum est causa sed quodammodo effectus in quantum mouetur a principali agente Et
secundum hoc sacramenta noue legis simul sunt cause et signa Et inde est quod sicut communiter dicitur
efficiunt quod figurant Ex quo eciam patet quod habent perfecte racionem sacramenti in quantum ordinantur
ad aliud sacrum non solum per modum signi sed eciam per modum cause Ad 2m dicendum
quod instrumentum habet duas acciones Unam instrumentalem secundum quam operatur non in virtute
propria sed in virtute principalis agentis Aliam habet accionem propriam que competit ei secundum
propriam formam sicut securi competit scindere racione sue acuitatis / facere autem lectum
in quantum est instrumentum artis non autem perficit accionem instrumentalem nisi exercendo
accionem propriam scindendo nisi facit lectum Similiter sacramenta corporalia per propriam operacionem
quam exercent circa corpus quod tangunt efficiunt operacionem instrumentalem ex virtute
diuina circa animam sicut aqua baptismi abluendo corpus secundum propriam virtutem abluit
animam in quantum est instrumentum virtutis diuine nam ex anima et corpore vnum fit
Et hoc est quod Augustinus dicit quod corpus tangit et cor abluit Ad 3m dicitur quod
id illa procedit ex eo quod est causa gracie per modum principalis agentis / hoc enim est
proprium dei ut dictum est Item id quod eadem ar. le contra dicit Illi qui ponunt
quod sacramentum non causat graciam nisi per quandam concomitanciam ponunt quod in sacramento
non sit aliqua virtus que operetur ad sacramenti effectum Est tamen virtus diuina sacramento
assistens que sacramentalem effectum operatur Sed ponendo quod sacramentum est instrumentalis gracie
causa necesse est simul ponere quod in sacramento sit quedam virtus instrumentalis ad inducendum
sacramentalem effectum Et hec quidem virtus proporcionatur instrumento Unde comparatur ad
virtutem absolutam et perfectam alicuius rei sicut comparatur instrumentum quod agens principale
Instrumentum enim ut dictum est non operatur nisi in quantum est motum a principali quod per se operatur
Et ideo virtus principalis agentis habet permanens completum esse in natura Virtus autem
instrumentalis habet esse transiens ex vno in aliud et incompletum sicut et motus est actus
imperfectus ab agente in paciens hec ille Et id ibidem soluens 3m argumentum

in oppositum scilicet dicit Et sicut virtus ministralis acquiritur instrumento ex hoc ipso quod
movetur ab agente principali Ita et sacramentum consequitur spiritualem virtutem ex benedictione
xpi et applicatione ministri ad usum sacramenti Unde Aug. dicit in quodam sermone
de Epiphania Aer mirum quod aqua hoc est spiritualem corporalem ad purificandam animam
diciturque provenit provenit plane et penetrat conscientie universa latibula
Quamvis enim ipsa sit subtilis et tenuis benedictione tamen xpi facta subtilior occul-
tas intra causas ad secreta mentis subtili ratione pertransit hec ille Alis verba Item
idem contra eadem articulo v Dicendum quod sicut dictum est sacramentum operatur ad gratiam causandam
per modum instrumenti Est autem duplex instrumentum unum quidem separatum ut baculus aliud con-
iunctum ut manus Per instrumentum autem coniunctum movetur instrumentum separatum sicut baculus
per manum Principalis autem causa efficiens gratie est ipse deus ad quem comparatur humanitas
xpi sicut instrumentum coniunctum Sacramentum autem sicut instrumentum separatum Et ideo oportet quod virtus
salutifera derivetur a divinitate xpi per eius humanitatem in ipsa sacramenta Gratia autem
sacramentalis ad duo precipue ordinari videtur videlicet ad tollendos defectus preteritorum
peccatorum inquantum transeunt actu et remanent reatu Et iterum ad perficiendam animam
in hiis que pertinent ad cultum dei secundum religionem vite xpiane Manifestum autem est
ex hiis que supra dicta sunt quod xpus nos liberavit a peccatis nostris precipue per passionem
suam non solum efficienter et meritorie sed etiam satisfactorie Similiter etiam per suam
passionem iniciavit xpiane religionis ritum offerens seipsum oblacionem
hostiam deo ut dicitur Ephe v Unde manifestum est quod sacramenta ecclesie specialiter habent
virtutem ex passione xpi cuius virtus quodammodo nobis copulatur per susceptionem
sacramentorum In cuius signum de latere xpi pendentis in cruce fluxerunt aque
et sanguis quorum unum pertinet ad baptismum reliquum ad Eukaristiam que
sunt potissima sacramenta hec ille Doctor etiam ille q. lxii articulo 2o determinat
quod gratia sacramentalis addit aliquid super gratiam donorum et virtutum dicens Et sacramenta
ordinantur ad quosdam speciales effectus necessarios in vita xpiana sicut baptismus
ordinatur ad quandam spiritualem regeneracionem qua homo moritur viciis et fit xpi
membrum qui quidem effectus est aliquid speciale preter actus potenciarum anime et eadem
ratio est in aliis sacramentis sicut ergo virtutes et dona addunt super gratiam communiter dictam
quandam perfectionem determinate ordinatam ad proprios actus potenciarum Ita gratia sacramentalis
addit super gratiam communiter dictam ut ergo virtutes et dona quoddam divinum auxilium
ad consequendum sacramenti finem et per hunc modum gratia sacramentalis addit super gratiam virtutum
et donorum hec ille per totum Et solvit ibidem rationes ad arm in... quod gratia donorum
et virtutum sufficienter perficit essentiam et potencias anime quo ad generalem ordinacionem actuum Sed quantum
ad quosdam effectus speciales qui requiruntur in vita xpiana requiritur sacramentalis gratia
hec ibi Hic et mgr Mathias parisiensis qui ad Bohemos in tractatu de corpore
xpi quod fere ad annos 20 scripsit magnificando genera sacramentalem sic dicit
Sacra que sunt extrinseca et nobis manifesta habent vim magnam etiam in pro-
alibus vel eos commovendo vel suffragari in nobis hominibus operacionem spiritualem
vel intimorum et occultorum pro nobis Et istud est generale fere in omnibus propterea in

sacramentis ecclie ea que sunt visibilia nobis premuntur in nobis operacionem invisibilium
quodam singlr et in dicto sacramento puta quod manducacio sacramentalis in visibilibus
speciebus multum facit ad propositum spiritualis manducacionis corporis xpi hec ille
Item petrus de tharentasia sup 4m monet utrum sacramenta sunt cause gratie
efficientes et Unde rundendo dicit Causa vel efficiens aliquid dr dupliciter
vel quia ipse eo movet et operatur ad hoc quod res sit vel quia aliquid aliud agit
aliquod adminiculum ad hoc quod res sit Primo modo medicus et medicina dicuntur sanitatis
causa eciam vas et instrumentum medicinale Primo modo secundum omnes solus deus et nulla
creatura est causa gratie Secundo modo secundum aliquos creatura aliqua potest esse causa gratie
sicut in eo primo hominis sola virtus divina est causa forte completiva i. anime pos
sed virtus creata non est causa Secundo sic in eis secundo sola virtus divina est causa
forte completiva i. gratie Primo sed tamen creatura est secundo causa Primo ergo modo sacramenta
secundum omnes non sunt causa gratie quia prestant aliquod adminiculum ut gratia infundatur
Unum vero adminiculum prebeant dupliciter est celebris opinio Prima est opinio quod prebent
adminiculum extrinsecus solum in corpore Est enim sacramentum quoddam signum ad quod ex divina
ordinacione consequitur in suscipiente gratie infusio non virtute ipsius sacramenti aliquid
operante sed sola divina virtute illi assistente Cuius exemplum duplex est unum quod sumitur
ex operacione divina sicut ex visitacione per helizeum lesionem corporis exteriorem in aqua
Jordanis constituta est in naaman mundatio lepre corporalis non virtute alicuius
ipsius aque sed virtute divina assistente Aliud est exemplum de operacione humana sicut
ex ordinacione domini pape litteras suas presentanti fit collacio prebende et hoc
virtute litterarum suarum auctoritate domini pape Alia est opinio dicencium quod sacramenta prebent
adminiculum gratie non tamen extrinsecus in corpore sed intrinsecus in anima virtute sibi indita
in animam disposicionem aliquam ad gratiam recipiendam non virtute sua sola
sed inquantum sunt instrumenta divine misericordie agentis per illa propter quod aliquem effectum attingunt
inquantum instrumenta agunt quem per se non possunt attingere Cuius exemplum duplex est unum in
operacione divina quia ignis inferni vel purgatorii agit in spiritum se pati inquantum
est instrumentum divine iusticie qui de se non posset agere Aliud exemplum est in operacione naturali
secundum philosophum libro de anima Calor igneus inquantum est instrumentum anime habet
corporalem generare quem secundum propriam naturam non habet nisi dissolvere et corrumpere
Hec opinio ultima videtur securior duplici racione Prima est conveniencia auctoritatum
quam postea hec fidei est in hiis autem que fidei sunt magis propter sequi auctoritatem
quam racionem Secunda vero dicit sacramenta habere virtutem sanctificandi et huius alta racio est
et sacramentorum quia secundum opinionem aliam non plus habet virtutis aut sanctitatis ut videtur
aqua baptismi quam quevis aqua alia Hec ille petrus Item hugo de sancto
victore dicit sacramentum infusam sibi benediccionem significat Item magister in 4o d. i. de
sacramentis tractans dicit Sacramentum enim ita proprie dicitur quod ita signum est gratie dei et invisibilis
gratie visibilis forma ut ipsius ymaginem gerat et causa existat Unde ergo signi-
ficandi tantum gratia sacramenta sunt instituta sed et sanctificandi / que enim significandi gratia
tantum instituta sunt solum signa sunt non sacramenta sicut fuerunt sacrificia carnalia et observ-
ancie cerimoniales veteris legis que numquam poterant iustos facere offerentes Vez
ergo ex hiis quod conpugnator dicens sacramenta nullam virtutem operari in anima non bene dicit

tu allegati dicant doctores quod habet exercere virtutem sacramentalem Sed si aliquid allegabit qui dicat quod sicut michi apparet nil tangitur, intelligendum est quod michi constitit ad modum cause principalis sed non instrumentalis. secundum quam dux sit causa sicut dicit Thomas supra allegatus Sed cum impugnator dicit quod sub utraque specie est totus christus cum corpore anima et deitate ita sub specie vini est totus christus Concedo hoc ut fides Sed cum subdicit cum omnibus eisdem et secundum eundem modum existendi Ita quod in modo existendi nulla est diversitas hic et ibi falsum est hoc quia plus modicum solus allegat litteram dicentem quod sub utraque specie est totus christus tamen aliter et aliter quia sub specie panis est vera caro christi virtute sacramenti cetera vero sunt ibi per concomitantiam Sicut ergo sub specie vini est sanguis christi ex vi sacramenti cetera vero concomitancie Est etiam et contra Thomam parte 3 q. 76 articulo 2o ubi dicit Firmissime tenendum est quod sub utraque specie sacramenti totus est christus aliter tamen et aliter Nam sub specie panis est corpus christi ex vi sacramenti sanguis autem est ibi ex reali concomitancia sicut anima et deitas Hec Thomas Et per consequens est dicere impugnatoris quia secundum alium modum existendi sacramentaliter et sub specie panis et secundum alium sub specie vini Ad petrum vero de Tharentasia hoc dico et miror quod impugnator quomodo caluit per allegationem quam facit infra rigas aliquot non apparet et vidissem ipsum petrum videntem ad obiectum de grecis qui sub utraque specie communicant dicere quod greci bene faciunt latini tamen melius hec ille. Sed si bene ergo non nocive neque periculose aut heretice Unde alius papa Urbanus qui solemnitatem corporis christi celebrandam in dei ecclesia singulis annis constituit dicit et legitur in ecclesia dei in matutinis prima lectione In mensa domini largitatis beneficia exhibita populo christiano inestimabilem ei contulerunt dignitatem. neque enim est nec fuit aliquando tam grandis natio que habeat deos appropinquantes sibi sicut deus noster adest nobis Corpus namque suum pro nostri reconciliatione in ara crucis hostiam obtulit deo patri sanguinem suum fudit in precium simul et lavacrum ut redempti a miserabili servitute a peccatis omnibus mundaremur Et ut tanti beneficii in nobis iugis maneret memoria corpus suum in cibum et sanguinem suum in potum sub specie panis et vini sumendum fidelibus reliquit hec ille Ad alios autem doctores scilicet Richardi de media villa Nicolaum de lira petrum de palude Thomam de argentina et alios qui dicunt sanguinem christi sub specie vini non esse porrigendum populo propter periculum effusionis sive dissolutionis de post loco suo dicetur et videbitur Petrus tamen de palude dicit quod greci communicant carni et sanguini et in quibusdam ecclesiis est consuetudo quod communicant sub utraque specie licet est periculum quia quam mos sit tamen non cat et ita caute in illis ecclesiis sive monasteriis faciunt quod non effundunt Sed si vulgo indiceretur diceretur esset maius periculum hec ille Non ergo aliud obstare videtur communionem utriusque speciei ad laycos nisi consuetudo sola sicut et ex verbis impugnatoris colligitur que tamen consuetudo cedere debet veritati prout ante dictum est de consuetudine Addnit at Scotum in 4 d. viii q. Si parens quod dicat sacerdos per consecrationem huius et gradissem hic mandatum ecclesie ad hoc ut percipiat utrumque laycus autem non habet aliquod mandatum et statutum ad hoc quod utrumque percipiat et ergo non est necessitatis hec ille Fateor quod inicial facit Scoto Nam non sic ponit sed sic scribit unam partem dicens Ergo in mois omnibus tenendum est ut quotiens sacerdos corpus et sanguinem immolat totiens propter

corpis et sagnis ex strictissimo precepto eccle sub pena repulse vno anno tene
gsecratu percipe Quidam aut ptem layons no ht aliqd mandatu et statutu ad
hoc q vtrusq pcipiat hec ille et ergo no e necia quod ponit Scotus nec in
lra nec in terms patz ergo quitaz iniuria fecit inpugnator scotu sic allegado
Racio quar si hoc sacrm ca no Seminis possit celebri ut inf respod sumr
dicit q no Item inf ponit casu si sacerdos decepus p ministro offentez
aqua loco vini suscipet dicit q oz et eum itm de nouo consecre et sic sume
qd videt com pdicam gelom que dicit q a Seminis e sumed Videt ergo dns
q in isto casu tene gsecrare sagnem de nouo et gsecratu percipe qd pbat qr
quado sut duo precepta ordinata preceptu supioris magis ligat vnu e preceptu
xpi et eccle et ex ipa ro ne sacri e qd sacrm quando consistit pficiat integs
qm qn sacrm e cpletu integre in se ex duobg de ista etia integritate fnda
e distincta obligatio eccle de con d ii Comprimg Aut sacra integ percipiant
aut ab integs arceant loquit de sacerdotibg gficientibg et postea no sumentibg
Et subdit ro Quia diuisio eiusd sacri sine grandi sacrilegio no pt puenire
Sed quocusq precepto eccle alio posito et maxie q no respicit ipaz pfeciam
et eentialez com sacri tene semp omis celebrans ad istaz integritatem
ergo qui iam percipit alias simplr tenet ad illud coplendu qd pretermisit scz ad
gsecrandu sacrm et tunc vltr si tene gsecrare sagnem tene eunc gsecratu
sumere Et habet de con d ii Relatu Ex hys qui sacrificantes no edut rei
sut dniti sacri Et sequi q tlis a gmone vno anno sepet Ergo modis
omnibg tenendu e vt gcienscuq sacerdos corpg et sagnez immolat totiens
percipiens corpis et sagnis ex strictissimo precepto eccle sub pena repulse
vno anno tenet gsecratu percipe Et si obiat Ille no e Seiung et Et infra
respons eccla no ita stricte precepit ieiunii et paupitez phibendo no ieiunu
suscipe quidam sacri ymo ipa diuisio phibet xpo etia ex pma institucione
sacri no aut ita stricte phibet no ieiunu accede sicut precepit gsecratum accipe
Ergo ex vna pte ht iste preceptu x sic gsecrandi et pg gsecratom strictissim pre-
ceptu eccle de percipiendo Ex alia pte no ht nisi leue preceptu gpatiue a ieiuno
Et inf Semper ergo eccla no intendebat ligare in isto casu ad Seiu ymo
qd alia duo precepta taz vtute xpi qm vtute eccle fortig et magis obliget
Ideo e ergo ille pplexus qr fuando preceptu supiore et preceptu strictus eccle
bne facit Et si no fnaret pccaret mortalr obmittendo at aliud preceptu ming
strictu no peccat nouo pcco qr in isto casu no tene gsumare Et infra Et si
arg com illud qd dcm e de integritate sacri qr sacerdos in die pascheues
no recepit sagnez Videt illa integritas exquirit in gsecracione ita q n9
gsecrat corpg nisi etia gsecraret sagnem no at requirit in cuiuscq percepcione
qr layous bne percipit corpg no sagnez et requirit in illa percepcione iste sequ
gsecratom que ht in illo caplo Relatu e hec ille Quia at inpugnator
dixit sepius et thoma de argentina pse allegans dicat q digne recipit corpg
xpi sub spe panis vel manducat eius carnez et sagnem bibit ac Idm q san-
guis xpi in sacro panis no gtinet scdm vitatez in potu fidelim Ideo ergo in
pugnatores calicis credunt ibi bibe vbi solus xpus no bndebat Primu dcm

pz per Thoma sup qrto q. 26. In pma spe gtinet corpus xpi ut est in cibum
& no sagwis ut e in potu licet sit ibi p nalem vnionem. Et hec e ro qre istud
sacrm sit sub dupliti spe hec ille. Item thomas sup qrto d. viii q. x sic dt
In hoc sacro aliquid dupr gtinet scz ex vi sacri. et nali gcomitancia. Et qa
sacrm e institutu in vsum fidelium. Ideo ex vi sacri gtinet in hoc sacro qd in
vsum fidelium venit. et qz in pane gsecrato no gtinet sagws xpi scdm qd est
in vsum potus fidelium. et ideo no gtinet ibi ex vi sacri. s ex nali gcomitan
que gvenit ut corpus xpi no sit sine sagwe hec ille. Item d. xi. q. v. dicit
vsus eni huius sacri e manducacio que adsui integritatem et cibu et potu exi
git. et ideo huius sacri eciam debet ee dupx mat. vna que in cibu sumit et
alia que in potu hec ille. Et idem dicit Emisorentius. qz mis sub spe panis sags
sumat cu corpe. et sub spe vini corpus sumat cu sagwe. tn nec sagwis sub
spe panis bibit nec corpus sub spe vini comedit. ppea aut qr nec sagwis
comedit nec corpus bibit. ita neutru sub spe panis bibit aut sub spe vini
manducat. Et si cocessibile videat qr corpus xpi bibenda et sagwis comedendo
bibat est go modus sumendi carnem et sagwem quo neutru manducat vl bibit
hec ille. Ex quo pz primo qr sagwis xpi no manducat bibit in pma specie
Secundo pz qr sagwis no comedit sub spe panis nec bibit. qmuis videt gcessibile
qr comedendo pmam spem sagwis sumat qd vm e. et bibendo scdam spem corpus
sumat no tn comedit sub scda spe corpus nec bibit in pma spe sagwis
Hoc eciam notand qr xpus dicit electis suis sub spe pma ibi comedite. et no
dicit bibite Impugnator aut dicit sub pma spe bibite. xpus dicit sub scda
spe vl calice bibite Impugnator aut dicit no bibite. s taliter dimittite cui
ho credendum e plus attendendum Seneca mr dicit Cipriani. si solus xpus au
diendus e. no e in hoc curandus impugnator qui p segmentu et ad inpectores
ut turpiter valet elabit et fugit veritatem Et sic no dicit qr quis carne dni
manducet sub spe scda. sic nec dcendum e qr quis sagwem dni bibat sub spe p
me par racio videat vtrobiqz Sz prim nullus sanctorum dicat qd nec scdm
dici debet. qr si quis dicat sagwis xpi bibit sub pma spe intelligend e spuali
bibicone. Deinde dicit Impugnator quesito opposito huius veritatis tentes di
indicent que ps gcedat doctores ex opposito. et in mia loquentes potiores in co
dicentibus supius enuciatis in vna suppone gnali. Vnde qr nos et vos ha
beamus de necitate sacri lcw sup Iohem vto dicentem vnde necitatem huius
sacri dns. nisi ma. l. cet. Thoma sup qrto. qr sacrm euke eciam sine insti
tucione eccie e necium Idem sup qrto q. li. dicit qr sumo sacri e dupx cuius
manducacio ptinet ad necitatem salutis. et dicit ibid infra ppt duo scz ppt effi
caciam virtutem sacri. et ppt auctem precepti Ad idem Scotus sume eukam
e magis necium qz confite. et ita xpus expsse docuit se velle eukam sumi
a quolz xpiano Ioh vio. nisi mad car fi ho. et. Item canones plures et
sic tn pascom inter illos allegant p precepto habemus Ioh vi nisi mad et
qd vbi sic dicit lra importat preceptu Thoma pta 3. q. lxxx articlo xi dicit
manifestu e qr ho tene hoc sacrm sume no solu ex statuto ecclie s etia ex ma
dato dni dicentis hoc facite in meam comemoracionem. Cipriani Albertu qui dicit

loques q sub vtraq spe corpus et sanguinem tradidit. dicit q sic sumendum instituit et cu xpi actio nra sit instructio. pro hec duo sumanda nobis precepit. Et io sub vna spe corpus. et sub altera tradidimus sanguinem. Rich de dignitate sacerdoti

Intendimus e go enka de necitate salutis cone precepti dni et eciam cone precepti eclie etc. Richardus simantes q sponse sue scilicet eclie dotaliem et incorrale reliquit sacrum vtriusque spei. et sic in sumptione sicut precepit de dimacia!!) hec enis. q sic omnes ex testimonio apli ydolorum cultum fugere sic omnes innit debe calice dni bibere. De vtraque vo spe loquitur Richardus in ponte ul put possum mea. Eusebius Senitus adhuc de hac dupli spe

videas nisi quo duo attestate cognosce nisi nequit natt car si ha. et hemus primum primitie eclie quod nos fatemur vos aut illarum nichil habetis q nec vna scripturam adduxiste que dicat no ee necitatis aut precepti sumere vtriusque spei. Et si dicere q no excusaret illam si eet precepti. primo ignorantia dicit q si preceptu xpi eet sumio sub dupli spe quod tn no e vnu si tn esset eclia pt innittere. Allegati sue doctores moderni qui illam excusare etc. sed ulla antiquorum. Nam vo ad ton impugnatores quibus probat aliquis sua ee dm acceda secundum in ante dicte ad prima sic sufficint dein Ideo illa pnti relinquo

Ad zm aut ad m ridendo dico q ille. Canon Innocencii sabbato etc no loqu de hoc q sub vna spe eet sexta feria magna conficiend ul ministrand nec illa glo. allegata. sed loqu canon predictus q tradido eclie hec isto biduo sacrum penitus no celebrare Et sic glosa allegata intendit no aut dicit omissio sacri in conficiendo illo die fieri debet. sed illo die et sequenti sabbato penitus sacrum no celebrar. quod multo tollerabilius e scilicet illo die penitus no celebrare quam in celebrando sacrilegium committe. et spes sacri in conficiendo dividere. Con im Canonum Copig de con dis ij. et plures alios hoc sub pena sacrilegii prohibentes scilicet conficiente ul sub vna spe sumere animo conficie. Unde ul inoleuit mos iste in eclia sic sub vna spe communicandi contra Christum xpi et eciam sic conficientibus illo die sumendi contra prefatos canones et scripturas iam superius allegatas nescio. talis namque conio sub vna spe e dicte contra legem dni et contra enis institutorem precipientem sub duabus speciebus hoc conficere et sumere sacrum. et contra decreta antiqua primitiue eclie. et contra dicta sanctorum. Unde Ambro. sup epistolam pauli j Cor xj. dt.

Itaque quicumque manducauerit panem hunc et biberit calicem dni indigne scilicet ul sine deuocione peccandi manendo reus erit corporis et sanguinis dni i. et p morte xpi tamquam eum occiderit penas dabit et p bono male sumpto maculam contrahit. Hec ille

Et pz quis sumia et pena alit celebrantium hoc sacrum sicut a dno traditum est

Unde aut et ex quo fundamento inoleuit illa conio sub vna spe no video neque enim ea aliquis sanctorum approbat neque aliquis Canon nouus aut antiquus. vterque de tanto nom et vetus. sed consuetudo contra bonis moribus. que a iure vocatur pnicosa corruptela illa videtur hac inuenisse. sed illa consue nec io et vitas de exthnde

ut dr de vnij vitate et v. c. sic. Ad zm aut m dico q no oz omnes illos dampnari qui sub vtraque spe communicauit q tales pnt vno remedio consolari scilicet isto. Cipriani

dit. Ut videatur frs carissime si quis de antecessoribus nris ul ignoranter ul simpr i ex simplicitate ul ignorantia no hoc obseruauit et tenuit quod dns nos facere exemplo et magisterio suo docuit pt simplicitati eius de indulgencia dni venia concedi nobis

vo no pt ignosti qui iur a dno moniti et instructi sumq hec ille Et pz q sepe
ignorctiam in affectata excusat tam sacdotes qm laycos a dapnacoe p hac ma
nio exercita Ideo excusat eos simplices que sit in vtrqz in qua simplr mane
tes et addisce nec valetes nec vnde discant hntes nec ex hoc dapnabuntr
Sz caueat illi qui scripturas desup viderut et eas suscipe noluut et zelos suos
potius ad homines qz ad xpm deflexiut mx illud Zelos suos statuut deinde
in tertiu et ibi laudare debucat acrius quersi blasfemauit et vitatez xpi
eciciem ec declamit illis no pt ignosti vt dicit Ciprianus Item Augq et
poni 3a q 2 Si virgo nesciens viro nupsit alieno hoc si semp nesciat ex
hac nuqz erit adultra Si aut sciat iam ex hoc adultera e incipit ex quo cu
alieno sciens cubauit Sic in iure pdictorz Tamdiu quisqz bone fidei possor
rectissime dr qz diu se possidere ignorat alienu Cu vo sciens nec ab alie posside
recessit tuc male fidei pfessor phibetr tuc iuste iniustus vocabr hec ille Dico
go q si ex leui ignorancia aut simplr et no ex crassa ignorancia et supino
contemptu faciut hoc pt eorz ignorancie facilius ignosti Si vo desci mete et
contemptibilr sciente obmittuti et tn heant vnde addisce possint culpabilr scie
negligut ipi videant vnus em quisqz suu onus portabit nos no iudicamq
eos est fmo dni qui iudicabit vt dr Joh Cuncta em que fiut p eos addu
cet dns in iudiciu p omni errato siue bonu siue malu sit vt dr Ecclites vlto
No go respondit nobis ille q nos velimq dic dapnatos omes pres nros
seculares et regulares Et regulares antecessores nros vl hodie dapnados omes
qui no consenciut porcte r institucionem scz sub vtrqz spe comuni Absit a nobis
tanta impietas plures em sut cause que in hoc tantu multarez a dapne
excusant quarz solu duas tetigit Ciprianq scz ignoranciam et simplicitatez
nec illos sanctos Ambrosiu Hilariu Jeronim Augm et Gregm dicimq dapna
tos cu nec impugnator pbauit ille eorz no fuisse obsuatam comunionem sub vtrqz
spe ymo sumus contestis dm gelssnel scz concedit in eclia Romana tpe Gregorii
vigenisse comunionem sub vtrqz spe et est tr Augnq dicit Forte fuit mos q in sua
eclia comunicabantr layci sub vtrqz spe Et cu dicit impugnator q no solu sacdotes
no ministrabat tn populo sacrm sz eciam docebat populum q licitu eet sub vna spe
comunicare et sic faciebat gregez et magnus et eciams errare Unde ibi et
dicta p illud Augm et poni 2a q 7 nd culpatr sic in summa q cus obediens
suo supiori contra preceptu dei ex ignorancia vl incertitudine sit innocens qm inter
supiore pt Ubi glo dicit habes hic q dns peccat tn subditus no peccat obe
diendo Ex quo pz q omnis eclia simpliciu obediens suo supiori scz spe eciam contra dm
ex ignorancia simplr et incertitudine et no ex hoc peccat Sz caueat supiores qui scie
pnt et hnt vnde disce pnt qui no excusantr Sz qd dicit impugnator q sic laycus
no excusatr si no sit baptisatq nec petet baptisari sic nec excusatr si e preceptu
xpi si no comicat sub vtrqz spe aut no petit comicari Dico q no e sile Nam
iste no baptisatq nec desiderans baptismi e ex vnitatez eclie scte sz sicud teste
Thoma pte iii q 6a articulo 2o dicit q p baptismum fit pticeps eclie vnitatis
hec ille Unde sub vna spe ex ignorancia accedentes talibq ex comune eclie et conflicti
qui vnit eclian et bona vniq alti comicat tale remediatr Et cu impugnator arguit
Omnis qui peccat aut peccat mortalis nec salte in extremis postq conterit aut confitetr

tilis p̄fecto nec dampnatos co(m)puta(n)t / maius e aut q(uod) a multis centenis annorum cumq(ue)
pertractu communio sub una spe introducta e nullq(ue) sanctorum sacerdotu(m) sic laycis ministra-
tur siue etiam ipi layci sic accipientes contriti sint aut confessi de huiusmodi ritu quod
peccassent meruit etc. Credo q(uod) propter istam causam siue morez usq(ue) dies vite siue
no(n) p(ro)babit nisi reuelatom desup(er) haberet a deo. Iste enim hoc magne p(re)sumptionis
et temeritatis asserere q(uod) semper ignorat nesciens quid deus cum quolibet in fine et
articulo mortis faciat cum quibus de suis omnibus commissis et obmissis penitere
post anima residente in corpore. Unde dicit quidam subtiliter · q(uod) sic dyabolus peccat
in tali scientia ex pura malicia. Sic nemo dampnabitur vel peccabit ipse in spiritum
sanctum nisi habuit talem scientiam paululum ante mortem et despexit in illa scientia
ex pura malitia · et sic quandoque stat dyabolus · propter quod dicere poterit deus in extre-
mis ex ignorantia peccantibus q(uod) dixit ad Abimelech Gen. xx. Ego scio q(uod) simpli
corde feceris · et ideo custodiui te ne peccares in me. Et ipi possunt dicere deo quod
dixit Abimelech. Domine numquid gentem ignorantem et iustam interficies in simplicitate
cordis mei et mundicia manuum mearum. Hoc fecit. Ignorantie enim simplici e prenitu(r)
xi q. iii Excellentissimus et c. sic xxvi. q. ii c. vlt. i. q. iiii. c. vlt. Petrus ac
e de ignorantia vincibili vel affectata que e · quando quis non vult intelligere ut bene
agat contra 3 a c vlt et c. si Ad secundum autem dico · q(uod) communio huius sacramenti precepta
e conditionate · scilicet cum talis circumstantiis ablutantibus scilicet ploco et tempore · et de quanto
commode dari vel accipi possit q(uod) si e indisposita etiam ad utriusque speciem tunc
sufficiat sumere in voto vel in custodia ut dicit Thomas et lira. Et sicut dicit ac etiam potu(m)
vel dicit si non implet quando opportunitas accedit et facultas. Ideo ad tertium dico
q(uod) in talibus expectanda e impossibilitas sumendi utriusque sic sine peccato expectatur
quando nec prima species sumi potest et melius admonendi sunt egri ut habeant votum
et desiderium eucharistiam accipiendi. Aliter videtur Innocentius p(re)sertim de prolis dicens
q(uod) sufficeret talibus q(uod) gustu eorum conuenitur sapor vini Sed de expectatione et euomi-
tatione sanctiti dicitur in canone toledani Concilii sexti Cum mihi in diuinis canone
legat et confusio michi dubium michi etiam indiscretam in collatione nostri cetus relictum
de canon toletani primi Concilii in quo preceptum e ut si quis acceptam a sacerdote
eucharistiam non sumpsit velut sacrilegus repellatur nec adiecta e ibi discretio volun-
tatis cum infidelis hec talia infideliter agat · et fidelis accipiat fideliter · q(uod) nullus
illum necessitas deglutire non sinit. Solet enim humane nature in finis in ipso mortis exitu
p(ro)pinquati tanto siccitate pondere de primi · ut nullis ciborum illationibus reficiatur sed
vix tantundem illati delectetur poculi gratia sustentari q(uod) etiam in multorum exitu vidimus
qui optata suis votis sacre communis expetentes viaticum collatum sibi a sacerdote
eucharistiam reiecerunt non q(uod) hoc infidelitate agentes sed q(uod) preter diuini talibus transmis-
sitatem sibi non possent eucharistiam deglutire · non quo huiusmodi a corpore ecclesie separandi sunt
qui talia non infidelitate sed necessitate fecerunt. Hec canon preterea. Sequitur colligitur plane
ne quid sit iudicium de hijs qui vinum sumpsisse non possunt. aut qui non infidelitate acci-
euomuerint sacramentum. Ad quartum autem dico · q(uod) licet sufficiat nos cum nec volumus
q(uod) sanguinis xpi offeratur p(er) modum asserit a sacerdotibus · ymmo si sic vult impugnatur
cum nec sacerdotes debent bibere sanguinem xpi cum altare · quia Leuitici x. dixitque
dominus ad Aaron Vinum et omne q(uod) inebriare potest non bibetis tu et filij tui quando
intratis in tabernaculum testimonij. Ubi lira dicit Idem intelligitur de ingressu ad mini-
strandum in altari holocaustorum · ut habeatis scientiam discernendi quod potatio vini excessiua

aufert et quod homines sunt proni ad bibendum vltra mensuram Ideo propter periculum excessus
prohibitus fuit simpliciter vini potus. non tamen pro semper sed pro parte quo debebat ad mi-
sterium tabernaculi et altaris accedere hec ibi Sic ergo vinum significat sanguinem christi. tunc ne
sacerdotes debent cum altare et in misterio fidei sanguinem christi ¶ Ad sextum cum
dico quod christus et ecclesia primitiua approbauit communionem vtriusque speciei et nunquam illam ecclesia
reprobauit vel reprobasse legitur vsque ad Concilium Constanciense etc. ¶ Post hec ad decretum
allegatum ad Damasum papam etc. Dico quod beatus Ieronimus scripsit fidem catholicam
distinccioni speciei non reprobatam Et si papa predictus aliquid fidei reprobasset ut
erroneum, ut modo facimus communionem calicis ad populum cessasse. non dubitamus quod Ieronimus
illi non consensisset ut alias crebro egit per suas epistolas pape restitisset iuxta
decretum dist. xc in leginus quia vtinam nos cum Ieronimo turpe non desinimus et
auctoritas sedis apostolice in omnibus preter vitia dederit cum ymmo aucthoritati semper et humiliter
obedire. vitiis vero maxime vel per paciam vel per prudenciam resistere debemus nullatenus
consentire ¶ Vltimo ad Ieronimum dico concedo est etiam sanctorum quidem pire Et
dico quod qui cum papa colligere non colligit dispergit Sed si papa dispergit non est
cum eo colligendo concurrenda ¶ Postremo impugnator predicte communionis probacione attendit
demonstrata ex quibus motiua et cetera maior secunda sunt ritum communicandi sub vna specie in
troducere Et primum periculum dicit distillacionis et effusionis sanguinis domini nostri ihesu christi
¶ Inde est supposito quod impugnator affirmasset carne christi et ipso instituente fidelibus communicari
sub vtraque specie fecisset christus aut quando ab hoc periculo quamuis nunquam christus cessasset propter
pericula a prefata institucione Et si sufficiens causa allegata per impugnatorem foret
quod si cessasset videretur vinum humana racione. et sic prouide sic statuisset. et christus non est
omnisciens et ex quanti nec deus Ideo secundum dictum est impugnator quod christus legitur
omnisciens preuidit omnia pericula futura erga hoc venerabile sacramentum. et tamen ista
omnia illa sapientissime perfectissime tradidit sub duplici specie communionem quia mortalia
prefata pericula ex christi licencia possunt christi propter ymmo debet licite obseruare adhibita
summa cautela et reuerencia erga hoc reuerendissimum sacramentum ne ipsi aliqua iniuria
fiat ex animo vel ex causa dantis vel accipientis quod si acciderit periculum effusionis absit
vt culpa peccati mortalis sine voluntate maneat Vnde Augustinus Absit ut ea que
propter licitum ac bonum facimus aut habemus si quid per hoc preter nostram voluntatem
cuiquam mali acciderit nobis imputetur Alioquin nec ferramenta domestica aut agre-
stia sunt habenda ne quis ex eis vel se vel alterum interimat nec arbores plantande
sunt. ne quis ex eis se inde suspendat nec fenestra facienda ne per eam se quisque precipitet
Et quid plura commemorem cum ea commemorando finire non possem Quid enim est in vsu
hominum bono ac licito hec ille Et penitencia xx iii q. v. de occidendis vbi glossa dicit Si aliquis
dat operam rei licite non est ei imputandum si aliquid mali inde sequitur Cum deus est
inspector cordis non operis vt habetur xxxv q. vi c. i. Sed dicit impugnator Juxta
hec sunt prouentu casuali preter scientiam Secus autem est de hijs qui se periculis voluntarie
committunt et sciendo esse pericula in communione calicis laycorum non illa fugiunt et eos pericula
eligunt et vltro se per scientiam periculis committunt Ideo dico quod omnes ministri huius sacramenti
adhibita debita cautela et ministro a culpa excusantur Ideo in talibus recurrere oportet
ad decreta Augustini hoc specialiter supradicto Quia nemo tenetur ad culpam nisi propria vo-
luntate deflexerit ad illam vt dicitur xv q. i. non est Vbi dicit Ambrosius Non est quod mens
vim asserbamus erumpnam nisi vite voluntati Nemo vim tenetur ad culpam nisi propria

voluntate se deflexit non habent tamen qui inferunt reluctacionibus voluntatis tamen comis
sa sequuntur delictorum invidia quia in alios dormiunt hec ille Et concordat cum Aug
Et ro hore pom xv q i c in et c melito et c illa Ubi dicitur quod nullis imputatur
aliquid in peccatum nisi fiat voluntarium iuxta illud quod homicidium factum non voluntarie non
imputatur ut dicitur in c illa quer Ambro hoc pro illis qui in dispensacione sacri
servant destructionis formam et studiose diligentie exactam cautelam Ceteris autem de
hys est qui ex inadvertentia tales eventus paciuntur erga sacrum vel ex peccato precedente
eorum vel negligencia dispensantis sumentis Et de hys dicitur de con d ii Si per negli
gentiam aliquid stillaverit in terram de sanguine lingua lambatur tabula radatur Si
non fuit tabula ut non conculcetur locus corrodatur et igne consumatur cinis intra
altare abscondatur et sacerdos xl diebus peniteat Si super altare stillaverit calix
sorbeat minister stillam et tribus diebus peniteat Si super linthea altaris ad aliud
stilla pervenit quattuor diebus peniteat et linthiamina que tetigit stilla tribus vicibus
minister abluat calice subposito et aqua ablucionis sumatur et iuxta altare re
condatur hec dicit glossa super verbo peniteat hec penitencia est in tot diebus abstineat
quone sacrificiorum Et patet quod iste canon antiquus propter pericula distillacionis non
suadet deponere sacram speciem sacri sed penam negligentibus ministratoribus imponit que ser
vanda est hodie tam in ministracionibus quam in sumentibus calicis sacrum potius
quam ab ipso declinando Aptarem autem hic alloqui voce impugnatorem quid dicet
cum michi experto patet et multis alys cotidie patet quod fere tot pericula sunt in
administracione sacri sub forma specie sic cum sedet perspicue cum minutie parvule forme
speciei etiam in contactu quantumcunque levi solet digitis tangentibus adherere et levi anhe
litu sumentium plebium dispergi Ille minucie cohentes sacro porrecto ad flatum
aure vel anhelitum sumentis facillime et imperceptibiliter oculos effugiunt Ministri in
stracione sacri super patenas delabuntur et applicate ore sumentium dispergunt Sic
labia sumentium cum tanguntur a sacro vel vasa alia ad omnem tactum facile minu
cias imperceptibiliter delinquunt ut patet pacienti sese et diligenter hoc consideranti et in
quo propter tot pericula etiam communio forme speciei erat relinquenda Cum tibus ergo aliter re
mediendum est pro honestate sacrorum quam pro depositorum eorundem patet ut tamen dicam est pe
nam condignam pro negligenciam dispensantis vel accipientis Cum tamen in speciali ad partem
difficultate dico quod si cecidit vel stillavit sacer sanguis Christi per negligenciam ministrantis
reus est et deliquit Pu Origenes omelia xiii Exodo Volo vos admonere religiosis
exemplis nostis qui divinis misteriis interesse consuevistis quomodo suscipitis corpus
domini cum omni cautela et veneracione servatis ne ex eo parum quid decidat ne con
secrati muneris aliquid dilabatur reos enim vos creditis et recte creditis si aliquid per
negligenciam decidat hec ille Et ita loquitur Greg mortali xci Ex quo patet ex priorem
solari radio manum illam que hostiam incidit et linguam igne divini amoris in
flecti que purpurandi sanguine preciosissimo Et patet quanta reverencia et quanta diligencia
distillacio est cavenda Unde Aug Caute dicit sacerdotibus ne lingua eorum que verbo
de celo deponit filium dei loquatur mendacium ne manus que intingunt sanguine
Christi polluatur sorde peccati Quantum ad secundum dico quod tam laycis quam sacerdotibus
sumentibus una doctrina in hoc est necessaria ut racionabiliter suscipiant et imbibant
et non in labris derelinquant et barbas suas in labro superiori detondeant
quoniam credo nos Apostolos barbatos fecisse ut legitur de sancto Bartholomeo et Christo

de quo dicit ysa. et faciem meam non averti etc et genas meas vellentibus id est tundentibus vel
vellentibus in genas Similiter de petro et paulo qui usque hodie in Bullis pape pinguntur
barbati Ex quibus videtur quod barbati non prohibito possunt in calice ministrare prohibitum
barbarum dispositione Sed ad appositum vestium patet ex decreto supradicto quod religiose
sunt stille et vestes abluende Et ad irreverentiam intollerabilem dicitur quod multo in
tollerabilior est irreverentia sacramenti peccatum mortale in conscientia ut est mala vita in sacer
dote meretrix placet avara et invida Videtur ergo ad causas impugnatoris satis
breviter quod sacerdotes huiusmodi materiam cum summa cautela exequi statutum est et ad
hoc non intendo Sed declinando toto studio effusionis pericula similiter et laycales
persone non submittunt se voluntarie periculis et quid dicit impugnator quod status
sacerdotalis est periculosissimus ergo nullus debet intrare sacerdotium et submittere se pe-
riculis non valet arguit et contra est beati Augustini sic dicentis Item nil est in hac
vita et maxime in hoc tempore difficilius laboriosius periculosius episcopi aut presbiteri aut
dyaconi officio Sed apud deum nichil beatius si eo modo militetur quo im-
perator iubet Augustinus ad valerium et habetur dist. xl Ante omnia Ad Augustinum
vero hoc f. circa allegatum etc Dico quod loquitur de hiis qui per negligentiam talia faciunt
sicut iam supra dictum est de huiusmodi ad decretum pii pape de con. d. ii posuit etc Dico
quod non limitat ad solos sacerdotes dictum Sed ad omnes indistincte loquitur quibus
huiusmodi aliquid accidit. sic hoc rubrica ostendit dicens sit pena eius cuius negli-
gentia aliquid de sanguine stillat Ad Concilium Turonense dico quod arguit suo loco ab
auctoritate iiii ue. sed sub uno intelligitur secundum ut dicit precipit corpus christi custodiri
simio et sanguis christi iubetur in magna diligentia conservari Ad statim tamen impu-
gnatoris infirmis et alijs debilibus etc Dico quod talia accidere nobis qui infirmos visi-
tamus nobis numquam accidunt deo favente Et quid dicit impugnator cum ecclesia co-
munionem dementiam vel in frenesim lapsorum quibus etc ut infundat eucharistiam ut patet
26 q. 6 c. qui infirmitate et c. de hiis et quod ibi notatur oportet se cum ecclesia eff
piculo generali submittere et debitum officij sui non relinquere Et si nimis loqui
piculo sacerdos in tali attinentijs debitis habitis cum infirmum co-
paratum esset ad infirmum etc Dico quod hec co-
sere et officiare De eo autem quod sanguis in yeme congelaretur etc Dico quod hoc co-
gelato accidit et officiantibus cum altare quo ergo remedio in huiusmodi utuntur ca-
eod. et cum reservationem sanguinis possunt uti Ad illud vero quod acresceret sanguis vel in ace-
tum converteretur etc Dico breviter quod cautela et diligentia sacerdotum ad hoc nec primes
nec huiusmodi alia accidia contingent dum renovationem faciunt de die in diem vel sepe
faciet timor renovationis ipsius sub utraque specie populum communicantes Bohemi experientia
Ad 3m videtur quod impugnator facit hic ex non causa causam non enim sufficiens causa
illi possunt errare ordinem accepta in isto puncto scripture ergo iste punctus dans occasionem
illius erroris est deponendus Multa enim puncta alia scripture forent deponenda Illud
enim dictum christi pater meus maior est videtur plurium ampliorem occasionem errandi de christo
ne dum simplici populo sed et clero ut patuit in arrio et in alijs Non tamen ille punctus
scripture est deponendus Et dicitur adversario quod multi sunt ex sacerdotibus qui possunt sic er-
rare in utraque ut layci numquam etiam propter hoc sacra species est deponenda Dicitur ergo quod ex
hac causa non est neganda sacra species calicis communitati laycorum propter aliquos causam insi-
deles Sed erga hos aliud remedium salubrius est applicandum quam sanguis christi et instan-
tem ignis deserendi Docendi enim sunt publice et private ne sic errent quod in alijs

prtis scripture docent nec curare sed recte sapere De nestorio vero et pellagio dicto sic Sicut
nestorius ex infidelitate non credendo quod sanguis sit sub prima specie et eo motus errore
communicavit sub utraque specie ipse peccavit Sic et hodie quilibet similiter ob illam causam communicando
peccaret nec decordinacones sunt infideles. que possent esse vel credebant aliquando
intendimus apparere ¶ Ad quartum iam est supremo responsum ¶ Ad quintum dico quod in primitiva
ecclesia bene notabilis erat distinctio laycorum a sacerdotibus et tamen layci fideles sub
utraque specie communicabant Et quod nisi dicit fortassis inlicerentur possent presumere etc
iam hic impugnator exponit se ad posse tamen nimis lata est via Et etc. ad dum
tamen dicit fortasse que duo nimis sunt incerta ¶ Ad sextum et ad ultimum dico quod nunc
est valde utile communicare populum sub utraque specie et hoc ex eo ut per hoc renovetur in
cordibus memoria passionis christi iam pene mortua in corde hominum et pro eo quod
nunc est mors christianorum communiter vilior et peior quam tunc et incerta quemadmodum timere
ergo necesse est munitos esse semper et paratos contra ipsam sicut et in illa ecclesia
primitiva teste Cipriano Ad hoc sanguis christi dabatur christianis ut pati deberent pro
christo proprium fundendo sanguinem Unde tamen isti qui sic instant contra christianos sub utraque
specie communicantes in hoc tempore quod credunt hoc fuisse bene factum in ecclesia primitiva et
negant nunc illud bene posse fieri manifeste se ostendunt per hoc male fidei
vel contra christianorum fidem Et primo per hoc quod negant esse licitum parentes christianos imi
tari sanctos ecclesie primitive cum tamen debent eius hortari omnibus modis ad imitandum
quemadmodum et ratio persuadet manifesta et scriptura in multis locis Secundo male fidei
ostenduntur esse quod ita credunt eius ecclesiam christi desolatam esse et laicos et inlicitos
a fervore caritatis et devocionis spiritus qua ecclesia primitiva habundabat et iam et reli
quias talium in modernis negant esse quamquam si crederent aliquos esse in parti christianos
qui caritatem primitivorum et fervorem retinent in plebibus tunc procul dubio illos com
municare sub utraque specie crederent quemadmodum illis credunt tunc temporis esse licitum propter eundem
fervorem caritatis ¶ Tercio conuincuntur esse certi et expressi contra fidem quam tota sacra scriptura
pretendit adhuc ante finem mundi christi ecclesiam reformari et amplius dilatari et quod
christi ecclesia redibit ad primam suam dignitatem et quod secundo redibit ad antiquam dignitatem
et quod adhuc multiplicabunt in senecta uberi et bene pacientes erunt ut annuncient
et quod adhuc helias veniat et restaurabit omnia et convertet corda patrum in filios
et cetera Sic et hoc prius Contilin fert ad hoc et semper hoc fuisse congregatum etc
Joh vi Nisi manducaveritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis Iterum
textum suppono debere intelligi ad sensum primarium de sacramentali et spirituali simul mandu
catione et bibitione corporis et sanguinis domini Patet ista suppositio per glosam interlinearem
ibidem sic dicentem Christus iam non fecit mencionem de comestione sacramentali altaris Sed figu
rat quis modus sit dandi vel manducandi tamen nisi manducaveritis etc. Et ibidem glosa ordinaria
dicit Exponunt quidam sancti de manducacione sacramenti altaris et bene dicunt patet etiam
per Augustinum de con. dis. ii capitulo Ut quid paras ubi expresse ille textus limitatur ad sacramentalem
visibilem ut patet in textu Et in glosa super verbo non hoc corpus Patet etiam per multas
sanctorum auctoritates quamvis concordet huic intellectui probavimus de adultis de communione sub
utraque specie etc. Cum ergo iste textus Nisi manducaveritis carnem filii hominis etc. sit et ille Nisi quis
renatus fuerit etc. sit sic dictus quod ipse nullam excludit etatem vel sexum statum
aut officium patet quod sit fidelibus quod sicut per alium ita per primum sunt similiter obligati
Nam quis dicet racionem quare scilicet omnes obligat et non primus Cum utrobique comparabilibus
verbis compar generalitas est sine restriccione denotata Et aut ille sensus textus

et Aplitus sic pz per dionisium in ecclesiastica Jerar^a vbi in fine sui libri sic dicit
Puros aut nondum diuina intellige valentes suscepte participes fieri dei generationis et
sacratissimorum thearchice communionis signorum Videtur quidem vt dicit instructos racionabili
risu i[n]dignus dignum Si audire non valentes edoceant Jerarchie diuina et non
intelligentibus tradant sanctas tradiciones Adhuc et hoc magis ridendum videtur quod
pro ipsis alii abrenunciationes dicunt et sacras confessiones Oz tuam Jerarchiam
prudenciam non molestari in erudientibus sed reuerenter simul et illuminationis ipsorum gratia
amabiliter excusare ad prelatas ab ipsis instancias apponentem Et hoc secundum legem
sanctam quod non in nostra cognitione omnia diuina consistunt Multa autem a nobis igno-
torum causas habent deo convenientes nobis quidem ignotas scibiles autem ordinibus
qui nobis sunt meliores Multa autem et supernas substancias latent et a sola dicta sunt
cognita omni sapiente et sapientifica thearchia Horum verborum ibidem ponitur talis
sensus Sicut michi sanctissime risu dignum videtur incredulis quod pueri non valentes
intellige diuina baptismum recipiant et eukaristiam et quod ipsi non valentes illos intelli-
ge doceant diuina et vale tradant sacras tradiciones quas et ipsi non intelligunt
et hoc ipsis infidelibus magis ridendum videtur quia alii pro ipsis pueris faciunt abre-
nunciationes et confessiones Sed non oz tuam spiritualem discrecionem erroribus infidelium co-
turbari quin potius cum modestia et reuerencia ad ipsorum illuminacionem amabiliter excu-
sare quo ipsi contra impugnant adducendo sanctarum scripturarum testimonia quod non omnia diuina
a nostra sciencia consistunt Multa enim incognita causas habent apud deum convenientes quas
quidem ignoramus alcius non celestes sciunt illa multa eciam abscondita sunt a supernis
angelis que sola diuina sapiencia cognoscuntur Hec ibi Ex quibus dictis patent quinque
puncta valde notabilia fidelibus perspicatius intueri quorum quodlibet ineuitabiliter ex
textu elicitur supradicto Primo quod beatus Thimoteus cum esset Corintheorum episcopus
pitisabat baptismum paruulorum et communionem eukaristie ad eosdem Et hoc tangitur ibi
cum dicitur videtur dignum risu incredulis quod paruuli baptismum recipiunt eukaristiam
Sed hic fissiga aduersarius volt per eukaristiam intelligere ympmd Simbolum i[d est]
Credo in deum pro eo quod dionisius prius in vno loco appellat simbolum eukaristiam sim-
bolicam timet ergo iste fissiga ne consimiliter hic per simbolum eukaristia intelligatur Sed
videtur isti fissige quod si attendit ad exposicionem simul cum textu nullatenus per
thearchica communionem signorum potuit intelligere simbolum Jn omnibus enim libris dionisii
non reperietur vt per thearchica communionem signorum simbolum intelligeret Jntelligendo
ergo exposicionem cum textu thearchica communionem signorum hoc est eukaristiam vt gloza
testabitur illius fantasia euanescit Secundo pz quod tales pueri generati erant nondum
intelligentes primo nec audire valentes quod notatur ibi cum dicitur in textu Si au-
dire non valentes edoceant Jerarchie diuine et non intelligentibus tradant sanctas
tradiciones quia ergo erant non intelligentes nec adhuc audire valentes relinquitur
quod tales pueri erant infantes Tercio pz quod ex huiusmodi praxi sanctorum baptisandi et
communicandi proles non habentes vsum racionis Beatus dyonisius cum aliis derideba-
tur infidelibus et per raciones reprobabatur quia sanctos dicit eukaristiam nondum intelligentibus
nec vsum et iudicium racionis habentibus Et hoc notatur in textu cum dicitur videtur quidem
instructos racionabili risu in indignus dignum Si audire non intelligentes edoceant etc
Quarto quod instructi communionis reprobant ex causa predicta quorum hodie exemplo quamplures

ex eisdem causis sicut et isti commoti et per easdem rationes et causas sicut et isti rep-
barent mollirentur doctrinam prelatorum communem. Preterea scilicet quod nemo intelligere potest hoc est
quia non habent usum rationis. ¶ Tertio patet quod humani reprobatores et incitatores beatus Dio-
nisius arguit verbis increpat et appellat illos primo infideles quia non credunt
veritati. Secundo appellat eos errantes cum plurimi per veritatem astruunt consequendo in veritati.
Tertio vocat eos immundos immundos causa quare errant scilicet cordis immundicie propter
mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. Iuxta dictum salvatoris qui est veritas dicentis Beati
et per istas causas peccant consimilibus increpacione celant. ¶ Quarto patet quod non
oportet aliquem fidelem Christianum aut aliquem ministrum sancte communionis propter frivolas quo-
rumcumque repugnancia exturbari sed ut propter illorum scandala et mala agant quod
velint propter hoc communionem relinquere parvulorum. Et hoc notat beatus Dionisius dicens
Unde non oportet tuam spiritualem discrecionem infidelium erroribus conturbari sed potius
per spirituales scilicet illos reuincere et eorum prelatas instancias et similes argumenta
propter illorum insolitionem dissolvere et dissolvendo in proposito veritatis permanere. Ad hoc
enim non ad aliud iubet instancias illorum solvere ut veritas communionis parvulorum de-
beat inter illos illesa manere. Unde contra illos maliuolos ipse solus Dionisius
eos vincat reuincit cum dicit: Multa enim nobis incognita causas habent apud
deum convenientes propter quas fiunt quas homines ignorant. Quorum unum est de illa
parvulorum communione cuius causas homines ignorant. ¶ Post hoc accedo ad Cyprianum
dicentem de quadam infantula non habente usum rationis nec dum valente loqui quod
in sua ecclesia cum aliis fuit communicata. Unde per ipso sic inquit: Presentem de teste
meipso accipite quod evenit parentes forte fugientes dum trepidi minus con-
sulunt sub nutricis alimento parvulam filiam reliquerunt. Relicta nutrix detu-
lit ad magistratus illic ei apud ydolum quo populus confluebat quod cuncta nec
dum posset edere per etatem panem mero mixtum, quod tamen de ymmolacione pereuncium
superat tradiderunt. Recepit filiam mater sed facinus puella commissum tam loqui
et indicare non potuit nec cuncte ignoratione igitur obreptum est ut sacrifica-
tibus nobis eam secum mater inferret. Sed enim puella immixta cum sanctis precibus
nostris et orationibus impaciens nostre plorationem concuti nostre metus estu fluctua-
bunda iactari velud tortore cogente quibus poterat indiciis sicut conscienciam facti
in simplicibus adhuc annis rudis anima testabatur. Ubi vero solempnitatibus
adimpletis calicem dum diaconus presentibus offerre cepit et accipientibus ceteris
eius loco advenit faciem parvula instinctu divine maiestatis os labiis ob-
turantibus premere calicem recusare restitit tamen diaconus et reluctanti
licet de sacro calice infudit tunc sequitur singultus et vomitus in corpore
atque ore violato eukaristia remanere non potuit. Sanctificatus in domini sanguinem
potus de pollutis visceribus erupit tantum est potestas domini tanta maiestas
secreta tenebrarum sub eius luce detecta sunt sacerdotem dei nec occulta tamen
fefellerunt. Hec circa infantem que ad loquendum alienum circa se crimen nec dum
habuit etatem. Hec ibi. ¶ Ex cuius dictis patet nimirum evidenter et aperte quod beatus iste
martyr digne contestatur scilicet quod in sua presencia personali sanguinis Christi de calice
dabatur puelle infanti que nec dum loqui potuit pre etatis teneritudine

nec tamen alienum puta sue mentis erga se commissum intelligere et aperire Quando deo
quid vult quoniam nisi quod peccata generis parvulorum atque aliorum usque in temporibus mar
tirum prefectos primitiue ecclesie fuit successive continuata Sed hij aduersarij hanc
rem gestam et clare contestatam negare non valentes nec quid contra loqui possunt
hinc inde et seipsos in feluitate soluunt mittunt contra eius nephandam verecundiam beatum
Cyprianum in purgare dicentes Quid est hoc quod si illa puella infans erat quomodo
ipsa habuit os violatum peccato quod non fecit cum viscera polluta dicente Augustino
ad Bonifacium Quoniam semel regenerata per alienam voluntatem deinceps non pos
aliene iniquitatis vinculis astringi nisi sua voluntate consenciat Ad quod hijs ali
enidemus distinguentes pro honore beati martiris et dicentes quod sicut sanctificatio est
duplex similiter et violatio sibi opposita erit duplex Quedam enim est sanctificatio
ex qua anima formaliter perficitur gratiam faciente causata per quam continue ex dei accipimus
et dicimur sanctificari nomine tamen rei et hec est solummodo speciis rationalis sanctitatis
Alia est sanctificatio non propter gratiam facientem deo sed ab extrinseco per quandam gra
tuitatem seu redundanciam aliene sanctitatis et sic corpus boni hominis dicitur
sanctum sicut locus dicitur sanctus a sanctitate alicuius ibi inhabitantis unde dicebat
dominus moysi Solue calciamenta de pedibus tuis quia locus in quo stas sanctus est
et sic eciam vestes et vasa ecclesie dicuntur sancta propter hoc quod sunt in ministerium proprium
deputata et quasi a contactu eius sanctificata Et isto modo dico quod viscera puelle
erant a sanctitate sanctorum dicta sed non a prima prophanata et ab extrinseco violata
Idem postea ponens
quam beatus martir aliena tamen ea se multo inculpauit
quasi generalem regulam ex generali causa quam supponit dicens per baptismum
et sic baptisati et spiritum tamen conserventur ad bibendum
eum spiritus sanctus accipitur
taliter dominum premittit hec ille Post hec idem sanctus vir vocans eukaristiam quod
misteriali bona gratia anthonomastice pace et gratiam in epistola dicit xvij ad fidum
Infantes non esse prohibendos ab hac pace seu ab hac gratia generis Unde
sic dicit Ceterum si homines impedire aliquid ad consecucionem gratie sed illius posset
magis adultos et prefectos et maiores natu possent impedire peccata generis
Porro autem si eciam grauissimis delictoribus et in deum multum ante peccantibus
cum postea crediderint remissio peccatorum datur contra baptismo atque eukaristie gratia
nemo prohibetur quanto magis non debet prohiberi infans qui recens natus
nichil peccauit nisi quod secundum Adam carnaliter natus contagium mortis antique
prima natiuitate contraxit quod ad remissionem peccatorum accipiendam hoc ipso facilius
accedit quod illi remittuntur non propria peccata sed aliena Sed ideo fratres carissime
hec fuit in Concilio nostra sententia a baptismo atque gratia qui omnibus misericors
et benignus et pius est neminem per nos debere prohiberi Que cum circa vniuersos obser
uanda sit atque retinenda magis circa infantes ipsos et recentes natos ob
seruandum putamus qui hoc ipso de ope nostra ac de diuina misericordia plus merentur
quod in primo statim natiuitatis sue ortu plorantes ac flentes nichil aliud fa
ciunt quam deprecantur hec Ciprianus Sed hic aduersarius satis collabitur asserens
hunc per baptismum aque gratiam intelligi tamen baptismi gratiam quod si sic intelligeret
certum est quod bis repetendo illud copulatiuum baptismum atque gratiam bis faceret

supfluã locucõz peccando per figuram grãce scz pleonasmum Et qz enim sufficient po
tuisset dicere neminem debere phiberi a baptismo· cum dicere a baptismo atqz gra
Cum ergo bis dicat a baptismo atqz gra neminem phibendum· tamen e ipam res
diuisas per copulacõm copulatiuaz denotasse· sic als fecit ponendo eukam
partez vel gnonem vel grãm Et qz hoc sit verum scz qz p eukam ponat sancti
gram illimitate et integritate pz per decret de con di v Cum madidat
ubi dr vniuscuiusqz accipit partem suã Unde in ipa gra per ptes diuise
per ptes madidant et remanet integra hec ibi Post hoc s Augs libro
de baptismo puulorz diffinibat contra pellagianos hereticos qui asserebant
puulos non esse baptisandos cum nullum tamen heant abluendum Hos Augs primo
reuincebat eos per sacraz scripturaz Johis iii° dicentez velit nolit omnibus Nisi quis
renatus fuit ex aqua et spu sco non intrabit in regnum celorz Tunc illi
non valentes effugere obiectaz veritatez videntes dicebant Augustino· verum e
qz puuli non baptisati non intrabunt regnum celorz· sz nichilominus hebunt
vitaz eternaz tamqz ponent aliud esse regnum celorz puulorz· et aliud vi
tam eternam Hos Augustinus pbat eis Qz si non intrabunt in regnum celorz
vt dixit illa scriptura de baptismo· qz nec ipi hebunt vitã eternam vt dixit
eis alia scriptura Johis vi° Nisi manducaveritis etc Isto notato poterunt vba
Augustini satis obscura facilius apphendi Cum sic dicat in forma de ipis
pellagianis / hunt utiqz quo fugiant atqz delitescant qz non ait dns
Si quis renatus fuit ex aqua et spu sco non hebit vita· sz ait non in
bit in regnum dei Nam si aliud dixisset illa dubitacio posset aboriri
Auferatur ergo dubitacio· iam dnm audiamus inqt non quidem hoc de sacro
lauacri dicentem· sz de sacro sancte mense sue· quo nemo nisi rite
baptisatus accedit Nisi mandu car· fi ho· et bi sanguinem eius non ha
nitã in vobis Quid vltra querimus· quid ad hoc respondere pt nisi
pertinatia pugnantes neruos aduersus costantiaz perspicue veritatis intendat
An vero quisqz etiam hoc dicere audebit qz ad puulos hec snia non ptineat
possunt qz sine participacõe corporis huius et sanguinis in se here vitam
qz non ait Qui non manducauerit sic de baptismo· qui non renatus fuit
sz ait Si non manducaueritis velud eos alloquens qui audire et intelligere
poterant qd utiqz non valent puuli Sed qui hoc dicit non attendit nisi
qz omnes ista snia teneat vt sine corpe et sanguine filii hominis vitã here
non possunt Et frustra etiã etas maior illud curat Pt enim si non volun
tatez sed vba loquentis attendas eis solis videri dcm· cum quibus tunc dns
loquebatur Cum non ait qd non manducauerit sz si non manducaueritis Et ibi est
qz eodem loco: de hac ipa re dicit Panis quem ego dabo· caro mea e pro
seculi· sm hoc etiã ad nos ptinere id sacrum intelligimus· qui tunc nondum
fuimus quando ista loquebatur cum non possumus dicere ad seculum nos non ptinere
pro cuius vita xpus carnez suaz dedit Quis aut hoc ambigat seculi

nomine hominis significasse qui nascendo in hoc seculum venit. Nam sic alibi
ait: Filii seculi huius generant et generantur. Ac per hoc pro parvulorum vita caro
data est pro seculi vita, et si non manducaverint carnem filii hominis nec ipsi
habebunt vitam. Hinc est eciam illud: Pater diligit filium et omnia dedit in manum
eius. Qui credit in filium dei habet vitam eternam; qui autem incredulus est
filio non habet vitam sed ira dei manet super eum. In quo genere horum ponemus
infantes? an in eorum qui sunt increduli filio? In neutro, ait aliquis, quia cum
in hoc credere non possint nec increduli putandi sunt. Non hoc indicat ecclesiastica
regula que baptizatos infantes fidelium numero adiungit. Et
infra: In cuius regnum non intrabit nisi qui renatus fuerit ex aqua et
spiritu, nec preter regnum eius salutem ac vitam possidebit eternam. Quomodo qui
non manducaverint carnem eius, et qui incredulus est filio nec habet vitam
sed ira dei manet super eum. Ab hoc peccato, ab hac egritudine, ab hac
ira dei, cuius naturaliter filii sunt qui eciam si per etatem non habent proprium trahunt
originale peccatum, non liberat nisi agnus dei qui tollit peccata mundi, non
nisi medicus qui non venit propter sanos sed propter egrotos, non nisi salvator,
de quo dictum est generi humano: Natus est nobis hodie salvator; non nisi redemptor
cuius sanguine deletur debitum nostrum. Nam quis audeat dicere non esse Christum
infantium salvatorem nec redemptorem? Unde autem salvos facit si nulla
in eis est originalis egritudo peccati? Unde redimit si non sunt per originem
primi hominis venundati sub peccato? Nulla igitur ex nostro arbitrio preter baptismum
Christi salus eterna promittitur infantibus, quam non promittit scriptura divina
humanis omnibus ingeniis preferenda. Optime Punici christiani baptismum ipsum
nihil aliud quam salutem et sacramentum corporis nihil aliud quam vitam vocant.
Unde nisi ex antiqua et apostolica ut estimo tradicione qua ecclesie Christi
insitum tenent preter baptismum et participacionem mense dominice non solum regnum dei
sed nec ad salutem et vitam eternam posse quemquam hominum pervenire? Hoc enim et
scriptura testatur secundum ea que supra diximus. Nam quid aliud tenent qui
baptismum nomine salutis appellant nisi quod dictum est: Salvos nos fecit per
lavacrum regeneracionis; et quod Petrus ait: Sic et nos simili forma baptisma
salvos facit. Quid aliud eciam nisi sacramentum dominice mense vitam vocant nisi
quod dictum est: Ego sum panis vivus qui de celo descendi; Et panis quem
ego dedero vobis caro mea est pro seculi vita; Et si non manducaveritis carnem
filii hominis et sanguinem eius biberitis non habebitis vitam in vobis. Si ergo
ut tot et tanta divina testimonia concinunt nec salus nec vita eterna sine
baptismo et corpore et sanguine domini cuiquam speranda est, frustra sine his promittitur
salus parvulis. Hec ille. Verba huius doctoris cum non habentibus spiritualem usum
regendi doctores sint nubilosa et implicacione argumentorum obstinata

Ideo nota diligent arenga p dicta qua ad hec illis pposui iam dicto sensu
illorum librorum mebratim eliciuntur aquarum ppanti ma ncd contestanda pmo
quod negantibus pellagianis puulos non baptisatos intrare in regnum celorum
et credentibus intelligimus tamen habere illos vitam eternam Et hec per illud Joh
iij Nisi manducaveritis carnem filij hominis et bi eius sanguinem non ha vitam
in vobis Et hec ibi Cum dicit Omnium audiamus in quo non eodem hec de
sacro lavacri dicitur sed de sacro misse sancte sue quo nemo rite nisi
baptisatus accedit Nisi manducaveritis etc Ex quibus verbis patet primo quod
Augustinus intelligit hunc textum Iohannis vi ad eius sensum pmarium scilicet ad man
ducacionem et bibicionem sacramentalem et spiritualem simul Secundo patet ex hijs verbis
quorum pmo quod dixit Non eodem hec de sacro lavacri i baptismi
Christum dicere sed de sacro sancte misse sue i altaris per sacram enim missam
sacrum generaliter doctores intelligunt sacramentum altaris domini quod Augustinus in fine
vocat missam dominicam Tercio patet hec idem ex alijs verbis que apposita
sunt dicti sed de sacro sancte misse sue quo nemo rite nisi baptisatus
accedit Et hec ideo apposuit ne credant pellagiani potuisse puulos
accessisse ad sacrum misse sancte sine baptismo Ideo dicit eis quo ne-
mo rite nisi baptisatos accedit Et hec apposuit ideo ne credant
pellagiani potuisse pueros accessisse ad sacrum misse sue sine baptismo
Ideo dicit eis Quo nemo rite nisi baptisatus accedit q d Si pueros
non baptisati non accedunt non habent vitam eternam quia indigne accedunt
Cum accessus utique non sit conveniens spirituali sacro Quarto patet hec idem
quod tamen omnis accessus per distanciam pspectivam quandam carenciam sive
tunc baptisati pueri non dicuntur accedere ad misticum sacrum et spirituale
eo quod illo non careant nec ab illo distent cum illud habeant simultanee
et pariter cum baptismo Quinto hec idem videtur ex hoc quia non est possibile
quod Augustinus in una parte in eodem loco per sacrum lavacri intelliget sacrum
materiale et in alio intra ejusdem per sacrum misse dominice intelliget sacrum
typicum et spirituale tamen quod utique ipse non erit sacrum sancte misse i altaris nisi
valde improprie sumpte Non ergo dicat adversarius quod Augustinus eodem loco
valet verba sumens iam proprie iam improprie sumpte sacrum Sed potius mesq
dicat quod aut utrobique sumunt sacrum spirituale quod non bene convenit inten
cioni Augustini Aut quod utrobique sumunt sacrum hoc est proprie visibili quod magis
convenit sensui sequenti Omnia ad hec ipse sit accessus dignus solum baptisa
torum Quapropter ergo ut ipse adversarius non transferat verba doctorum ad propriam
fugam et defensionem nec ad eos sensus quibus ipsi verba formale sentencia sua
non possunt pertinent Hec ergo dicto et probato patet ultimus quod ista sententia huius Iohannis vi
Nisi manducaveritis etc quam pertinet Augustinus directe pertinet ad puulos ut ipse dicit Sic
ut nec ipsi possint sine sacro misse dominice et eius sacramentali participacione in se
habere vitam Non ergo dicant hic adversarij quod ista sententia non pertinet ad puulos
sed solum ad adultos qui audire poterant et intelligere Christum ad se loquentem
quod utique non valent puuli Nam qui hoc dicit tenet et credit pocius

quod apud illum etas maior .i. adulta nunc modica frustra hoc tractat quia etiam
ad se illa verba dei non audiunt Ideo dicendum est veritas quod illa sententia nisi manducaveritis
etc pertinet ad parvulos ymo omnes tenet et obligat ut dicit Augustinus Sed post
istum alia scriptura et alia racione ibi cum dicitur et ubi est quod eodem loco de
hac ipsa re dicit Panis quem ego dedero caro mea est pro seculi vita .i.
pro omnibus hominibus ad seculum pertinentibus et venientibus Cum ergo et nos sciamus
omnes pertinemus ad seculum cuius singuli filii seculi huius generantur et geniti et
etiam cum parvuli pertinent ad seculum Ideo pro omnium et sic etiam pro parvulorum vita
caro data est pro seculi vita Et si parvuli non manducaverint carnem filii
hominis nec ipsi habebunt vitam Et hec est alia racio Augustini qua probat ad parvulos
predictam sumpcionem pertinere Post modum Augustinus probat baptisatos parvulos fideles
esse et computandos debere habere vitam eternam Sed super non baptisatos et non
computatos iram dei manere et sic illos non ad vitam eternam pervenire
propter quod nullus debet eis ex suo arbitrio preter baptismum Christi salutem eternam
promittere sicut faciebant pellagiani Et ideo ut dicit Augustinus apostolice prima
christiani senciunt de hiis duobus sacramentis ponendo dictum inter illa quia utique
non bene ponerent si spiritualiter utrobique fierent capta Dicunt enim baptismum nichil
aliud quam salutem et sacramentum eukaristie nichil aliud quam vitam vocant Sed probat
eis Augustinus ex scripturis inter quas etiam apponit illam Nisi manducaveritis etc
intelligendo uniformiter de sacramento mense dominice Deinde ex omnibus illis concludit
sentenciam suam contra [illegible] pellagianos Regno tot scripture concinunt et concor-
dant intelligendo de baptismo parvulorum et communione corporis Christi quod sine hiis duobus
sacramentis nedum parvuli sed omnes vitam habere non possunt nec salutem et
ergo pellagiani vel quicunque alii frustra sine hiis duobus sacramentis
salutem promittunt et vitam eternam parvulis quod fuit prius Post hoc addendum
est Innocentius qui etiam modum ponendo ministrandi eukaristiam parvulis in sua summa
de hoc sacramento loquens capitulo x° sic dicit Summa eukaristie et augmentum dat gratie
Ideo dixerunt quidam quod parvulis danda est eukaristia in forma liquida sanguinis
sanguinis domini vel in forma panis comminuta et concta in aqua quia si eis
subtraheretur de gratia aliquid diminueretur et ita minus in celo haberent premium
Unde peccaret qui eis eukaristiam subtraheret Alii autem dixerunt quod non est
danda eukaristia parvulis propter periculum eiectionis quia nichil eis valet nisi
deglutiant Sed ad hoc dixerunt quidam magni viri quod non exigitur in eukaristie
sumptione nisi gustus contingatur et sapor senciatur sicut fit cum datur in baptismo
accipere salem sapiencie Constat enim quod non deglutit salem et tamen ex solo
sale habet exorcismus effectum in parvulo Unde pium esset dare eukaristiam cum
parvulo cum tali cautela quod si post gustum parvulus eiceret colligeretur illa eiectio
et igni combureretur sicut dicitur in Exodo Si quid residuum fuerit igne comburetur
Hec Innocentius Et concius Bonaventura non sic ecclesia tamen ad hoc ex
posse sonare videtur in suo Breviloquio libro vi° capitulo ix° tractans de sacramento
eukaristie dicens Verbum incarnatum non tamen instituit sacramentum quod nos in se incorporaret

ut baptismum et genitas augmentaret et roboraret ut confirmacionem, vinecia quod
genitas emitteret ut eukaristie sacramentum. Ex quibus patet quod hec tria sacramenta omnibus dantur qui
accedunt ad fidem hec ille. Cum ergo pueri accedunt ad fidem in baptismo
constat quod eis et eukaristia est danda, quibus scilicet omnibus tunc ut dictum est
presentatam formam comprobantibus hiis conveniens videbat ordinacio ecclesie tunc modum
dandi et precepta inserta nostris antiquissimis missalibus et agendis nobis in
memoriale gesta et scripta veritatis divina providencia delictis. Ex quibus patet quod
sancti isti doctores ore docebant et scriptis firmabant hoc precepte et catholice
exequebantur ministres. Unde sic habetur in predictis agendis circa baptizacionem
infantium subtus post illud ubi sic dicitur Accipe vestem candidam etc tunc inest
vestiatur infans et si episcopus adest statim confirmari oportet, ac postea communi
cari. Quod si aut presens non est ut confirmato non negligatur episcopus aut si prius non
fuit antequam lactetur aut aliquid accipiat communicet eum sacerdos corporis et sanguinis
domini ita dicens Corpus et sanguis domini nostri Ihesu Christi custodiat animam tuam
in vitam eternam Amen hec ibi. Ad quorum evidenciam propositionem adhuc in qui
busdam provinciis aliquid huiusmodi restat. Cum enim infans baptizatur statim
ad altare defertur et corpus Christi sibi exponitur et monstratur. Deinde sacerdos vestitus
dominum neque ministerium eius ad os ablutis digitis potat infantem et dicat
Sanguis domini nostri Ihesu Christi proficiat tibi in vitam eternam Amen. Et in presentibus
diebus sacerdotes ore sacrilegio et modo dando plebi suorum digitorum
ablucionem dicere non debebant. Item Thomas parte 3 q lxxiii sic dicit
Per baptismum ordinatur homo ad eukaristiam. Ideo ex hoc ipso quod pueri
baptizantur ordinatur ad eukaristiam per ecclesiam. Item secundum eundem super
iiii° sententiarum dist xxiiii Ius habet percipiendi eukaristie quilibet baptizatus
nisi per mortem illud amittat hec ille. Volens ergo item probare suo tempore
mittit animo periculum ut videtur. Item in canone de con d ii Fi tenendum
dum dicitur Quibusdam precipitur eukaristie negligentem quem communicare in eodem die ab
omnibus fidelibus exceptis hiis quibus pro criminibus temporibus inhibitum est percipi
enda sit ecclesiasticus usus demonstrat hec ille. Item Paschasius doctor sub
scriptura capitulo xxi sic ait Nemo carne et sanguine Christi exuens deputetur
nisi qui seipsum culpis exigentibus abscidit. Ecce qualis ordo ista qui
non manducat carnem Christi nec bibit eius sanguinem procul dubio nec vitam
habebit in se manentem hec ille. Item doctor de lira super cap xxv ysaie
scribit Et dominus in monte Syon dicitur fecisse cenam discipulis suis et tunc
dedit corpus suum discipulis suis in cibum et sanguinem in potum et hoc sacramentum
cene est maxime referendum et per apostolos suos et discipulos fecit et facit hoc co
nvivium ministrari omnibus christianis hec ille. Omnibus ergo christianis dandum est
hoc sacramentum non indispositis per peccatum. Item Scotus super iiii° d xii sic
scribit Christus expresse docuit se velle eukaristiam sumi a quolibet christiano Johannis
vi° Nisi manducaveritis carnem filii hominis etc ibi enim loquitur omnibus hec ille. Cum ergo

volt qr non immat a quotienscumque xpiano videt esse xpo contrarius et pergens
antixpe. Item in li° recognitionum beati Clementis li° primo de sancto beato
petro Ait enim eos nullo modo ostendi posse salvari nisi per spiritus sancti gratiam
sim invocationis divini baptismate operentur et eukaristiam domini sumerent. Iste
li° 3° sic dicit Baptisabit autem unumquemque vestrum in aquis perhennibus nomine tri
beatitudinis invocato super se. perungetur primo oleo per orationem sanctificato ita ut de
mum per hec consecratus possit percipere de sanctis. hec est eukaristie sacramentis Et
sunt sine videt textus legis dei geordane. Primo illud ysaie xlix hec dicit
dominus ecce levabo manum meam ad gentes et exaltabo ad populos signum
meum. et afferent filios tuos in ulnis. et filias tuas super humeros portabunt
et erunt reges nutricii tui. et regine nutrices tue. vultu in terram demisso
adorabunt te. Item Exo. x. Cum parvulis nostris et senioribus pergemus
cum filiis et filiabus cum ovibus et armentis. Est enim solemnitas domini dei nostri
et respondit pharao Sit dominus vobiscum. quomodo ego dimittam vos et parvulos
vestros. cui dubium quod pessime cogitetis. Non fiat ita. Pro eodem est doctor
[illegible] misticorum x. p sic sunt. 6. parte Canonis dicit sic. Illud
nosce. quod sic manna datum fuit hebreis post transitum maris rubri iam sub
mersis Egiptiis Sic eukaristia datur xpianis post ablutionem baptismi iam deletis
peccatis. ut per baptismum mundemur a malo. per eukaristiam confirmemur in bono. Sic
enim manna populum illum per vastitatem solitudinis ad terram promissionis perduxit Sic
populum istum eukaristia per incolatum vite presentis ad patriam paradisi perducit. Regnum
Sic enim filiis israel transito mari rubro manna non defuit donec venirent
in terram promissionis Ita et fidelibus renatis per baptismum rubratum et sanctifi
catum sanguine xpi non deficiat eukaristia donec veniet finis seculi. hec ille
Beda in omelia purificationis. Item luc 2° dicit inter cetera. Et unumquemque
nunc presens aqua baptismi a peccatis omnibus qui circumcisione purgat ac sic
perficiens gratia nove legis ad altare sanctum salutari hostia dominici corporis
et sanguinis consecrandus ingreditur. Beda super Johem ca° 2° ubi sex ydrias
misticas dicit inter cetera Erant ydrie sex ta ad abluenda peccati contagia
ad potanda vite gaudia incessanter cetus afferens undam i. xpi adve
ntus [illegible] in octavi diei circumcisione baptismate quod in misterium dominice circumci
sionis a peccatorum morte nos redemit intelligis in inductione in templum
et oblatione hostie purificationis figuratum cognoscite fideles qui assignantur de bapti
smo ad altare sanctum ingredi ac dominici corporis et sanguinis victima singulari
debet consecrari. vino quod de aqua facto. et quod [illegible] donatus est
Item Beda super Joh c° xviij° de pane sequens et tinctura xpi misticans
quid significet superior pars et quid inferior ad oppositum iam sic dicit Infima
pars crucis que occultata est et ad terram defixa Sic bonia mea profunditate gratie
dei que comprehendi ac videri non potest universa procedunt. Postremo crucis signum
credentium frontibus adhibet [illegible] signo crisma confirmat. quo idem perungitur

ipa ex qua gñant̃ aqua sctificat̃ nec ño corpis et sagwis dñi sacficiu
quo alunt̃ baptisati q̃sequunt̃ sine hac neq̃ue nl hor rite pficet̃
hec ille Rabanus sup m̃ti Et sup tcio ṽto Et ponit̃ in glo a.e sup
illo ṽbo . q princeps Tiri petiuit ptem fencto tre sic dicit gesudes illa
alicte ptem sancte tre sctñ fidelt q̃ baptisatus oz dinci corpis et
sagwis pticipatõne c̃sfirmari Isidorus li ad Karolum misticans
bina sc̃a tencia via bapmi Deinde in fine libri dicit sic Confirmat̃
postea infans sagne et corpore dñi nri ihu xpi . ut sciat pilla misticu
dyabolum repulsu ab eius corde et xpm inhitare Ita ut c̃sfident dicat
Illud / omnes qui in xpo baptisati estis xpm induistis hec ysidorus Ite
becta dicit sic Illud aut de paruulis puidendum sit ne postq̃ baptisati
fuerint / nllum cibum accipiant / neq̃ lactent̃ sine summa necitate an
q̃municent sacro corpis et sagwis xpi / et p totam ebdomadam pasce omnibus
diebus ad missam veniat / et parentes ipsorum p ipsis offerant et q̃municent
omnes hec ibi / Ad idem e Augus li tcio de Trinitate ca ṽiii dicit inter
cetera sic Sicut infantes ño nouit qd in altari ponit̃ et pacta pietatis ce
lebracione c̃sumit̃ vnde ul quo c̃ficiat̃ vnde in vsu religois assumat̃
et si nũq̃ discant experimento ul suo ul aliorum et nũq̃ illam specie rerum
videant nisi intra celebracionem sacrimetorum cu offert̃ dicat̃ q eis auctre
benigna eius corpus et sagwis sit nichil aliud credent nisi omnia in illa spe
ciem apparuisse oculis mortalium et latere tali percusso liquorem illum omnio fluxisse
hec ille Ad idem e Augus li de scia salutis vbi dicit Sic debet vnusquisq
scire . q septe sunt sacrimenta in qbus gra conferit̃ spualis Baptismus sanctus
in aqua Confirmacio qua facit Frons in fronte Eukaristia c̃secrata a sacerdote
Penitencia contricio . et pma Ista quoq debet pcipere omnis xpianus hec ibi Ad idem
e qd scribit Vincencius li historiarum xxii e sub tpe Imperatoris Iustiniani
erat quidam puer Iudeorum qui q̃municat cu ceteris pueris xpianis corpore
et sagne dñi ppt qd a parentibus fuit in ignem piectus et illesus erat
hec ibi De concilio vi to Toletano xvii Canone vi sic habet̃ Cu q̃uisq
fidelis inevitabili infirmitate coactus eukaristiam perceptam eiecit in nullo
ecclesiastice dapnacionis sentenciam Primitus nec illos cuiusq pinconis c̃sura
redarguat qui talia aut tpe infantie faciunt aut in quacumq alia alienatõe
mentis positi quid fecerint ignorare videnti Leo papa et ponit̃ in li Con
ciliorum c.e.ti cciii et xxix ad Constantinopolitanos ecclesiam scribens dicit
Sic eni deum ergo dñice / et ext sacrum haudi sit salutis humane . qui ne
gantes naturam nre carnis in xpo et Concilio q̃dicent et simbolo relucitant̃
nec sentiunt se in hoc prupu sua obstinacõne deduci . vt nec in passionis
dñice nec in resurrectionis veritate c̃sistant q utrumq in salvatore vacuat̃ si
in eo natam generis carnẽ ño credit̃ in qbus iste ignorantie tenebris in quas hactenus
desidie torpore iacuint ut nec auditu discerent nec dicent in lectione cognoscerent

quod in ecclesia dei in omni ore tam consonum est ut nec ab infantium linguis veritas
communionis sacramenti corporis et sanguinis christi communionis aliter sacramenti quibus fidei
tacetur quia in illa mistica distributione alimonie spiritualis aliter spiritualis hoc impertitur
hoc assumitur ut accipientes virtutem celestis cibi in carnem ipsius qui caro
nostra factus est transeamus. hec ille. Et habetur de con. di. ij. In quibus. extra in
decretalibus li. v. rubrica de penitentiis et remissionibus. deus qui dicit deus
qui ecclesiam suam etc. Requiritur ad propositum interim tamen corporis et sanguinis
domini statim renatis fonte baptismatis consuete festivitatibus et in mortis
articulo tribuatis. Item de con. di. iiij. nulli. Et est sub auctoritate Augustini
sic dicentis. nulli est aliquatenus dubitandum. tunc unumquemque fidelium corporis sanguinisque
domini participem fieri quando in baptismate christi membrum christi efficitur. nec alienari ab
illius panis calicisque consortio etiam si antequam panem illum comedat et calicem
bibat de hoc seculo in unitate corporis christi constitutus abscedat sacramenti quippe
illius participatione ac beneficio non privatur. quando ipse hoc quod ipsum sacramentum est invenitur.
Magister mathias parisiensis libro suo de sacramento ita dicit. Unde fuit de more
quondam quod etiam parvulis baptizatis mox post baptismum dabatur sacramentum corporis
christi prout facit illius mentionem Innocencius papa in sua summa. et erat intentum
quorum et alludens sacramento altaris quia ipsum est panis quibus et cottidianus
panis autem est proprietas quod omnibus aliis cibis administretur etc. Sed quia dicunt quod par-
vuli se probare non possunt. iuxta dictum apostoli probet autem seipsum homo et sic de
pane illo edat et de calice bibat. nec communionem in memoriam christi facere iuxta illud
Mathei 26. hoc facite in meam commemorationem. Ideo removendi sunt tamquam
inhabiles ab eukaristie communione. Sed quod hec argumenta sint satis inutilia et vana
facili discussione hoc declaratur. tum primo quod pari ratione et conformi argumento
parvuli essent removendi a baptismo, eo quod christus dicat qui crediderit et ba-
ptizatus fuerit salvus erit. Sed multi doctores sic exponunt et dicunt, quod credere seu
fidem habere presupponitur ad baptismum. Similiter tamen dicitur Act. ij. penitentiam agite
et baptizetur unusquisque vestrum. Et similiter exponunt doctores et dicunt penitentiam
et cathechismum debere precedere ipsum baptismum. Cum ergo parvuli hoc non possunt
tunc multo secundum impugnatorem propter has scripturas deberent a baptismo remo-
pelleri. utique quod quocumque impugnator salvaverit istas scripturas quo ad baptismum
parvulorum, quod eodem modo intelligat de communione eorundem. Dicitur Apostolus probet seipsum
homo etc. Si enim dicat quod fidem habere ante baptismum et penitentiam et cathechismum
solum intelligit de adultis. Idem intelligat de probatione sui ipsius quod ipsa solum
requiritur ante communionem in adultis. Si autem dicat parvulos credere in aliis
et penitentiam habere in aliis ut in fide ecclesie vel aliorum assencium. tunc hoc idem
multo potius non dicet quod parvuli probant seipsos etiam in aliis. et sic bene
quicumque dicet de scripturis ad baptismum parvulorum pertinentibus. hoc idem etiam potest
dicere de scripturis ad communionem parvulorum spectantibus. Et tunc videbit finaliter quod
quacumque ratione ex premissis scripturis volunt parvulos baptizare, ex eadem poterit

et eos convertere. Et ex hoc fideles possunt capere quod qui secure et fideliter baptisant pueros non prorogando illi scripture Qui crediderit et baptisatus fuerit. Et alii de penitentia et cathetismo sic fideliter possunt convertere eosdem non derogando illi scripture Probet seipsum homo etc. Ut autem plene percipiant fideles quid de ista materia sancti sentiant. Attendendum est quod duplex est probatio. Una in se et secunda alia in fide ecclesie. Et hanc habent parvuli quia sancta ecclesia habet tales parvulos pro mundis et patris purgatis et paratis et dignis habitaculis spiritus sancti. Et ita parvuli dicuntur recte et digne probati et examinatione et ecclesie districtione que eciam pro eis in hoc satisfacere nec solum in hoc sed eciam in fide et penitentia et in omnibus aliis eis ad salutem necessariis pro eis membra sua accommodare et quasi cuiusque operationes conuertere dicente Augustino de verbis apostoli sermone x. Credunt de parvulis pueris qui ex adam egroti sunt nam et ipsi portantur ad ecclesiam et si pedibus illuc currere non possunt alienis pedibus currunt ut salventur. Accommodat illis mater ecclesia aliorum pedes ut veniant aliorum cor ut credant aliorum linguam ut fateantur. Ut qui egri sunt alio peccante pregravantur. Sic cum alii sani sunt alio pro eis confitente salvantur. Hec Augustinus. Ex quo plenissime patet quod sancta mater ecclesia que supplet omnia in parvulis necessaria ad sacramenta tam potens et sufficiens est accommodare parvulis probationem et districtionem quam potens est accommodare eis pedes ad eundum os ad loquendum et cor ad credendum. Ex quo patet quod sicut concedimus parvulos venire ad sacramentum et confiteri et credere omnia que fidei christiane sunt necessaria tam concedimus parvulos ~~venire ad sacramentum~~ probare semetipsos in patrinis vel in ecclesia. Sed adhuc confirmat Augustinus libro primo de meritis et remissione peccatorum dicens Mater ecclesia os maternum parvulis prebet ut sacris misteriis imbuantur qui nondum possunt corde credere ad iusticiam nec ore proprio confiteri ad salutem neque ideo tamen eos quisquis fidelium infideles dicere potest quod a credendo utique nomen est quamvis hoc non per ipsos sed alii pro eis inter sacramenta respondentes. Sic profecto recte fideles vocantur quia fidem per verba gestantium dyabolo et huic mundo renunciare vocantur. Hec ille. Ex cuius dicto patet prima supposita. Secundo patet quod notabiliter dicit quod sacris misteriis imbuantur per misteria utique pluraliter intelligendo non unum sed plura sacramenta. Tum quod impugnator dicit et concedit quod mater ecclesia accommodat os suum parvulis aures pedes et linguam et cor ad credendum. Cur ergo negat accommodare illud cor parvulis ad seipsos probandum stultissimus foret homo qui illa posset priora concedere et posteriora velle denegari cum impossibile sit priora concedi parvulis nisi eis concedantur posteriora. Ideo verius cum Augustino dici potest quod sicut parvuli recte fideles nominantur quia fidem per verba gestantium recte confitentur et recte penitentes dupliciter. Tertia per eadem verba dyabolo et mundo renunciant. Ita per eadem verba vere et convenienter dici potest quod parvuli per verba gestantium probantur. Et proposito dicit optime Augustinus in omelia super illud evangelium dixit dominus ad quosdam qui in se confidebant etc. Conducat dominus pusillos

tu magnis tangat dns pusillos et magnos cum pusillorum comedamq ma
ioribus loquamur p tacentibus orate p flentibus si non frustra estis maiores
estote victores suenim eos qui adhuc causa sua agere non pnt quos sunt
perdito quos sit inventos sunt pietatemq sunt impendamus hec ille Unde
concordans Guihardus sup Ban ta sic dicit Clamat in nocentius insi
clamat ignorantia puuli clamat addicti infirmitas Ista go clamat hec
omnia sanguinis sus fides matris destructo insteri et misera destituti et
clamat ad patrem porro pater seipsum negare non pt pat est nemo
inde dicat qr non ht fidem cum mat in ptis sua et invalues in
stat o quousqz ydoneus fiat assensu suo evoluta pripe fidem Et seqr
an breve est psallum ut non ambos valeat capere Magna e fides
eclie minus minore cananee mulieris qua constat et filie potuisse sufficere
et sibi Ideo audivit O mulier magna est fides tua minus minor e fide
illorum qui paliticum per regulas dimitteres ante illi sunt et corpi os
tunc salutem Neminus quorum fidem ut vidit aut palitico Confide fili
remittuntur tibi peccata tua Et post pauca subdit Cum ergo ita sunt nullum
indicium sustinebit regnari de eo qd dictum est Sine fide impossibile e placere
deo cum sine fide non sunt qui testium fidei baptismi gratiam percipiunt
Sed neqz de eo qd item dr Qui non credit condempnabitur Quid enim est
credere nisi fidem habere hec ille Ut aut clarius ista veritas appareant
sz qr omnia ista intento suscipiendi sacrum fides bona confitear desiderium
suscipiendi sacrum et cathecisingsen instructo in articlis fidei sunt in pre
misis et requirant ante baptismum puulorum patet plane per scm thom
pte 3 q 68 Ubi querit Utrum pueri sunt baptisandi Et primo arguit
contra sz qr non per hoc qr in eum baptisando requirit intente suscipiendi
sacrum Sedo qr puuli non hnt fidem requisitam requisitam ad fidei sacrum
Tertio qr baptismus illorum debet fieri secundum interrogationem bone consiste in
dem quia pueri non pnt habere Ideo solues istas tres rones probat primo
p dionisium puulos esse baptisandos ultio ca Ecclia te Ierarchie dicente
Dominum nri duces sz apli probavit infantes sit recipi ad baptismum Post hoc
rndet ad primum argumentum Sicut pueri in matris utero constituti non
p seipsos nutrimentum accipiunt sz ex nutrimento matris sustentantur Ita pueri
non habentes usum rationis quasi in utero matris eclie constituti non p seipsos
sed p actum eclie salutem suscipiunt Unde Augustinus dicit lib de meritis et re
missione peccatorum Mater ecclia os maternum puulis probet ut sacris misteriis
imbuatur qd nondum pnt corde proprio credere ad iusticiam nec ore proprio
confiteri ad salutem Si aut postea fideles recte vocantur qui fidem quodammodo per
verba gestantium profitentur cur etiam non penitentes habeantur cum per eorundem
verba gestantium dyabolo et huic seculo abrenunciare monstrentur eadem ratione

pnt dici etiā incredentes nō per actū ꝓprie incredulitatis cū ipi quoqꝫ cōmitant
et plorent hec Thomas Citē ꝙ iste doctor ex eadē rōne qua puuli fideles
vocant et penitentes scꝫ per alios volt ꝙ dici pnt etiā incredentes cū-
que ex eadē rōne nō debeant dici seipsos pbantes ut sup arguitū
est Post hoc Thomas rndet ad scdm argumētū et dicit puulos esse
fideles· nec impedire eorum salutem si parentes sint infideles quātū ad
tal' pmissa societate atqꝫ rōne fideliū offerri dicunt quibꝫ placet ꝙ offe-
rantur et quorum caritate ad comunionem sancti spūs adiungunt Fides enim vnius
ymo totius ecclie puulo pdest per operationes spūs sancti· qui vnit
ecclesiam et bona vnius alteri comunicat hec Thomas Post hoc rndens ad
3m dicit ꝙ sicut puer cū baptisat nō pseipsum ꝫ per alios credit
ita nō pseipsum sed palios interrogat et interrogatus fidem cōfitet ecclie
Et subdit Constantiam tunc bonā consequit puer etiā inseipso nō quidem
actu sed habitu per gratiam iustificantem hec ille Adhuc aut et Thomas
q lxxxi volt ꝙ pueri sint prius cathetisandi et in fide instruendi quā
baptisandi Et pro hoc allegat Rabanum de institutione clericorum dicentē
Ante baptismū debet hominem cathetisandi preuenire officium ut fidei primū
cathecuminus recipiat rudimentū Et subdit Thomas Ad hoc aut ꝙ quis
fidem accipiat ante baptismū requirit ꝙ de fide prius instruatur scdm
illud Rom x· Quō credent nō audientes quo aut audient sine predi-
cante· et ideo ante baptismū conuenienter precedit cathetismus Vnde et dns
preceptū baptisandi Aplis tradens pmittit doctrinam baptismo dicens
Euntes in mundū vniuersum docete omnes gentes baptisantes eas in nomine
patris et filii et spūs sancti Et subdit ꝙ sicut mr ecclia accomodat
pueris baptisandis aliorum pedes vt veniant et aliorum cor ut credant
ita et accomodat eis aures aliorum ut audiant et intellectum aliorum ut
palios instruant et ideo eadē rōne sunt cathetisandi quare et baptisandi
hec Thomas Et ista ē sntia Petri et dionisii prius allegati Ex quo
pꝫ ꝙ cum pueri habeant intellectum ut cathetisent· vtiqꝫ habent eum vt p
eundē pbent Et go si cathetisacio ē in pueris a maiori ē et sui ipsius
pbatio uiro sup dicto Postea idem Thomas prius loquens ad intencionem
mam q lxxxi ꝙ cum homo per baptismū ordinet ad eukaristiam et
ideo ex hoc ipso ꝙ pueri baptisent ordinant per ecclesiam ad eukaristiam
et sic sicut ex fide ecclie credunt sic ex intencione ecclie desiderant eukaristiam
hec ille &c

Loquitur de ecclia quid sit illa pro hoc tota solicitudine ē inquirendum
Nam dicit btūs Augustinus sup psalmo lxix Si go queris eum qui quesiuit
te et ouis facta es eius et audis vocem pastoris tui et quis eum vnde
quid tibi dese ondit· quid de corpe suo ne in ipo errares· ne in ecclia
errares· ne quis tibi dicet xpus ē qui nō est xpus· aut ecclia ē qui nō

est ecclesia. Et infra: audit se tibi et vocem eius sequitur, audit et ecclesiam. Ne quis
te fallat nomine ecclesie. Hec ille. Et patet quod diligenter inquirendum est que sit
illa vera ecclesia, quia Christus audit suam esse ecclesiam, ne nomine tenus ecclesia
appareat in quantum esse vera ecclesia. Et premisso sciendum est quod ecclesia accipitur uno modo Ecclesia capitur primo
pro [illegible] mali et templo ad divina deputato 1 Cor. xi°: An ecclesiam
Dei contempnitis. Et de con. d. ij. Secundo accipitur pro prelatis et maioribus 2o
precipue regentibus. Matth. 18: Si te non audiat, dic ecclesie; quod si ecclesiam non
audit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus. Tertio accipitur ecclesia pro solis 3o
subditis. Actuum xx: Attendite vobis et universo gregi in quo vos
Spiritus sanctus posuit episcopos regere ecclesiam. Quarto ecclesia capitur pro solis malis 4o
et perditis, ut sunt omnes finaliter pertinaces, simoniaci, [illegible], et
universi alii scismatici vel antichristi. Psalmo xxv: Odivi ecclesiam malignantium.
Quinto ecclesia capitur pro solis iustis et predestinatis, de qua scribitur Ecclesiastici iii°: Et 5o
filii sapientie ecclesia iustorum et natio illa obedientia et dilectio. Et de hac dicit Apostolus:
Ut scias quomodo oporteat te in domo Dei conversari, que est ecclesia Dei vivi, columpna
et firmamentum veritatis. Illa enim sola sine observat veritatem Christi, ecclesia malignantium
eam deperdente. De hac sic et habetur in quarto d. vii° loquens de sacramentis
dicit: Res autem significata et non contenta est unitas ecclesie in predestinatis vocatis
et glorificatis. Hec ille. Et illa est proprie sine macula et ruga. Quod recitat in
fine libri dicens: Itaque sive intus conversari videantur sive aperte foris sunt, quod caro
est caro est, sive in area in sua sterilitate perseverant, sive occasione temptationis
tamquam vento extollantur, quod palea est palea est, et semper ab illius
ecclesie que sine macula et ruga est unitate divisus est. Circa qui congregationi
sanctorum in carnali obduratione miscetur, de illo tamen sperandum est,
sive qui intus latens appareat sive qui foris manifestus adversetur. Hec ibi. Et
de hiis dicit ad Romanos viii°: Nam quos prescivit et predestinavit conformes
fieri ymagini filii sui; quos autem predestinavit hos et vocavit, et quos vocavit
hos et iustificavit; quos autem iustificavit illos magnificavit. Et ista ecclesia
est articulus fidei de qua in simbolo. Et de hac vide 24 q. 1 Scriptura.
Et ipsa est sponsa pudica et incorrupta, que [illegible] et adulterari non potest,
24 q. 1 loquitur in fine et c. omnibus, et quod extra eam salus non habetur, est q.
alienus et c. quia. Et ista proprie habet claves a Christo sibi traditas, sicut sponsa
vera a suo sponso, et privilegia eius et nomina eius 12. Virtutem eius licet eam
patitur defensari per eos qui de ea sunt et qui de ea non sunt. Unde prima Petri ij:
Obedite prepositis vestris non solum modestis sed etiam discolis. Quomodo Christus Pilato et
Phariseis fuit subiectus. Et talis quoque papatus prius post Christum debet habere officium et auctoritatem
summus iurisdictionis, tamen quia est incognitus seculo. Iuxta illud Apostoli: Mortui
enim estis et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Quoniam officia diffiniendi
et cognoscendi ecclesiastica negocia et causas pati oportet per eos qui ei administrant.
Nemo enim nescit de aliquo quis sit predestinatus vel prescitus, esset in mira ecclesia.

vel catholicam · quae necessaria est eam habere pro regimine ecclesie in talibus officio maioribus officiales
et regentes Et inde surgit sexta acceptio ecclesie scilicet mixta ex prescitis et pre-
destinatis · aut omnis pro ecclesia predestinatorum tamen commixti sunt reprobi et presciti · qui
reprobi tamen prevalent in ecclesia mixtorum ipsi fingunt se ecclesiam mixtorum · et alias
tenent pro ecclesia reproborum Et inde eos dampnant et indicant · et omnia iura
et potestates ecclesie sibi usurpant · et civitatem electorum sicut exercitus gog et
magog Apocalipsis circulant · et sic de ecclesia mixta loquentes sancti scilicet de
ecclesia predestinatorum tamen commiscentur mali a principio mundi usque finem mundi multis
Gregorius in omelia de impiis Et Augustinus de fide ad petrum Et Ieronimus contra
Luciferianos · et ceteri sancti et vocant eam plenam ecclesiam per totum mundum diffusam
non in uno angulo in Roma vel alibi coartatam hec est archa noe
Sagena omnia congregans · bona et mala producens Patet ergo ex
iam dictis quod non accipimus ecclesiam tamen pro solis predestinatis · sed alio modo
sexto concedimus · ut iam est dictum et declaratum · quod tamen fortassis impugnatores
non putavit nos dicere et ponere Sed de ecclesia que capitur pro unione electorum et
bonorum adhuc videndum est Augustinus quid dicat Unde ad hoc est et Augustinus
libro 3 in° de doctrina dei christiana tractans de regulis Tyconii sic dicit Secunda
est de corpore domini bipartito · quod quidem non debuit ita appellare Non enim revera
corpus domini est quod cum illo non erit in eternum Sed dicendum fuit de corpore domini vero
atque vel mixto · aut vero atque simulato · vel quid aliud qui non solum gentiles
domini eciam nunc ypocrite non cum illo dicendi sunt · quamvis in eius esse videantur
ecclesia Ex quibus verbis patet quod ecclesia sive corpus misticum ecclesie nunc sumitur
tamen pro corpore mistico electorum et sanctorum nunc pro corpore simulato in medio
christianorum existente quod est multitudo ypocritarum Et nunc tercio potest capi pro
mixto corpore ex electis et reprobis sive ypocritis · quod eciam dicitur quodammodo unum
corpus secundum Augustinum propter temporalem cohabitacionem in hac vita et communionem
sacramentorum Et primo corpus ecclesie sumptum aliquando singulariter particulariter accipitur
Aliquando vero pro universali ecclesia catholica sicut et in symbolo Sicut in symbolo
dicitur Credo sanctam ecclesiam catholicam Sic proporcionabiliter ecclesia simulata vel corpus
simulatum dicitur longe equivoce et abusive ecclesia · sicut filius dyaboli dicitur dyabolus · vel vitulus aureus
dicitur vitulus · vel ymago sancti petri dicitur petrus Et talis similiter sunt particularis aliquando
vero pro omnibus ypocritis superioribus et inferioribus Primo dicitur vera sponsa christi
templum spiritus sancti · et agitur spiritu Ihesu in veritate pulcra ut luna electa ut
sol terribilis ut castrorum acies ordinata Ierusalem vera spiritualis celestis diffusa
tractatur propter quia omnia alia Secunda vocatur a propheta ecclesia malignancium quod
domini ecclesiam malignancium vocatur synagoga sathane Apocalipsis ij° Scio tribulacionem
tuam et paupertatem tuam · sed dives es scilicet in bonis spiritualibus · sed blasphemaris
ab hiis qui se dicunt iudeos esse · idest filios Abrahe secundum spiritualem generacionem
et christum confitentes · et non sunt usurpantes sibi nomen christi sive sue sponse
sed non sunt sicut hii modo sed synagoga sathane De qua dicit Ieronimus de opere
imperfecto super capitulum vij loquens de pseudo prophetis Mathei · Attendite

qr si ipa sz sinagoga no confitet xpm et manifesta eet gentilitas illius
et qr seducentibq in eam iniuria erat qr tu seducebaris / nunc aut qr
confitet xpm sz no sic quadmod xpus mandauit negligentie tue e si ab eo
sz simulato seducteris qr enim in occultam foueam cadit negligens esse dicit
qr no tante pperit Qui aut in manifestam foueam cadit no negliges
dr sz insanus / qm et simea membra homis omia habet et p omia
homiez imitari nitit qz ppterea dicenda e homo · zc Hec Aug Omis eccla
e gens sancta ppl acquisitionis regale sacerdotium Scdo mo dicta eccla
uel corpus sunt omes pseudo sacerdotes pphete et xpi de quibus ait xpus
Attendite a falsis pphetis qui ad vos veniunt in vestimentis ouium intus
aut sunt lupi rapaces Et dicta eccla et sinagoga sathane dus pphe-
tauit Consurgent aduersus electos dei in nouissimis tempibq dns ait ze
Surgent pseudo xpi et dabunt signa magna / et seducent multos ita
ut si fieri posset electi seducantur in errorem hoc aut statu e multiplr in
et in facie extrinsecus religiosa sapientia scientia magisterio decora-
oculis homi · et in facie extrinsecus religiosa sapientia scientia magisterio decora-
tu splendidu omez apparentez fons huius decorez / domq dni omez retines
apparentez compositam et figuram templi spus sancti Intus aut mortuu e
et desertu et solum abhominationis desolationis Multa in eo accidentia ama
toribq huius vite et alliciencia mundanos / ita ut omes mundam comedent
statu huius status corporis et blasfemant et glorificant primum corpus qr caput
simi xpm Scdm corpus e antixpi ecca huius simi caput Ex istis sic dns
pate pt qr psitem et credentes dicimq ecclaz scam catholicam Scdo
dicimq ex solis pdestinatis sine gram habentibq ecclaz constare / sed ex
bonis pmixtam et malis et hoc capitulo sexto mo ecclam Tercio dicimq
optime xpi ecclam in ortu suo primeuo stetisse in qua no erant p pcte
et pseudo intm aucti et multiplicati Quarto bne dicimq et post hoc
ecclam xpi sponsam stetisse diu et si multitudo malorum fuit ei pmixta mebr
tn xpi que sunt fidelia regimine in manibq habebant auctoritatis ptatis / et
cuiuslibet iurisdictionis a xpo sibi tradite Quinto eccam ad finem mundi
pictossime dicimq stare In qua semi malis fluctq sic nauiculam ppl
timit / sic qr si posse eet sicut dicit saluator et electi seducent / ipaz tn
ecclam vam xpi sponsam · que ecca habet hic sibi pmixtos malos et
officia diffiniendi · tractandi et cognoscendi eccastica negotia patitur agi
p eos qui ei administrent credimq scdm supposita sua sine membra sim-
plicia in fidei et salutis necijs errare no posse · sz ei spm scm omibq
diebq ad finez seculi in omibq necijs ad fidem psitem adesse et
ipam no deserere Quz si admixti mali pualent multitudine fingentes
se ecclam instorum et p ipam vam matrem et sponsam xpi iudicat p
eccla reprobum dampnant sinant et reprobant illius qz ve sponse xpi

Iura ptates ac iurisditones sibi vsurpat errare pnt Epis tn vera ecclia ressi
sit et e contra ope et smone adiutus quia parte no prualebunt iuferorum
Et hoc e qd videt Inno Crisost de ope imperfto sup illud mt Ierlm ierlm
que occidis etc vocans vm corpus xpi iuiusticie ierlm spualem et
corpus simulatu ierlm carnalez dicit hic per ierlm intellige ecclam
que dr civitas pacis cuius fundameta sunt posita sup montes scriptura
Sicut go illi iudei qui fuiunt ierlm spuales egressi crediderunt xpm
Illi aut qui fuerant ierlm corpalis sive carnalis manetes in corpali
iudaismo psequebant spuales iudeos i aplos cetosque ex circuisione
credetes Sic de ista nova ierlm i ecclia xpianorum qui spuales xpi
cum fuiunt relicta corpali qua psidi ouspavimt violentia exierunt
ab illis magis aut illi exierunt a nobis sic Iohes exponit Ille
enim de ecclia exire videt no qui corpalit exiit sz qui spualit vitatis
fundameta relinqt Nos aut ab illis exiuimus corpe illi a nob aio
Nos enim ab illis exiuimus loco Illi a nobis fide Illas apud eos re
linquimus fundameta pietum Illi apud nos relinqunt fundamenta
scripturarum Nos ab eis egressi sumus scdm aspectum hominum Illi a
nobis scdm iudicium dei Illi et illi carnales xpianam psequnt nos
ipe colorata varietate fundata ppterea que ad illaz ierlm corpalez
dicta esse vident Ierlm que occidis pphetas i que hoc ppetuum
et quasi naturalem consuetudinem habes vt occidas et lapides sanctos
et eadem ipsa fecit aplis que fecit aliqn pphetis Sic et hereticorum
ecclia no solum psecuta est patres nos quos iam psequi cessavit
sed eadem filii eorum faciunt nobis que patres eius nris fecerunt patres eorum
etc Hec Crisost Quod aut clerici multi si sint simulati sive reposite possunt
errare pstim si no tenuerit se instant in timore dni patet Num xv c
Quod si oblata fuit vniusa multitudo filiorum israel aliquid eorum que
mandavit dns et pterierit Rogabat sacerdos pro omi multitudine filiorum israel
et dimittet eis quia no sponte peccavit nichilominus offerens censum dno
psequitur pro pecto atque errore suo et dimittetur vniuse plebi filiorum israel
quia culpa est omis ppli per ignorantiam Item leuitici iiii dr Quod si
omis turba filiorum israel ignoravit et p impiciem fecit qd contra dni
mandatum est et postea intellexerit pctm suum offeret pro pecto suo
vitulum De fide huius scripture patet qd possibile est omez turbam filiorum
israel agere contra mandatum dni et sic contra fidem et legem Vn scdm
Ambrosium vbi preceptum e lex est sed allemiat pctm omis turbe quo
usque fit per ignorantiam sed aggravat valde si sit per sciam vel per
nolendi scire negligentiam omnia per legis calumpniaz fastuosum
Et sup illo leuitici iiii dicit lira Turba sci dicit qd intelligit p turbam
congregato iudicum ordinatorum qui erant lxx senes ppli et hoc per

Impositam manuum ordinati et in istis totus populus spiritualiter continebatur Et etiam intelligi de toto populo inquantum per ignoranciam semper populus
delinquebat Hec ille Nemo ad sedem inde Extra de ope impesito super
illud capitulum 23 etc ante superius positum etc Ex quibus dictis cautela fidelibus est habenda ut scripturas veras et solidas sponsi dei assagitantis
per auctoritate et iurisdictione ecclesie sancte sanctitates non abusivis personis etiam se appellantibus applicent et adaptent Unde ad dicta in
purgatorio quibus procedendo conclusio mea innititur Et dicit quod Christus est caput
omnium hominum quia ipse est salvator omnium hominum et maxime fidelium ut ait
Apostolus ad Thimotheum iiii^to Et ipse est propiciator pro peccatis nostris non
autem pro nostris tantum sed etiam pro totius mundi ut dicit prima Johannis ii^o
ergo ipse Christus est caput omnium hominum et maxime fidelium et non tantum omnium
morum sed etiam totius mundi Dicimus quod tale argumentum procedit ex equivoco Racio
huius quia Christus quo ad esse naturale est caput etiam dyaboli et peccatis
conceditur quod Christus quo ad esse naturale est caput etiam dyaboli et personis
caput membrorum suorum non solum quo ad esse naturale sed etiam quia sunt fratres Christi
quo ad naturam specificam loqui autem sic generaliter atque equivoce est preter intencionem nostram quia loquimur de capite unius hominis ex sponsa et sponso de quo
Johannis iii^o Nemo ascendit in celum ut Augustinus exponit super Johannem
omelia xii Ad dictum autem Apostoli dicimus quod est salvator omnium hominum exemplo medici apponendo medicinam in complicati dicta Quidam enim non receperunt eius
medicinam alii accepta dimiserunt alii dimissa resumpserunt qui scilicet post
recidivum penitentiam egerunt Heretici vero accepta in fine dimiserunt Ad com
cunt qua cognitum dicunt Credo sanctam ecclesiam catholicam Aut igitur confitetur
idem quod credunt ad solum id quod dubitat etc Video quia confitemur id quod credimus
Unde ibi dicto quod illos quos videmus vivere secundum legem dei reputamus esse
filios regni et sic de aliis habemus maiorem evidenciam de aliis minorem
Unde quesito a me de quacumque persona vel populo consistente nobiscum utrum
sit membrum nostre ecclesie sic quod videndo ipsum audeamus protestari nostram
dico quod ego ignoro sed reputo vel suppono ex modo conversandi sic vel sic
nec est inconveniens sed cognitum statim vie quod ignoremus et nesciamus in
particulari illud quod cognoscimus in communi et illa sciamus de investigatione intellectus
et Innitati per fidem quod hec est mater nostra licet demonstracio sensualis hec non
certificet Unde venimus consistentem nobiscum debemus absolute contempnere sed
vicium quia in hoc ignoramus si in hoc despicimus matrem nostram unde potest homo
parare se de gremio ecclesie esse credendo illam ut articulum fidei matrem nostram
licet in membris suis sive suppositis determinatis nesciat illam demonstrare Dicto
etiam et ad illud vii adducit et per alias et alia multa declarando quod ex racione
condicionis ecclesie peregrinantis et militantis est in hac vita in qua necesse est
simul esse malos cum bonis commixtos pasci in eadem area cum columba etc Dicimus
hoc sic communiter est cognitans distinctio inter ista sicut exemplificari potest de corpore
humano in quo sunt multa que non sunt de essencia corporis Sic intelligendum esse

textus i Johis ii° Nunc antixpi multi facti sunt ex nobis pdierunt s3 no erant ex
nobis Item ij Johis Omnis qui recedit et no pmanet in doctrina xpi deu
no habet Doctrina aut xpi e humilitas paupertas paciencia et sic de alijs vir-
tutibg Et sic hoc patet q corni et colubi in eadez area pasti e distincto
in fidei confessione Nam confessio qua dixit petrus Tu es xpus filius
dei vivi e pleriq3 solu vbalis ut cornos columboz vo no solu vba-
lis sed cordialis caritativa et in bonis operibg et vita bona Sic scilicet
xpm confessi sunt deu scilicet in humanitate Sic vita paupe humili et ignomi-
nia viuete p qua confessione pmittit dns mtedem ait x° et luce xij° Quicum-
q3 confessus me fuit coram homibg et filius hominis confitebitur illum coraz
angelis suis Sed adhuc plus ad ostendend dico q multa e connotatio
et deceptio in eclia Romana Nam si caput pro ppa cu cardinalibg
qualibet ciuis vtriusq3 habitavit bene vel male gubnando Sic dico cum
Jeronimo q orbis e maior vrbe dis. 93 legimus nec sic eclia caput
ipe Nam dicit lra sup illo ait xvi° Tu es petrus sic dicit Quia eclia
no consistat in homibg rone ptatis vel dignitatis ecliastice vel secularis quia
multi principes et summi pontifices et alij inferiores inventi sunt apostotasse
a fide Ppt qd eclia consistit in istis psonis in qbus e noticia et vera
confessio fidei et veritatis hec ille Si aut accipiatur eclia Romana p omnibg
fidelibg et bonis xpianis per vniusu orbem diffusis Pt dici q tunc de
precepto cu dr Eclia no pt errare cu ppn sito x Credo q dicunt de for-
malitate Idem q spacio arguit forma Et xpus remittens nos dicit
opibus credite tunc dico q vbicumq3 sunt boni et catholici ibi e roman
eclia vt notatur xxi dis quamuis vniuso p orbem catholice eclie vnus sit
thalamus xpi tn sancta Romana eclia catholica et Aplica nullis sino
dicis institutis ceteris eclijs plata est Sed pbat per illud ait xvj°
Tu es petrus et sup hanc petram edificabo ecliaz mea Et illam
ecliam vocat pymas ecliam Romana primaz Aplica sedem no habentez
maculam neq3 rugam Ista eclia no pt intelligi iste papa cu suis car-
dinalibg ac sua familia cu ipi ginter recedunt et veniunt Unde sup
isto textu sic dicit glo Argumentu inquit est vbicumq3 sunt boni ibi e Ro-
mana eclia et hoc argumentu debet plenam fidem fidelibg ad cognoscend
vbi est Romana eclia Et sic intelligitur decretu 24 q i Recta vbi ca-
non de Romana eclia sic loquitur hec est sancta et Aplica mater eccie
omni xpi eclia que per dei omnipotentis gram a tramite Aplice traditionis
nunq3 errasse pbatur nec hereticis novitatibg depravanda succubuit Ubi
notu e hoc no posse intelligi de quoz papa et suis domesticis Ideo glo
sic loquitur Quero go de qua eclia intelligas q no possit errare s3 cum est
q papa pt errare vt 19 dis Anastasius et 40 papa dis Si papa Ideo
dicit ipe nec eius familia e illa eclia de qua hec dr q errare no pt

Unde dicit glo papa congregatio fidelium dicitur hic ecclesia Et sic etiam intelligitur dictum
beati Ieronimi positum 24 dis i Hec est fides sancta invicta et Romana
ecclesia que semper immaculata permansit domino providente et beato petro apostolo
opem ferente in futurum manebit sine illa hereticorum insultacione atque firma
et immobilis omni tempore persistet Hic non potest intelligi quibus quibus ipsa cum
suo collegio cardinalium Illi enim sunt sepius maculati decepcione pessima
et peccato ut tempore Iohannis pape anglici mulieris que agnes dicebatur
Certe numquam illa Romana ecclesia illa agnes Iohannes papa cum suo collegio
semper immaculata permansit que peperit Et par est racio de aliis papis
qui fuerunt heretici et propter multiplices enormitates depositi Eciam numquam
sermones fuerunt et dicta quorumcumque allegantur quod ecclesia romana non potest
errare intelligendum est iam quid sit ecclesia Romana et sic tenendo ipsam
non posse errare secundum omnia sua membra in hiis que sunt fidei Cum ipse
dominus ihesus sit caput suum influens sibi motum et sensum nec deserens eam
ad finem mundi Sed si quis vult dicta illa sanctorum retorquere ad certos
homines vel prelatos vocando eos ecclesiam Romanam et quod illi errare
non possent Ibi fideles debent esse sibi cauti et attendere diligenter ne deci-
piantur Ex quo nunc decreta Romana ecclesia habeat firmatum et dignitatem
super omnes alias patet quod illa est totalis ecclesia militans quam deus plus
diligit quam aliquam eius partem et sic maxime sequitur ex fide quod non aliud
collegium sed tota nunc omni gente et lingwa dispersa sit illa Romana
ecclesia de qua talia loquuntur tam sancti doctoribus Unde ad imprimendum
nobis istam sentenciam per beatos Augustinum et Ambrosium et ipsi ecclesie ordinatus
iste cantus Te per orbem terrarum sancta confitetur sancta ecclesia Et in canone
misse primo et principaliter offerimus pro sancta ecclesia catholica ut deus dignetur
pacificare custodire et adunare eam toto orbe terrarum Unde non dubium
orat pro principalissima ecclesia militante quam suppono esse ecclesiam
Romanam Quamvis nunc partes eius in comparacione maioritatis ipsa ad suum col-
legium est pro persona dignitatis dum tamen sequuntur christum propinquius et defendo
fastum et ambicionem serviant nunc sue efficacius atque humilius Et sic faciendo
ex opposito venirent in desolacionis ydolum et in collegium contrarium humili colle-
gio apostolorum et domini ihesu christi Et fatentur eciam quod extra ecclesiam non est locus veri
sacrificii et quod illud sacrificium solus deus acceptat quod nunc ecclesia catholica
sacrificium et quod illud sacrificium solus deus acceptat Quod nunc ecclesia catholicorum
sibi offert vel multi racione eorum bonorum et iustorum sic quod non est locus veri vel
digni deo sacrificii Sed tamen magna decepcio cecitatis in hoc vocabulo ecclesia Romana
ut supra declaratum est Ideo quicumque dicitur de ecclesia universali catholica que est
multitudo fide et caritate unita ut patet 1 q 1 consulti in fine 24 q 1 loquitur
hoc eandem ecclesiam Romanam sibi arrogare videtur sine causa Unde capiendo
ecclesiam Romanam pro omnibus fidelibus et bonis christianis per universum orbem diffusis

e causa q̄re illi dicant Romana felici· q2 maior multitudo martirum ibi triumphat
q̄m in alia Ciuitate Sic enim vbi homo nascitur ex vtero et gloriose triumphat
nomen abinde contrahit Sinn go eccl'ia sancta s'c'dm multas partes suas in Roma
nascebatur segregata ex vtero synagoge· et ibi triumphauit crescens in gentibus
ideo fuit consonum ut caperet nomen a ciuitate metropolitana gencium que
e Roma Unde dis xx· Sacrosancta dr· q2 petrus et paulus vno die
eodemque tempore s'c'am Romanam ecclesiam consecrauerunt atque alijs vrbibus omnibus
preposuerunt mundo tam sua presencia q̄m venerando suo triumpho pretulerunt Circa
ista dicta et posita tamen· et ad Concilia descendendo dico· q2 aliqua sunt co
cilia Apostolica in lege dei expressata in spiritu sancto congregata in veritate
reputancia ecclesiam catholicam i· generaliter veram et autenticam eccl'ie catholice
et ad decidendum determinandum et ordinandum illa que sunt fidelibus necessaria
ad salutem vt est Concilium Apostolorum act· i° ad electionem mathie· et Con
cilium aliud act xv· et sic de alijs si qua sunt similia Secundo q2 aliqua sunt
Concilia vel fuerunt pastorum magnorum in ecclesia non expressata in Euangelio
non ita sincera aliquantulum in veritate sicut prima· et si non ad tamen reputantem
ecclesiam catholicam multa tamen vera et necessaria fundata in lege dei decre
uerunt Tercio contingit aliqua fieri vel possibile e ex Concilia simulata pseudo
doctorum et pontificum sacerdotum de simulata ecclesia sicut et presenti· et non in
veritate reputancia fidem catholicam cupiditate et ambicionem super
omnia si sunt principalissime intendencia· que sub colorantissima specie
pietatis et religionis ad fulciendum suam cupiditatem et ambicionem sunt
potentes condempnare ea que non sunt condempnanda vt patet de Iohanne Criso
stomo qui duabus Sinodis prehabitis episcoporum fuit abiudicatus et dampnatus
et postea iterum restitutus vt legitur d· l· Johannes Ubi eciam de multis alijs
hoc idem dr· Unicata go putas in vnam fecisse ecclesiam et q̄m terrenam
causam promulgasse sinodum in tales viros cum ipso regnantes quorum multos et do
ctrina modo illuminat ecclesiam nonne primis credis videtur tibi debuisse omnes fide
les consensisse in tanta vbi in vnam certam omnes debebant restitisse
illam falsam ecclesie sinodum Unde et petrus de palude super quarto d· in q· i· sic
dicit Ecclesia s'c'dm Crisostomum ex pluribus inordinate prelatis miratur heresis vn
de et eius solum verbum quod de nouo veniebat in distinctionem tyrannus bene conc
tatur Unde Concilium et in verbo homousion excitauit totum Concilium Ari
mensi· et in nomine ypostasis ut dicit Crisostomus latet venenum sub melle hic ibi
Item tempore eciam Constantini canones Conciliorum generalium reperiunt ut patet maxime
xv dis capitulo sancto in principio Nonne Calcedonense Concilium dr· vnum de quatuor
principalioribus que eciam vt continetur Euangelia a multis venerari dicitur vt
e· dis sicut· et tamen in dicto Concilio dioscorus absque aliqua examinatione
condempnatus e hereticus q2 excommunicauit leonem papam vt patet xxi dis c° vlt
Ubi dr· Nicolaus legitur mansuetum fuisse factum vtrum iuste dioscorus ipsam ex

commicacionem dictasset verum plane absque omni contradiccione hec in ea ulti
sunt quod cum esset inferior priori quibuslibet conatus est lateste in missis
teste Anathosio Constantinopolitano episcopo qui dicit propter fidem non est dampnatus
discorus. sed quia excommunicacionem fecit domino pape leoni. Hec ibi. Patet ergo pro fideli
ex istis et aliis quod non tenentur sanctionem concilii cuiuscumque ex parte tenentur rati
ficare sub pena Anathematis nisi solum illam que fuit in lege domini fundata
cognitatis et ad salutem necessariam. Alias autem sanctiones eorum contrarias Christo sang
tenetur non acceptare sed refutare. Sed diceret aliquis ad quem pertinet tales discernere
dictare ad nos non pertinet. Videtur quod ad omnes fideles pertinet ut ab ecclesia
singulis similata sibi caveant eisque sanctiones si contra sunt Christum et mores per
versi fugiant. Hanc doctrinam nostram ihesus christus nos amonet suos fideles dicens Attendite
a falsis prophetis etc. Et infra A fructibus eorum. Inquirenda est eis omnibus fides
catholica et ordinata primitive ecclesie. et istorum modernorum vita et mores et
doctrina mixta ponere decet et consuetudine. Pro quo potest poni fidelibus regula
ad hec prima ut videatur an eorum dicta et facta sint dei legi id est preceptis confor
mia vel ad ea directa tunc sunt recipienda. Si autem sunt impeditiva legis Christi et
et destructiva tunc sunt abicienda. Secunda. Si eorum dicta et facta sapiunt cupiditatem
et ambicionem seculi et tendunt ad amorem carnalem et delectacionem huius mundi
et ad divicias et gloriam seculi tunc abiciantur. Si autem eorum dicta et facta inducunt
ad contemptum mundanorum ad humilitatem et vitam ihesu christi eandem. et ad observacionem
eius preceptorum tunc sunt acceptanda. Tercia si promovent ad fidem operum et caritatem
Fatetur tamen hoc quod multe ecclesie cathedrales consueverunt ecclesie Romane sepius ad
ministracionis Iurisdiccionis et regiminis circa tempora primi Constantini Romanorum
Imperatoris promittere aliarum Episcopi plures in quibus dubitabat tam de scriptura
sacra quam de ritu ecclesiastico non audentes se publice congregare consulverunt
episcopum et ecclesiam fidelium Rome existentem propter maiorem ibidem fortassis fidelium et
magis periciorem eo quod studia sciencie omnium tunc maxime Rome vigebant
Unde ipsorum episcopi et sacerdotes pericioresque erant et in talium numero plus ceteris
habundabat ipsorum ecclesia. Fuerant eciam et residentes tamen quod beatus petrus
Apostolorum senior inibi predicaverat et residencia ibidem tamquam episcopus sedisse legitur
et beatus Paulus similiter. de quo amplius constat. Tum eciam propter Romane
urbis principalitatem et famositatem amplitudinem et tocius mundi primatum
Unde eciam provinciarum aliarum fideles sufficientem personarum carentes. ad ipsorum ecclesias
gubernandas ab episcopo et ecclesia Romana fidelium postulabant personas ad epi
scopatum preficiendas. eo quod ecclesia fidelium Rome personis talibus ut licet diximus
amplius habundabat. Episcopi ergo et ecclesia Romanorum sic requisiti consilium et
auxilium tam circa fidem quam eciam circa ecclesiasticum ritum et personarum provisionem
indigentibus et requirentibus caritatem atque fraterne subveniebant in huiusmodi episcopos
scilicet eis mittendo. qui vix inveniebant acceptos volentes ordinaciones
eciam quas super ecclesia cum ritum sibi fecerant aliis communicando provinciis
Et quamquam eciam quoniam aliis provinciis contencionem aut scisma fidelium inesse audientes

Epl'as mittebant tal'tatiue monendo. Et cum aliarum prouinciarum ecclie gre suscipie
bant. ut ex quibusdam historiis hoc apparet. Hoc etiam modo vel quasi consimili su
scepit a Grecis Romanus populus quamuis non coacte leges quasdam notatas
decem tabulas. a quibus tanquam ab origine leges reliquie Romani populi spali
ter sumpsit et tamen constat Romanum populum Grecis nulla legis iurisdictione uel aucte
subiectum. Sic etiam ut fertur aurelianensis vniuersitas degens studiosis per suos
nuncios et epl'as requisiuit supplicans Parisiensi vniuersitati nec ante nec
post esse in auctoritate tanquam famulosi et vernaculi per ipsius studiis regulis
priuilegiis atque statutis. tamen tamen parisiensi vniuersitati nec ante nec post esse
in auctoritate aliqua uel iurisdictione subiectum. Ipsa ergo Romana ecclia. quia eccle
multe occidentales susceperunt eam. non ex hoc superbiat sciens quod dominus patens
est si non steterit in timore domini ipsam debilitare. eo quod Ecclesiastici .x. de Sedes
ducum superborum destruxit deus. et sedere fecit mites pro eis radices gentium super
borum arefecit deus. et plantauit humiles ex ipsis gentibus. Sic ergo Romanus Epus
aut ipsius ecclia priuitatem licite a principio per quandam sui caritatiuam solicitudinem
obtinere cepit quo per modum propter consuetam deuotionem reuerentiam et obedienciam
supportatam electionis quasi robur assumpsit. Sed vellem audire et informari
vnde ex scriptura sacra colligi potest quod ex precepto xpi uel alterius Apostolorum eccle
uel Epi reliqui subesse deberent ecclie vel Epis Romanorum etiam in ecclesiastico
ritu Sed si necessitatis fuisse debitum ad salutem fidelium quadmodum quidam dicunt
nec solum quantum ad spiritualitatem ritum verum etiam iurisdictionibus coactiuis non tantum
super clericos verum etiam super seculares principatus quoslibet. Non estimabile est xpm
et ipsius Apl'os hec pretermisisse tradenda. Hec scire vellem. hec de causa in
presencia magistrum Iohem de Capistro de ecclia Romana dupliciter modo per
cipiendo capta. s. pro papa cum suo clero vno modo, et secundo pro subiectis eisdem in
obediencia eorum consistentibus audiui ipsum si tamen bene concepi dicentem. Quod omnis
qui exit obedienciam Romane ecclie sic capte sit consitentur sit de dampnandis. Et
sic principio enim si tamen bene cognosco quasi articulum fidei obedienciam Ecclie
Romane a singulis xpianis fore obseruandam. quod nec ego nego isto modo
sicut super tactum est ecclesiam Romanam capiendo. non tamen adhuc nisi informer
verbis sine per magistrum platis ego consencio. Nam beatus Ambrosius li° tercio de
sacris loquens de ritu ecclie sue lauare pedes baptisandi debere. cum hoc non
seruet ecclia Romana dicit Non ignoramus quod ecclia Romana hanc consue
tudinem non habeat cuius typum in omnibus sequimur et formam hanc tamen consue
tudinem non habet vt pedes lauet Et subdit Hoc non ideo dico quod alios repre
hendam vt me ipse commendem. In omnibus sequi cupio Romanam ecclesiam
Sed tamen et nos homines sensum habemus. Ideo quod alibi rectius seruatur et nos
custodimus ipsum sequimur Apl'm Petrum. ipsius inherentes deuocioni hec ille. Ex
cuius verbis patet. quamuis enim sequi cupit ecclesiam Romanam in omnibus licitis
tamen alii homines etiam sensum habent quod quod alibi rectius seruatur quam in Romana
curia iste sanctus dicit esse seruandum. et illud quod rectius est custodiendum etiam
si Romana ecclia non seruet vt custodiat. Post hec iam distinctione supponis

de ecclia hita pt ad illam auctem que gnt allegat per btm Augum constan
stu postea respondet Euangelio no crederem nisi me ecclie auctoritas como
ueret hoc namque dictum plurimorum corda iam occupauit et finalis excusationibus
uiam fecit et nisi deus occurrat quia illo dicto Augustini licet ipse no et
catholico plurimum abutitur per sinistram sinclam illius dicti plurimi libtare
possent et erige antixpm super xpm ymo super omne quod dicitur deus et colitur
hoc enim dicto quidam hiuancia auctem pferre videntur aucti scripture Semp
enim ppt quod unumquodque est et illud magis Quare restat diligencius soluendum
ipsum dictum Augni Unde primo dico quod illud dictum Augni valde oblique
intelligitur et allegatur ab aduersariis sub isto intellectu Ut Augustinus Euangelio
no crederet nisi ppter auctem ecclie quasi maiorem auctem ~~ecclie~~ Euangelii
quod sctm esse et erroneum videtur ut infra patebit Alius sensus e catholicus
Ut Augustinus no crederet nec credidisset Euangelio nisi ecclia sanctorum a principio mundi
usque fine testando et comprobando de xpo et eius Euangelio cui eum commonet Et
sic Augustinus intelligit no de ecclia sibi contemporanea platorum et maiorum solum
sed de ecclia sanctorum a principio mundi que e ecclia quinto° capta que ut dicitur
xxiiij q. iiij recitat peperit abel et noe et Abraham et ipa peperit et mo
ysen et prophetas tpe posteriores ante aduentum dni Et que peperit Aplos
et martires nros et omnes bonos xpianos hec ibi Et sic dico quod Augustinus
Euangelio no crederet nisi eum commonuisset auctas illius ecclie que a principio mundi
incepit et legem et veritatem hic seruauit et legem scriptam accepit et
postea legem prophetarum edidit Illa enim commonet credere Augustinum sed et
omnes sequentes crede nouo testamento quia si illa no commonuisset docendo et erudiendo
nos et testificando nobis de xpo et Aplis quis Euangelia eorum crederet quia
illa commonet xpianos per testimonia prophetarum et legem mosaicam per fidem
et opera eorum et mortem et doctrinam per illos credimus Euangelio et xpo et Aplis
Unde dicitur ij pe. i Sed habemus firmiorem propheticum sermonem cui bene facitis
attendentes Ecce quod primo propheticus in via prophetandi in via commouendi in
via doctrine videtur esse firmior nouo testamento Sed in via perfectionis nouum
testamentum e multis causis perfectius et firmius de tanto de quanto xpus deus
et homo perfector est prius hominibus suis seruis et testibus Patet ergo quod sicut
premisse habent se ad ecclesiam in via doctrine et commotionis ad credendum Sic
vetus lex et vetus ecclia ad nouum testamentum per quam si no probaretur
nimque Euangelio crederet ymo xpus suam legem probabat multipliciter per moysen
et prophetas Et hoc innuitur ubi dicitur quod moyses i. lex moysi et helie et
prophetarum apparuerunt cum xpo et eius lege loquentes et ei testimonium red
dentes Ideo dicit xpus scrutamini scripturas Et patet cum ecclie auctoritas
non solum Augustinum sed et alios xpianos monuit crede Euangelio quia ecclie
veteris et noui testamenti et si illa no monuisset quis xpo et Euangelio suo
crederet Patet etiam optime intelligi dictum Augustini de ecclia ultimo° capta
scilicet per predestinatos commixtis sibi reprobis per vniuersum orbem diffusam ut

ab Abel iusto usque ad ultimum iustum aggregatis in qua fuerunt mali prophete qui de
Christo prophetaverunt ut Balaam Cayphas etc. patriarche mali veteris testamenti et
regibus ut Nabuchodonosor et aliis quorum dictis et propheciis et visionibus ut fideles
credimus. Omnes ergo illi antiqui et moderni prophete et Apostoli si non commo-
nuissent Augustinum ad fidem Evangeliorum. Et ista est summa summarum et solidum illorum
verborum Augustini Evangelio non crederem. Et hoc notat Apostolus cum dicit quod
fides est ex auditu, auditus autem per verbum dei. Quomodo ergo credunt si non
audierint, et quomodo audient sine predicante, quia scriptum est Quam speciosi
pedes evangelisantium, scilicet prophetarum et patriarcharum et Apostolorum et aliorum.
Et patet quam vehementer errant et seipsos cecitate talpe decipiunt, quia illam
allegationem Augustini ad prelatos modernos referunt, vel ad precedentes
post ecclesiam primitivam comparando auctoritatem eorum Auctori Evangelii. Et ad
hoc sic falsum et erroneum sic probatur. Supponendo hic dictum libro Ethimologiarum et
ponitur dis. xv Canones generalium Conciliorum a tempore Constantini Impera-
toris ceperunt. Christiani enim ipsi non poterant congregare ecclesiam et generaliter
in unum nisi tempore supradicti Imperatoris et ibi in Nicena sinodus prima
incepit. Quo supposito arguitur sic. Omnes homines in tempore intermedio
inter Ascensionem Christi et tempus Constantini et primam congregationem ecclesie
et primum Concilii generalis sub eo facti tenebantur sub eterna dampnacione
credere Evangelio, antequam per illam Ecclesiam et generalem congregationem episcoporum
admonerentur, ergo et Augustinus si in illo tempore intermedio fuisset sine com-
monitione istius ecclesie tenere obligabatur et credere Evangelio et si numquam fuisset
commonitus per ecclesiam quam pretendunt. Antecedens probatur quia si tales non cre-
didissent Evangelio Christi antequam per istam eorum ecclesiam admoniti fuissent
Iuxta illud Johannis Si non venissem et locutus non fuissem peccatum non
haberent, nunc autem excusationem non habent de peccato suo, ergo tunc sic nunc
tenebantur credere Evangelio post Christum et Apostolicam Ecclesiam, eciam si nulla
alia ecclesia posterior post Apostolicam doctrinam eos commonuisset. Ex quo
sequitur regula ulterius sic. Omnis ecclesia posterior post ecclesiam Apostolorum
etiam cum Augustino et ceteris doctoribus tenebatur credere sub eterna dampna-
cione Evangelio Christi et doctrine Apostolice iam promulgate, dato quod eciam nulla
ecclesia posterior contradiceret. Ergo dictum Augustini intelligitur de alia ecclesia
scilicet de Christo et Apostolica ecclesia et prophetica, quam de illa que erat prelatorum sibi
contemporaneorum. Antecedens probatur quia dixit Christus Ite et predicate etc. qui non
crediderit condempnabitur, huic unico et solo verbo omnis ecclesia posterior obli-
gabatur obedire et humiliter caput subicere. Quomodo ergo eius auctoritas maior
fuit auctoritate Evangelii. Cavendum hoc dicere, sapit simoniacam heresim et blasphe-
miam contra Christum. Item ut experimentaliter cognoscitis quod Augustinus non pre-
fert ecclesiam Romanam Evangelio ut torquent sibi, sed auctoritatem eius et
omnium sanctorum subducit et subicit sacre scripture et Evangelio. Audi enim dicentem

in epistola ad vincencium Verum hoc genus litterarum ab auctoritate Canonis distinguendum
non enim sic leguntur tamquam ex eis ita testimonium proferatur ut contra sentire non liceat
sicut vbi forte aliter sapuerint et ponitur dist. nona noli Item ibidem dicit
Augustinus ca° precedenti Quis nesciat sanctam scripturam canonicam tam veteris
quam novi testamenti certis suis terminis contineri. glo. i. eam libris earum quam postiori-
bus omnium episcoporum litteris ita preponi ut de illa omnino dubitari et disceptari
non possit. vtrum verum vel vtrum rectum sit quicquid in ea scriptum esse constiterit
episcoporum autem litteras que post confirmatum Canonem vel scripte sunt vel scri-
buntur. et per sermonem forte sapienciorem in ea cuiuslibet rei peritioris
et per aliorum episcoporum graviorem auctoritatem doctiorem quam prudenciam
et per Concilia licere reprehendi si quid in eis forte est a veritate
deviatum hec ille Et idem eadem dist. c. dicit Negotiorum libris dispen-
tatores quamvis catholicorum et laudatorum hominum velud scripturas Cano-
nicas habere debemus Et idem eadem dist. c. Ego solis eis libris scriptorum
qui iam canonici appellantur didici hunc timorem honoremque deferre
c. Ita misi Alios autem lego ita. vt quantalibet sanctitate quantave doctrina pol-
leant non ideo verum putem. qui ipsi ita senserunt Sed quia per alios au-
ctores vel canonicas vel probabiles rationes que a vero non abhorreant per-
suadere potuerunt Et ad idem Ciprianus Et ponitur dist. viii c. Si solus
Christus audiendus est. non debemus attendere. quid aliquis ante nos faciendum
putaverit Sed quid qui ante omnes est prior Christus fecerit Ex hiis omnibus
dictis apparet quod primo et summo respectu debent fideles attendere ad Christi
et ad auctoritatem sui Ewangelii Deinde longe et incomparabiliter infinis
ad scripta et statuta omnium aliorum episcoporum post primitiam ecclesiam vel doctorum
subveniencium quantumcumque sanctorum Sine dubio enim sicut celum distat a terra
sic lex divina a lege humana. et auctoritas legis divine. ab auctoritate legis
humane. que dicta posita dist. p. c. omnis Nam si tota ecclesia de vniverso
mundo congregata tota sua auctoritate extensa vellent vnicum Christi
preceptum tollere omnes in hac erraret vt notatur XXV. dist. q. i. Sunt
ad preceptum vnius per possibile vel impossibile si omnes angeli de celo de-
scenderent vna cum omnibus apostolis et tota sua auctoritate aliquid docere vel
statuere vellent contra illud quod apostoli docuerunt et statuerunt. totum illud esset
anathema habendum Juxta mandatum apostoli dicentis gall. p° Sed
licet nos apostoli aut angelus de celo ewangelizet nobis preterquam quod
ewangelisavimus nobis anathema sit sicut predixi. et nunc iterum dico Si
quis nobis ewangelisaverit preter id quod accepistis anathema sit Et per-
si vnum mandatum legis et eius auctoritas prevalet auctoritati tocius ecclesie
quid estimas de ipsa tota summa legis Christi nova et veteri Generaliter
incomparabiliter prevalet Et patet quam horrendum malum est preferre autem

ecclie alicuius sentenciam eciam Aplorum auctoritati Ewangelii Vnde ergo Augustinus
tam doctus et eruditus vir preferret auctoritatem ecclie sibi contemporanee xpi
Ewangelio dicens Ego Ewangelio non crederem nisi me auctoritas ecclie commoneret
secundum adversarios .i. nollem Ewangelio credere si ecclia Romana illud non
acceptasset Ymmo fuisset dampnatus cum ecclia Romana si sic di
xisset et sic fecisset Stulte ergo imponunt adversarii Augustino illum
sensum volentes trahere eosdem pro iactacione et magnificacione Curie
Romane super xpm Nam ergo Augustinus intelligit per ecclesiam aliquid eciam
post Apostolicam et propheticam novi et veteris testamenti que genuit Abel
Noe Moysen etc et Aplos et prophetas de qua supra Sed illud obiectum
non arguit quod multa Ewangelia sunt apocrypha propterea quia Ecclia Romana non
approbavit et sic fuissent de istis quatuor si ipsa Romana Ecclia non canoni-
zasset Respondetur quod apocrypha scriptura dicitur quorum auctor ignoratur
et sic est de dictis Thadei Bartholomei et Nicodemi et aliorum
que propterea ecclia non suscipit quia ignorat si sint istorum Aplorum Nam si certitudi-
naliter essent scripta illorum Aplorum eque veneranda essent in ecclia sicut scripta
Dionisii Clementis etc et aliorum Aplorum minorum aut maiorum quorum ecclie sunt
accepte Multa enim conscripta sunt nomine Aplorum per pseudo aplos ideo Romana
ecclia cavet ab illis etiam ideo plura Ewangelia non erant recipienda quia certitudo
istorum quatuor erat in ecclia et numerus quaternarius consignatus multum in scriptura
Vnde de sacra scriptura dicitur Gen ii° Et fluvius egrediebatur de loco voluptatis
qui inde dividitur in quatuor capita Exponunt communiter sancti de sacra scriptura
quatuor Ewangeliorum Exo xxv Hij sunt quatuor circuli aurei per quos mensa aurea omnis
sacrificii portabatur Exo Et quatuor rote per basas singulas iii Reg vii
Hec sunt quatuor animalia Eze i Et quatuor facies uni et quatuor penne uni
Ezechielis primo Hec quatuor quadrige egredientes de medio montium
Zach vi° Et post Quadrige tue salvacio Et hic est currus Helie quatuor rotarum
que tota ecclia in celum convertatur istas scripturas scribunt quia exponunt
sancti de quatuor Ewangelistis Ideo numerus illorum est copiosissime in scriptura
expressatus et a deo preordinatus quem ecclia Romana mutare non
poterat neque minuere Sed nec potest nec erat arbitrii sui et voluntatis
non suscipere eam vel suscipere sed invicte necessitatis et oportunitatis spiritus
sancti eorum preordinacionis Ideo ergo est dicere esset si quatuor Ewangelia Romana
ecclia non canonizasset fuissent apocrypha Optandum est fidelibus a deo vt
det deus ut ista superbia cadat que effrenate tonat in auctoritate et potestate
eciam modicam super quatuor Ewangelia sibi vatorum dicentes et pro tota defensa
personantes et magnificantes templum domini quasi dicat ecclia est sancta
domini nullus contradicat De quibus Jeremie vii° Nolite confidere in verbis men-
dacii dicentes templum domini templum domini Et infra Faciam enim domui huic in
qua vos habetis fiduciam sicut feci Silo et proiciam vos a facie mea
Dicant ergo fideles talibus se iactantibus sicut dixerunt illi Iohannis 4to
mulieri se quondam de xpo informati Iam non propter tuam loquelam

credimus. ipsi enim vere audivimus et scimus quia hic est vere salvator mundi
Evangelio non crederem nisi me catholice ecclesie commoveret auctoritas. Per hoc
dictum quandam veritatem auctoritatem prestare videntur auctoritati scripture. Semper enim
propter quod unumquodque est et illud magis. Nos autem dicimus quod aliud est
credere sermonem aut scripturam aliquam esse traditionem alicuius seu ab aliquo
factam et aliud est credere ipsam esse veram utilem vel nocivam observandam
aut vel obmittendam. unum quidem horum recipere potest quis ex hominum testimonio
absque scientia et experientia et utrumque similiter quandoque velut oblatam ut sibi putem
scripturam aliquam credit quis esse patriam legem ab incolarum unius testi-
monio quam tamen esse veram observandam et non transgrediendam addiscere potest
sensibili aliquo ut pena quam illius transgressoribus infligi videt sua
narratione certa preter hominum persuasionem aut dictum. Sic etiam experientia videns
aliquem hominem librum aut domum construere vel aliud aliquid credit ex se
absque hominum testimonio librum aut domum ab homine esse constructam. quod
autem in libro contenta sint vera vel falsa. utilia vel nociva. prosequenda vel
fugienda ab hominum presertim fide dignorum testimonio credere potest. Interdum
et utrumque quandoque ab hominum testimonio suscipere potest quis. ut quod hic sit ypocra-
tis liber atque doctrina credit quod numquam videt ypocratem ab hominum testimo-
nio. Quod autem in eo contenta seu scripta sint vera vel falsa. servanda vel obmit-
tenda propter sanitatem conservandam et egritudinem declinandam suscipiet idem
a testimonio peritorum. Eodem modo vel quasi consimili modo scripturam aliquam in
biblia contentam credere dei traditionem seu legem a christo editam esse vel
dictam posset accipere quis ex fidelium hominum testimonio seu ecclesie catholice
qui tamen nec christum vidit nec audivit nec alio sensu exteriori percepit
hanc tamen scripturam veram esse vel observandam credit ex fide vel signo
aliquo sensibili puta miraculo absque testimonio cuiuscumque. Quemadmodum
Paulus qui legem quam sequebatur prius christi fuisse doctrinam credebat
credidit autem postmodum veram esse prius ex sensibili miraculo et fide quam
habuit. Similiter autem et utrumque quandoque susceptum est ab humano testimonio
ut hanc scripturam legem esse a christo traditam et latam. Et in ipsa quoque
contenta esse vera. ac observanda propter eternam salutem consequendam
et inscientiam fugiendam. creditur et creditum est a multis. qui nec christum
viderunt aut exteriori sensu cognoverunt. nec umquam de hoc miraculum seu
signum sensibile perceperunt. Et ideo dicit beatus Augustinus Non crederem Evangelio
et potest sensum habere quod scripturam illam credidit Evangelium esse id est christi tra-
ditionem ex testimonio catholice ecclesie sive plus. quamvis hanc scripturam ser-
monem verum continere principaliter crediderit et miraculo fortasse vel revela-
tione aliqua vel ex fide quod christum credidit esse verum deum. et per quos
cuiuscumque traditionem equivalentem esse atque servandam. Et hec est sententia Apostoli
ad Galatas primo. cum quemvis credet. Non enim dicta christi sive dei vera

sunt causaliter eo quod eisdem testificetur ecclesia catholica. Non est testimonium sed
testimonium ecclesie causatur. Unde est dum dicitur dicta Christi vera propter veritatem
dictoris Christi. Unde apostolus ubi supra: Sed licet nos aut angelus de celo
evangelizet vobis preterquam evangelizavimus vobis anathema sit. Et consimiliter
intelligendum est quod etiam si tota ecclesia adhuc evangelizasset contrarium
illud non fuisset verum. Et causa est quia sibi constabat illud certum esse
Christi dictum seu revelatum in quo falsitas esse non potest. Quamvis ex
necessitate consequentie et a posteriori bene sequatur ecclesia dixit catholica hanc
credendam, deus est trinus in personis, ergo verum. Vel de quovis alio
dicto Christi sine precepto quod dicat esse servandum. Quam dictis ecclesie de hiis
que circa fidem sunt credendum magis est credendum quam [illegible] hominum. Dicit
autem Augustinus pro tanto se credere evangelio propter ecclesie catholice auctoritatem quia
sine credulitatis initium inde suscepit. Qua [illegible] sancto aliqui nominis fi-
des enim quamque incipit ex auditu. Capitulum xxi. Quod auctoritas
Thomas anglicus walden — universalis ecclesie subdita est auctoritati ecclesie scripturarum tam novi quam veteris
testamenti actor. Sufficiat ergo universalis ecclesie pro promissa potestatis modice
quod olim hoc fecit. Unde gloria potestatis sue qui per quandam maiestatem in-
perii voluit ad posteros. Ita quod adhuc sine eius auctoritate scriptura
aliqua nec legi potest nec haberi pro certa. Et hoc sapuit Augustinus cum diceret
contra epistolam fundamenti circa principium Augustinus: Evangelio non crederem nisi
me auctoritas ecclesie catholice commoveret. Hec ille. Nec tamen hec laude sup-
tilium quidam attollunt actor volentes [illegible] huius dicti dictum
primum in ecclesia maioris esse auctoritatis et culminis et ponderis quam sit
auctoritas scripturarum. Quod quidem non videtur tam ineptum quam fatuum, nisi quis
hic dicat Philippum maiorem fuisse Christo quando induxit Nathanaelem
ad credendum Christum esse illum quem scripsit Moyses in lege et prophetis,
Iohannis primo, sine cuius auctoritate non tunc adhereret. Et si sic dicat con-
sequenter parentes nostros carnales aut pedagogos esse altiores et emi-
nentiores Christo quia eorum auctoritate ab infantia didicimus quid de Christo sit
credendum quid servandum. Sed Augustinus ideo libro suo de [illegible] post medium
libri Augustini: Convincitur inquit propter aliud est vilius sit necesse est illud
propter quod est. Cognito quippe tene propter quid hoc nomine est institutum
pluris habenda est ipso nomine. Hec ille actor. Omnis ergo ecclesiastica potestatis
auctoritas cum sit ad testificandum de Christo et legibus eius, vilior est Christi legibus
et scripturis sanctis necessario postponenda. Ideo idem Augustinus libro 22 contra
Faustum de divinis libris loquens Augustinus: Iam inquit ipsis rebus impletis
auctoritatem divinam fidelissima et preclarissima veritatis luce testantur ut
omnino despiciat quisquis eos superflue vel qui fatue locutos aliquid putet
quibus non solum omnia hominum ingenia [illegible] quam subdita videt. Unde etiam
hoc ab eis predictum legit perfectum quod cognoscit. Hec ille actor. Certe quod scripture
canonice huius auctoritatem divinam et eis subiciunt omnia quam hominum simul
ingeniorum. Unde bene enim allegorisavit sanctus Thomas de hoc inducens
mulierem samaritanam loco universalis ecclesie qua cum audissent cives predican-
tem de Christo et dicentem quod dixit michi quecumque feci, illi tamen inducti
iam inquiunt non propter loquelam tuam credimus. Ipsi enim audivimus et scimus

quia hic est saluator mundi Johannis iiii. Non sunt igitur qui propter mulieris lo-
quelam credunt licet tamen auctoritati eius adhereant tamen credunt quamvis ad credendum
sibi auctoritate mulieris inducti sunt. Sic enim dicit textus Ex multi crediderunt
in eum propter verbum mulieris testimonium perhibentis principaliter et primo crediderunt.
Sic nec sunt igitur filii ecclesie matris qui primo propter verbum ecclesie testantis de
Christo credunt et tamen crediderunt auctoritatem qua inducti sunt auctoritati eius pre-
ponunt tamen credunt primo auctoritate eiusdem ecclesie hoc decretum est enim secundum
posteriorum hominum libros ecclesiarum auctoritati sacri Canonis debere submitti qui
ad scabellum pedum suorum dicente Augustino xi libro contra faustum. Augustinus
Ne intercluderet locus et adinveniretur posteris ad questiones difficiles trac-
tandas atque versandas lingue ac stili saluberrimus labor distincta est
a posteriorum libris excellentia canonice auctoritatis veteris ac novi testamenti
que apostolorum confirmata temporibus per successiones episcoporum et propagationes ecclesiarum
tanquam in sede quadam sublimiter constituta est cui serviat omnis fidelis
et pius intellectus ibi si quid velud absurdum moverit non licet dicere
auctor huius libri non tenuit veritatem Sed aut codex mendosus est
aut interpres erravit aut tu non intelligis In opusculis autem posteriorum
que in libris innumerabilibus continentur Sed nullo modo illi sacratissime canonicarum
scripturarum excellencie coequantur etiam in quibuscumque eorum invenitur eadem ve-
ritas longe tamen impar est auctoritas Itaque in eis si qua forte propterea dissonare
putantur a vero quia non ut dicta sunt intelliguntur tamen liberum ibi habeat
lector auditor ve iudicium quo vel approbet quod placuerit vel improbet
quod offenderit Et ideo cuncta huiusmodi nisi vel certa racione vel ex illa cano-
nica auctoritate defendantur ut demonstretur sive omnino ita esse sive fieri
potuisse vel quod ibi disputatum est vel variatum Si cui displicuerit aut
credere voluerit non reprehenditur In illa vero Canonica eminentia sacrarum
litterarum etiam si unus propheta seu apostolus aut evangelista aliquid in suis litteris ipsa
canonis declaratione confirmatur non licet dubitare quod verum sit Hec Augustinus
actor longe quo distat auctoritas scripturarum et eminet auctoritati ceterorum
doctorum etiam tocius ecclesie catholice quamvis super eius auctoritate catholica
attestetur ecclesia Sed apud malivolos iam sic videbor elevasse sacros
Canones ut ecclesiasticam videar auctoritatem et sanctorum patrum ad ni-
chilum redegisse eo quod dicat Augustinus licet cunctis reprehendere in poste-
riorum libris quod displicet Sed qui hoc cogitat malum in cordibus
suis noverint hic Augustinum auctoritate firmasse sublimium scripturarum
sublimis tamen inferioris auctoritati preiudicium intulisse auctoritatem scripturarum
dicit altissima excellencia vigens canonice auctoritatis Deinde innuit
auctoritatem ecclesie universalis cum dicat quod ipsa divina scriptura per successiones
episcoporum et propagationes ecclesiarum tanquam in sede quadam sublimiter
constituta est Hec enim auctoritas erat ecclesie catholice quod sic facere posset
ut sibi auctoritate Augustini monstraremus de libris tamquam posteriorum puta

Sanctorum Conciliorum doctorum quorumcumque fidelium dicit quod longe est impar hec
auctoritas illi sacratissime excellentie sacrarum scripturarum non dicit quod nulla
Et nota hic dominus primo quis notanter libros posteriorum assignat qualiter
non sunt aliqui universalis ecclesie illius scilicet simbolice tamen quia posterior sit coequa
sibi et eius latori Christo sicut sponsa sponso et corpus capiti secundum com-
motionem temporis et nature. Cum etiam quod si consideretur seorsum a scripturarum libris
quibus subicitur seorsum etiam ab Sanctorum et Conciliorum tractatibus quibus prepo-
nitur secundum quod obiectum fidei christiane non videtur habere ipsos libros quibus
inscribitur sed tamen in cordibus christianorum fidelitati vel in sanctorum codicibus
perfectius exaratum. Unde hoc modo Clemens magnus ille scriptor temporum
secundum Eusebium libro vi ecclesiastice historie capitulo Eusebius in libello
inquit que scripsit de pascha Confitetur extorqueri sibi a fratribus ut
ea que a presbiteris vel a successoribus Apostolorum sola tradita sunt describeret
in libris ac posteris traderet. hec ille de Clemente auctor. Ideo sicut hic
dixit Augustinus. Quamvis in posteriorum libris inveniatur ipsa veritas scripturarum
non tamen erit in eis par auctoritas. Ita quamvis fides universalis ecclesie inveniatur per
scripturas expressa sicut est pene tota, non tamen est ei in auctoritate par sed subicitur
Et quamvis in posteriorum libris etiam inveniatur non tamen sunt sibi pares sed ipsa
prominet quia aliud sunt testes aliud testimonium. libri ergo quod sunt ex auctoribus
sanctis sunt ut testes sunt ~~testium~~ quamvis testimonium quod includunt auctoritatem
habeat scripturarum vel infideles cuiuscumque generis. Fides tamen ut est ecclesie Catholice in
hoc accedit fidei scripturarum quod non licet de ipsa dubitare eo quod testimonium ecclesie
catholice est obiectum fidei christiane sicut est testimonium et legislatio scripture ca-
nonice subicitur tamen sibi sicut testis iudici et testimonium veritati. Sic prom-
sacro diffinitori et sicut preco regi. De posteriorum tamen libris licet non dicere si
nisi certa ratione vel ex illa auctoritate canonica defendantur. Sicut etiam idem
Augustinus dixit de libris suis ad Aurelium in prologo tercii libri de trinitate.
Augustinus noli inquit libris meis sicut canonicis inservire. auctor Sed tamen
tamen est ne et hic hereticorum pertinacia locum firmat et distinguendi consulo de
dicto doctoris in se numquam recedat a sententiis meliorum vel si scriptor non sit
ex fidelitate et sanctitate scribendi famosus et tunc ibi habet lector liberum
iudicium. maxime si res non ad ipsam pertineat fidem. Unde Augustinus libro primo
contra Julianum capitulo ix Augustinus Alia sunt quibus inter se aliquando etiam doctissimi
atque optimi regule catholice defensores salva fidei compage non consonant
et alius alio de una re melius aliquid dicit et verius. Hoc autem unde
nunc agimus ad ipsa fidei pertinet fundamenta. hec ille auctor. Si autem inter
eorum sanctorum patrum dictis in sic diffiniendo contineat grande periculum estimo
contensa aliquam rationis vel scripture ducere tamen patrie sine ordine quoniam nimio
etenim quod dissimile est diffinitori universalis ecclesie tunc sicut tot sancti doctores
in una fide convenerunt. Unde Augustinus libro primo contra Julianum capitulo vi
de patribus sanctis loquens hireneo et ceteris Johanne et Augustinus Audistis

inquit uno corde uno ore una fide idipsum dicere et hanc esse catholicam fidem non
dissonante contestatione firmatam. An tibi parva in uno Gregorio orientalium
videtur auctoritas est quidem tanta persona ut neque ille hoc nisi ex fide christiana
omnibus notissima diceret nec illi eum tam clarum haberent atque vene
rarentur nisi hoc ab illo dicto ex regula notissima veritatis agnoscerent.
Hec ille. Auctor. Timenda est que in talibus antiquitas et clara fama docentium
sed magis timendus virorum talium unus et firmus consensus, quia si causa fidei
est causa resistentibus est presidia. Ubi non sit adhuc est examinata utrobique si
defenseretur quia infra ecclesiam causa ventilata est heretica pertinacia indicatur. Ideo
Anshelmus consulit sanctorum patrum libros cum omni diligentia et reverentia
perquirendos libro de corpore et sanguine domini capitulo xli. Anshelmus qui recte in libris
ecclesiastici doctoris legit si quid in eo quod dubium et scrupulosum invenerit non statim
illud exarcando invadit et inspicit et distinguit et retractat ex circumstantiis
et ex scriptis eiusdem auctoris. Et ad ultimum prius plus eligit confiteri sese
ignorasse vel non intelligere quam errores illius nota impingere. Hec ille.
Ieronimus. Ubi commendat ē o Paula et Eustachium quod in hac vita sapientem
virum teneat et inter pressuras et turbines mundi equo animo manere persuadeat
id esse vel primum reor meditationem et scientiam scripturarum. Unum enim a ceteris aman
tibus hoc vel maxime differimus quod rationale animal sumus. Cetera autem omnis et
sensus divinis libris continentur, per quos etiam distinguimus et quare creati sumus non
sumus ignorantes. Minor per quosdam extitisse qui aut ante se inertie aut sompno
dantes noluerunt que preclara sunt discere aut ceteros qui id studii habent reprehen
dendos putent. Hec Ieronimus. Cassiodorus libro divinarum institutionum in prologo
sic dicit. Quapropter dilectissimi fratres indubitanter ascendamus ad divinas scripturas
per expositiones probabiles patrum velut per quandam scalam visionis Iacob
ut eorum sensibus provecti ad contemplationem domini efficaciter pervenire mereamur. Ista
est fortasse scala Iacob per quam angeli ascendunt cui dominus innititur lassis
porrigens manum et fessos ascendentium gressus sui contemplatione sustentans.
Hec ille. Augustinus xix de civitate dei capitulo xviii. Civitas dei achademicorum dete
stans dementiam dicentium omnia esse omnino incerta bene credula est sensibus
melius tamen eius testibus quibus non credere forte absurdum, sed omni optime
atque certissime scriptis canonicis. Augustinus ad Iulianum inquit: ut existimo pertine
non solum scripturas sanctas canonicas adversus vos testes adhibeo quod iam satis
feci. Unde etiam de sanctorum litteris qui ante nos celeberrima fama et ingenti
gloria tractaverunt eloquia divina documenta proferre. Non quo canonicis libris a nobis ullo
modo sit equanda omnium disputatorum quamvis catholicorum et laudatorum hominum auctoritas,
ut aliquid melius sentire non liceat quam ab alio eorum catholico sensum est sed ut admoneantur
qui putant istos aliquid dicere, quemadmodum de hiis rebus ante novitatem istorum vestram
eloquia catholici antistites divina eloquia sint secuti, et sciant a nobis
rectam et antiquitus fundatam catholicam fidem adversus recentem pelagianorum
hereticorum presumptionem perniciemque defendi. Hec Augustinus. Primus huius articuli

Principium istius replicationis invenies circa finem istius materie in folio xv° ubi sic dicitur Reverendissimi reverendique patres

nb. f. 188 v.

Deinde die sequenti processum est circa finem, et venit ad figuram
que tractabatur ex primo Reg. 2° c°. Cum quidam sacerdos
in desiderio ipsi petebat, dimitte me obsecro ad unam partem
sacerdotalem, ut comedam buccellam panis etc. Dixi quod litteralis sensus illius
auctoritatis non est de persona laicali, sed solum de sacerdotibus venientibus de genere
Hely, ut patet ex textu, ut etiam exponit Nicolaus de Lyra. Ea autem que
fidei sunt non probantur ex institutione, sed ex sensu litterali, ut etiam ex quadam
suppositione mea. Sed contra. Patet quod in sacra scriptura et ex eadem una et eadem
conclusio que probatur per se et sine ex sensu litterali, probatur etiam et persuadetur
per alios sensus spirituales, et specialiter per allegoriam, ut patet per
Christum qui ex figura serpentis declaravit exaltationem suam in cruce, deinde
etiam per Paulum apostolum, qui multa probat de Christo per figuras de Christo,
ut percipitur in epistola ad Hebr. Sed patet in omnibus expositoribus et doctoribus
qui unam conclusionem tam per figuras quam per prophetas et alios sensus
spirituales ultra litteralem probant persuadent et declarant, et sic in proposito
ego declarans communionem sub utraque specie ex sensu litterali non esse de
precepto Christi, adduxi congruitatem figurarum ad unam speciem, inter
quas ista est una, in qua licet quantum ad sensum litteralem ita sit
quod futurum erat quod de stirpe Hely venit mendicantes etc. Nichilominus
in ratione figure ad unam partem sacerdotalem petendo se admitti
figuram petebat populus laicalis. Nec valet quod dicit, quod utraque species
sit una pars sacerdotis, quia licet sit unum sacramentum ratione finis
et perfectionis et ratione sue significationis, tamen ita est quod sunt due
species, et due partes unius sacramenti integralis. Et ita eadem dicitur, dimitte me
ad unam partem sacerdotalem, denotat inesse duas partes esse sacerdotis
scilicet unius sacramenti, ad quarum unam scilicet ad buccellam panis, in persona
populi rogabat et obsecrabat admitti, semper eum partes integrales dicit respicere
per modum materie ad totum, et dicebat ulterius, non sequitur, ego co-
medi unicam buccellam panis, ergo non comedi aliam, et sic etiam in
proposito, cum dicitur, dimitte me ad unam partem, non excluditur alia.
Dicendum quod differentia est inter unum et unicum, quia licet unum non ponat per
se exclusionem, unicum tamen ponit, specialiter in scriptura sacra, sicut patet
de adolescente per Christum resuscitato, qui erat unicus matris sue,
et patet quod ponitur exclusive, quia non habebat nisi tantum illum.
Similiter etiam in symbolo dicimus, et in Ihesum Christum filium eius unicum dominum
nostrum, ubi eum unicum etiam exclusionem ponit, ita quod non in alium, quare
patet quod male infert unum in unicum, et per consequens si comedit unicam
buccellam habeat paniam, quia non comedit plures, et licet unum non ex-
cludat per se, tamen denotat sufficientiam et quietem appetitus ex parte
petentis, sicut si aliquis petit, da mihi unum panem, licet non excludat alium
tamen ex modo dicendi denotat sufficientiam in uno, et hoc est pro antecedenti.

Ad ... dimitte me obsecro ad unam partem sacerdotalem

Differentia inter unum et unicum

de tribus satis

ad albertum

meorum, tristes quod non sint nisi verba, que ad modicum valent. Quod significat de tribus satis farine et de pane, quem comedit Helias ad potum aque dicit quod licet non fiat mencio de vino, tamen sub nomine panis includitur et potus. Reprehendit eciam meam allegacionem Alberti magni de tribus satis farine et petiuit ut sibi demonstrarem locum, deinde quod confiteor, nisi fuerint verba mea tamen verbis Alberti quod eciam in allegacione figure Helie dixi, quod non fecerat mencionem de aqua mixta ad primum respondendo dico, quod nulla sine significatione sunt ex intencione sub nomine panis, nichil aliud intelligitur, quia quantum ad reprehensionem de Alberto, legant dicta Alberti in propria forma et in libro, nec oportet quod allegantes doctores allegent eos sub propria forma verborum, tamen non sub possunt secundum libri ad vicarium, sed sufficit quod inferatur sensus doctoris sub variter secundum positionem quod intenditur, et dum sic allegantur doctores sub hec ille, propter tamen manifesta sit distinccio sunt aliter, non oportet dicere eciam quod per allegantem ex dicta infertur, sicud patet in predicta allegacione, in qua quilibet habens intellectum statim perpendit distinccionem. Tamen autem dicit me non scripsisse mencionem de aqua in figura Helie, salva pace, Illud dico, nam verba mea in forma sunt ista, scilicet in comestione Helie huius manuductionis sacramentalis expressissima figura expressit, quod subcinericium panem comedit cum potu aque nulla facta mencione de vino, in cuius cibi fortitudine ambulavit xl^ta diebus et noctibus. Hic ibi sunt. Et autem dicit quod ibi sit mencio de potu. Addo quod in sacra scriptura aqua non reperitur gessisse figuram sanguinis sub specie vini in hoc sacramento, sed bene figuram sive sedem huius sacramenti. Unde unitatis ecclesie cum Christo et ad invicem ad quam unitatem significandam, etiam aqua in consecrando admiscetur vino in calice, secundum quod dicit Julius papa, et habetur de consecracione di. 2^a Cum omne tamen calix dominicum iuxta canonum preceptum vino aqua permixtus debet offerri, quia videmus in aqua populum intelligi, in vino vero ostendi sanguinem Christi. Quando ergo in calice vinum et aqua miscetur, Christo populus adunatur, et credencium plebs ei in quem credit copulatur et iungitur, que copulacio et coniunccio aque et vini sic miscetur in calice domini, ut mixtio illa non possit separari, nam si vinum tantum quis offerat, sanguis Christi incipit esse sine nobis. Si vero aqua sit sola plebs sine Christo incipit esse, ob quod debet ut habetur ibidem in glosa, unde in predicta refectione Helie, panis subcinericius sacramenti designavit, et potus aque gratiam per quam populus Christo adunatur. Licet autem Albertus non faciat illic mencionem nec aque de quibusdam laicali, tamen facit satis ad meum propositum, in ea quod dictum textum dicit esse figuram huius unius sacramenti, in quo textu non fit mencio de vino aut de potu. Post hec procedit ad solucionem

quod aqua non reperitur gessisse figuram sanguinis sub specie vini

argumenta, que fundantur in praxi Christi. Et dico primo quod quia non in
Christus non legitur communicasse laicos sub utraque specie, ergo non communicavit — de praxi Christi
laicos sub utraque specie. Dicam primo quod non sequitur illam quam, sed similiter
veritati ducens, quod in toto ewangelio non reperitur quod Christus communicaverit aliquem
laicum sub utraque specie, sed tantum solos apostolos etc., propter quod in textu, unde
patet quod non sequitur talem consequentiam, nec affirmo simpliciter quod non fecit, sed in
hiis que dependent ex evidencia facti, illa tantum secure affirmat
vel negaverit que facta leguntur vel non leguntur. Unde Johannes contra he-
lvidium hereticum: Sicut hec que scripta sunt non negamus, ita ea
que non sunt scripta renuimus. Unde cum in facto communionis sub utraque
specie non legamus communicatos a Christo nisi apostolos, non possumus
secure affirmare de aliis, ymo secure renuimus, ut ait idem. Sed
igitur ipse intendit probare ex praxi Christi suam affirmativam utriusque
speciei trahendo eam ad laicos, tamen non possit ex textu. Item probo meam
negativam ex eadem praxi Christi quia Christus non legitur communicasse laicos
sub utraque specie, ergo non potest affirmare nec dici quod eos communicavit, quod
in toto processu meo hec fuit et est intencio quod in omnibus dictis suis
adversarius non potest nec poterit ostendere dictum suum aut ex lege
divina aut ex praxi Christi aut ex ecclesie, quocumque et qualitercumque
veritatem illam de qua loquimur aut preceptam esse declarare aut
deducere. Decipitur igitur in confundendo ex dictis meis, quia ad dicto
hec Christus non legitur fecisse, non intendo inferre, ergo contra hec possunt
aut ex hoc exemplo Christi adversarius, nec hoc intendit precepti
aut necessitatis quod intendit. Sed contra vero Wilhelmum de Monte — Ad wilhelmum de monte laudino de apostolis quos Christus communicavit
laudino in quo dicit quod apostoli fuerunt laici et in laicali persona
tunc corpus acceperunt. Dico primo dato quod apostoli essent laici quos Christus
communicavit, ut predictus doctor videtur velle, tamen adhuc adversarius
non habet quod intendit, quia non precepit omnibus sic deinceps communicare
tradendum, quod patet ex Christus precipiens apostolis quod hec facerent
in suam commemoracionem, eos in sacerdotes ordinavit, et dedit eis
potestatem hec faciendi conficiendi, quod si preceptum se extenderet ultra
ad omnes quo ad sumpcionem, per eandem racionem et potestas conficiendi,
quod nullus sane mentis dicet. Et patet secunda, quia in illa cena
per nulla alia verba Christus precepit hoc sacramentum esse sumendum
nisi per illa: hoc facite in meam commemoracionem. Unde ex predicta
responsio licet contineat principale propositum meum, non tamen satisfacit
auctori evacuanti argumentum inductum per me de praxi Christi
negative. Ideo conandum est secundum veritatem declarare, ut et
argumentum meum in robore permaneat, et doctor allegatus
in suo honore, licet non esset magna vis si simpliciter negarentur,
et faciendo comparacionem inter doctores moderni conducentes in supponendo
precedentibus generaliter potentibus. Fateor etenim me dictum doctorem

nunquam legisse, nec usquam ad hanc disceptacionem a quocumque doctorum modernorum
nisi in auctoritate preceptoris aut audivi allegari, licet dicat eum famosissimum
doctorem, veruntamen sive ita dicat allegatus sive non, et sive sit magne
auctoritatis sive parve, quidem non potest sustineri ad veritatem sustinendum, et eius verba
in meliorem partem interpretanda. Et si deo volente faciam pro parte
Pro declaracione primo sciendum est, quod communiter doctores dicunt et tenent
quod christus in cena discipulos suos in sacerdotes ordinavit, et per illa
verba, hoc facite in meam commemoracionem. hec sunt est sancti Thome
in 4to di. 24. Ubi vero dicit in responsione cuiusdam articuli ad 2m
argumentum ita dicens, quod dominus discipulis dedit sacerdotalem potestatem
quantum ad principalem actum scilicet consecrandi corpus christi ante passionem
in cena, quando dixit, accipite et manducate, unde subiungit, hoc facite
in meam commemoracionem, sed post resurrectionem dedit eis sacerdotalem potestatem
quantum ad actum secundarium qui est ligare et absolvere. hec Thomas
Idem est Richardus super 4to sentenciarum di. viii in illa questione
utrum illa sit forma consecracionis calicis que ponitur in canone
misse, dicit quod dominus per ista verba, hoc facite in meam commemoracionem
contulit discipulis potestatem consecrandi, et sic ordinavit eos in sacerdotes
simul cum prolacione istorum verborum, consimiliter Petrus de Palude in tractatu
suo de ecclesiastica potestate dicens. Sunt autem facti sacerdotes per illa
verba. hoc facite in meam commemoracionem. Et ipsa tunc fecit eos sacer
dotes, ut sit sensus, hoc facite, id est faciendi potestatem accipite. Et notatur
in glossa de conse. di. 2a ca. super verbo hoc facite, et di. 21 c. in novo
super verbo pari consorcio, et archidiaconus ibidem, secundum hoc igitur posset
salvari dictus doctor quod communicavit eos laicos, sed tamen sub una
et sub prima specie, nam iuxta ordinem narracionis Luce evangeliste videtur
prius eis dedisse corpus suum, et statim post dixisse, hoc facite in meam
commemoracionem, et deinde eis dedisse calicem, et post eundem sermonem quod refert
apostolus iterato subiunxisse, hoc facite in meam commemoracionem. Dicit enim hoc
textus Luce. et accepto pane gracias egit et fregit et dedit eis dicens
hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur, hoc facite in meam
commemoracionem. Similiter et calicem postquam cenavit etc. Et sic posset
salvari dictum dicti doctoris videlicet quod communicavit apostolos sub prima
specie in persona laicali, et in hoc gerebat figuram aliorum laicorum
quibus sufficeret tantum sumere sub prima specie, et postmodum eos ordi
nasse sacerdotes ante sumpcionem sanguinis sub specie vini, ad
ostendendum sacerdotes tantum debere sumere sanguinem christi sub specie vini, ut
figura huic non permittebat laicis libamina simul figurato cor
respondeat. Communicati igitur erant apostoli ut laici sub prima specie
et in hoc dictus doctor potuit dicere verum, et non sunt communicati
non ut laici sed ut sacerdotes sub utraque specie, unde dictus doctor
nullo modo est michi contrarius. Et hoc expresse videtur sentire
Petrus de Palude ubi supra ita dicens, sunt autem facti per illa
verba, hoc facite in meam commemoracionem Luce 22. et dicta sunt

in tradicione calicis, sic eciam nunc in tradicione calicis cum verbis
equipollentibus fit sacerdos, nam dicere, hoc facite i. potestatem accipite
hoc faciendi, equipollet ei quod dicitur accipite potestatem celebrandi etc. Hic
manifestum est aliter quod Christus prius tradiderit apostolis suis sub specie
panis quam eis calicem tradiderat scilicet in susceptione calicis, dum quis
sacerdos ordinatur eidem sacerdotalis caracter imprimatur, et per que probat
sanctus Thomas in 4to di. quia supra attestatur ita dicens, potestatis col
lacio fit per hoc quod datur eis aliquid quod ad proprium actum pertinet
Et quia principalis actus sacerdotis est consecrare corpus et sanguinem
Christi ideo in ipsa dacione calicis sub forma verborum determinata caracter
sacerdotalis imprimitur. Hec. Secundum ordinem igitur luce ewangelii Christus
primo accepit panem, gracias egit, fregit, prima specie et communicavit eos
cum eadem prima specie, deinde ordinavit eos in sacerdotes, per illa
verba, hoc facite in meam commemoracionem, post accepto calice consecravit
ipsum, et per apostolos iam sacerdotes factos communicavit sub specie, nec
est racionabile quod Christus, aut bis ipsos in sacerdotes ordinavit, aut
quod non per prima verba, eos ordinavit, sed per verba secundario
dicta. Solucio. Dico quod dictus doctor esset sanus et de dicto conti
nue, non tamen dixi simpliciter, cum dixi quod duodecim in sacerdotes ordi
navit, ut dicunt communiter doctores omnes, non enim dixi simpliciter
ut dicunt doctores omnes, ut ipse replicans false michi imponit
sicut eciam facit in locis quibusdam aliis, sed dixi, ut dicunt communiter
doctores omnes, communiter enim declinans omnes, ponit et dicit
tamen et vulgarem opinionem doctorum plurium christianorum ubi describitur
accomoda, propter hoc quod dico verum, que locucio est in quo modo loquendi
vulgata est, dicimus enim hec opinio habet communiter omnes homines
nec falsa redditur locucio, si duo vel tres dissenciant, pauci
communionem sub utraque specie, non esse de precepto Christi quo ad laicos,
dicunt communiter doctores omnes, non propter hoc tamen quod duo replicantes
dicunt oppositum redditur locucio falsa etc. Sed hec modici sunt
ponderis, nec ad rem pertinet. Veniat enim hec morem suum re
nando verba ut solitus est, et non finalis. Item probat per Augustinum ad augustinum
in libro de questionibus novi et veteris testamenti quod Christus instituit apostolos
in episcopos ante ascensionem suam, et ita non in cena. Dico quod quantum
ad rem et gradum dignitatis episcopi fuit dictum ut sacerdotum et episcoporum
non autem quantum ad nomen, quia antiquitus pro eodem accipiebatur nomen
episcopi et presbyteri ut probat Ieronimus in epistola ad Heliodorum. Confirmatur igitur
ad dignitatem episcopalem pertinet, sed non differt a dignitate sacerdotali
Ubi et quando instituta sunt a Christo, vel quando discipuli fuerunt
facti episcopi Remigio dicam, secundum sinam enim venerabilis Bede
apostoli figuram gerebant episcoporum, et septuaginta duo discipuli quo apostoli gerebant figuram
figuram aliorum, unde super illo Luce 10o Post hec designavit etc. episcoporum, et 72 discipuli
dicit Sicut duodecim apostolos formam episcoporum primo servare nemo figuram aliorum sacerdotum
et quando et quando discipuli
facti sunt episcopi

est qui dubitat. Sic et hos septuaginta duos signum sacerdotum
minorum ordinis gessisse credendum est. Hec ille. Constat autem quod
ante passionem suam Christus statim cum duodecim vocavit apostolos
eos virtualiter in episcopos ordinavit, unde Mathei x° dicitur: Et convocatis
duodecim discipulis suis dedit eis potestatem spirituum immundorum et
post pauca: Ibant circuentes predicantes dicentes quia appropinquabit
regnum celorum. In quibus verbis tangitur auctoritas episcopalis scilicet hec potestas
super spiritus immundos et hec potestas predicandi. Item Innocentius in libro de
officio misse libro primo capitulo viii° dicit: In novo testamento Christus maiores et
minores sacerdotes instituit scilicet duodecim apostolos et septuaginta
duos discipulos, quos premittebat binos in omnem civitatem et
locum quo ipse erat venturus. Et infra: Christus apostolis suis discipulos
addidit, quibus illi suis predicationibus totum orbem impleverunt, apostolorum
itaque vices maiores obtinent sacerdotes i. episcopi, minores vero i. presbiteri
discipulorum. Ex quibus patet quod apostoli iam acceperant, et si non nomine
tamen re, potestatem et dignitatem episcopalem, ante illam cenam, unde
totum quicquid fit de episcopali dignitate, tenetur contra per doctores
quod per illa verba hoc facite etc. facti sunt sacerdotes, et per que autem
sumitur vel sumpserunt utrumque speciem vel saltem ante quandam sanguinis
sub specie vini, ut patet ex ordine narrationis Luce capitulo xxii, ut expositum
est. Augustinus autem loquitur de episcopis secundum dignitatem distinctam ab
ordine sacerdotali, non prout sunt idem nomine, quia tempore suo
sicut dignitate ita et nomine sacerdos et episcopus distinguebantur.
Et postea Augustinus non determinat seu exprimit determinate tempus
unde dicit, priusque ad celos ascenderet, quia quicquid fecit etiam
ante passionem fecit ante ascensionem secundum illam regulam: Quicquid
antecedit antecedens, antecedit consequens etc. Et secundum hoc etiam de per eodem
episcopum et sacerdotem Augustinus accipit. Unde non plus hoc Augustinus concordat
ad 1d quod tantum 12 apostolos communicavit — simpliciter ad Swithelmum de mayste laudamus. Ulterius dicit quod
ego dixerim quod Christus tunc duodecim apostolos communicavit, contra
quod arguit, hoc non videtur esse verum, quia non sequitur: duodecim
leguntur fuisse cum Christo, ergo tantum illos duodecim communicavit. Non sequitur,
quia non sequitur: hoc ibi non legitur, ergo non fuit verum, sicut
cum dicitur Luce x°: Christus intravit in quoddam castellum ubi erat
Maria et Martha, et sic dicitur de aliis, ergo non fuerunt ibi alii,
non sequitur, ergo standum est in textu scripture cum modestia debita.
Primo false et mendose imponit michi quod dixerim quod tunc duo-
decim communicavit, nam in forma verba mea pauca sunt hec:
In toto evangelio non reperitur quod Christus communicavit aliquem laicum
sub utraque specie, sed tantum duodecim discipulos seu apostolos, et hoc
verum est. Aliquid addat ubi reperiatur aut legamus aliquem
aliud communicasse, et ultimus tunc dicebam. Preterea si huiusmodi communio sub
utraque specie etc. Et infra, quod tunc videtur fecisse cum exceptis
duodecim, ut dictum est, non legitur dicere tenere vel fuisse. In

quibus verbis nullam exclusionem, nec tantum nec solum posuit
nec ulterius affirmavit simpliciter. Ad dixi quod tamen videtur verissi-
mum eo quod plures hystoriagraphi narrant eandem hystoriam, nec tamen quilibet eo-
rum narrationibus pertinentia ad aliquod pertinendum convenientia enarrant, sed quidam
eorum recitant et referunt, sicut fecerunt tres ewangeliste, ut vehementer continua-
tum est quomodo alii interfuerunt specialiter cum ad aliquod singulare et proprium
quod non omnibus equaliter convenit, convenisse in primo narrantur, sic
eam narrat ewangelista Math. xvii° c°. quod Jhesus post dies sex assumpsit
Petrum et Jacobum fratrem eius, et duxit illos in montem excelsum
seorsum et transfiguratus est ante eos etc., ubi ewangelista nullam
exclusionem ponit. Et tamen ita est, quod propter singulare misterium asserit
quod Christus non assumpsit nisi illos tres tantum, unde Rabanus:
tres solummodo secum discipulos duxit, quia multi sunt vocati
pauci vero electi, vel quia qui nunc fidem sancte Trinitatis incor-
rupta mente servat, tunc eterna eius visione letatur. Hec Rabanus.
Ubi licet ewangelista non ponat exclusivam, tamen hic doctor dicit solummodo.
Crisostomus etiam dicit, propter hoc autem non prodidit nomina eorum qui ascen-
suri erant in montem, quia reliqui valde concupiscerent secum
illius glorie visum, et gravem tulissent velud despecti, ubi expresse
innuit hic doctor dictum et ponit quod alii fuerunt assumpti, et alii
non. Item Jeronimus super Math. dicit: ideo autem hos tres assumpsit qui aliis
potiores erant. Et secundum hoc, i. propter misterium in illa transfiguratione, licet
ewangelista non ponat exclusivam tres tantum intelliguntur a doctoribus.
Ita multo fortius in hac cena cum concorditer duodecim convenisse
narrentur propter misterium et officium sacerdocii quod in dicta cena
instituere intendebat, licet ewangelista non ponat exclusivam tantum
tamen eos convenisse intelligendum est. Sicut in electione duodecim
apostolorum non narrant ewangeliste cum aliqua nota exclusionis, non
enim dicunt ewangeliste tantum vel solum aut aliquid huiusmodi dominus elegit
duodecim, et tamen exclusive intelligitur quod tantum
duodecim apostoli fuerunt et non plures. Non valet igitur instancia
quam adducit de introitu Christi in quoddam castellum, ubi erat
Maria et Martha, quia illud non intrabat propter ad aliquod
singulare misterium pertinendum quod ad paucos pertineret, cum quia
fuit illa cena in qua sacrificium erat instituendum nove legis quod non
per omnes sed solum per paucos erat exercendum. Ad quod ipse dominus
illos duodecim pertinendum elegit. Per predicta patet responsio
ad illud quod dicit, quod periculosum est nimis dubium pro certa asserere.
Dubium enim est, quod virgo mater et alie devote persone non fuerint
in dicta cena a Christo, quia nichil asseritur nec assertum
est per me quod alii non convenerint, alii inditur ex precedentibus
tantum ex conformi narratione ewangelistarum, tamen ex singulari excellen-
cia misteriorum que in illa sacratissima cena erant peragenda

quod sepe doctores ponunt exclusivam ubi ewangelium non exclusiva

de Maria virgine et aliis devotis personis

Instituendum erat maximum sacramentum nove legis, et ordinandi erant
ministri eius, quod nec coram omnibus agendum erat, nec per
omnes instituendum, nec coram omnibus agendum. Sed cum in modicis
rebus propter excellentiam tanti operis hos tunc duodecim specia-
liter elegit, quanto magis in hiis altissimis misteriis congruum fuit ut
ipsi soli interessent. Item per secundum negatur quod asseritur in scripturis
sanctis illud quod nec testimonio scripture nec ratione probari
potest, sed contra asserens aliquam virginem in cena domini et alios preter duodecim
nec testimonio scripture, nec ratione probari potest, ergo secundum
negatur quod affirmatur. Assumptum pro maiori patet quo ad secundam partem
per dictum sancti Jeronimi in omelia Ecce ego mitto ad vos etc., quia
illud quod ex scripturis non habet testimonium eadem facilitate contempnitur
qua probatur. Primo ad secundam partem probatur per sanctum Augustinum in sermone
de assumptione virginis gloriose vbi dicit, fiat ergo ipsa ratio auctoritas
sine qua non valet auctoritas. Hec ille. Nulla ergo est auctoritas que dicat
aliquem alium in dicta cena preter duodecim apostolos cenantem fuisse,
nec etiam aliqua ratio hoc persuadet, ymmo potius ad oppositum ut patuit.
Quare presumat adversarius ecclesie catholice fingere, quod ratione
nec auctoritate probari potest, et sic in omnibus scripturis, nullo autem modo
valet ratio quam adducit dicens, quod ideo evangeliste non fecerunt mentionem
de aliis ne crederetur quod etiam aliis utpote mulieribus et aliis laicis
fuisset collata potestas conficiendi hoc sacramentum, quia ponamus quod beata
virgo ibi fuit et alie mulieres et quicumque layci, cum Christus indistincte
tradens hoc sacramentum loquebatur: Accipite et comedite, hoc est corpus
meum, hoc facite in meam commemorationem, per que verba, ut decla-
ratum est secundum doctores, instituit apostolos in sacerdotes, et dedisset
eis potestatem conficiendi, non ergo ideo evangeliste alios nominare tacuerunt
ne sic crederetur quod alii fuissent ordinati in sacerdotes. Sed potius ideo
quia alii non interfuerunt, quod satis patet inspicienti diligenti narratione
tam evangelistarum duodenarium numerum apostolorum, et ex indistincto modo
quo narrant evangeliste Christum tradidisse potestatem conficiendi hoc sa-
cramentum illis qui in illa benedictissima et sacratissima cena
interfuerunt, ut dictum est. Ad illud quod ulterius dicit quod si argumentum
valeret, Christus non communicavit laicos sub duplici specie, ergo non
sunt communicandi sub duplici specie, pari ratione valet argumentum
Christus non communicavit laicos sub una specie, dico quod non feci talem
quam in tota positione mea, sed contrarium sue intentionis sic videlicet
Christus non communicavit laicos sub duplici specie, ergo ex principio
ipso non habet adversarius duplicem speciem in communione laicali, non
ergo doctrina ecclesie catholice quam ego profiteor et defendo est veritatis,
hereticum ut impudentissimi proponis et virulentiis et adversarius
ecclesie catholice perhibet, nisi iniquitatis spiritus hec adversarii et
aliorum hereticorum virulenta dogmata mortificat, nec apud fideles
catholicos spiritus sancti matris ecclesie documenta sunt deliramenta
risu digna, ut delirans adversarius fidei asserit. Sed sunt altissima

ad illud quam Christus non communicavit laycos sub utraque specie, ergo non sunt communicandi sub utraque specie

et divina misteria omni veneracione et admiracione dignissima
Item dicit posito quod beata virgo non fuisset in guidanie(?) dicta, ad hoc non
valet argumentum, quia non sequitur beata virgo non fuit ibi ergo alii
non fuerunt, vel quod dictum sacramentum non fuit pro aliis laicis et fra
gilibus institutum, quia ut dicit, beata virgo erat supra quem statum
homini confirmata in sanctitate devocione contemplacione et eleva
cione mentis in deum, hoc autem sacramentum fuit institutum pro fragilibus
quorum apostoli preterea typum et figuram gerebant videlicet peccatorum fragilium
dominus quod ipse fecit multas quas ad beneplacitum suum ex dictis meis
et eas michi imponit, quas nunquam composui, que nec ex dictis
meis sequuntur, et quod hic non est disceptacio pro quibus hoc sacra
mentum fuit institutum vel pro fragilibus vel pro perfectis vel pro utrisque
Sed solum hic agitur ad declarandum, quod adversarius ex practica
Christi non potest probare preceptum in communione laicali utriusque speciei
et specie vini et credo similiter quod non faciet aut inveniet Ulterius
ad omnia inducta mea negativa in quibus dico quod hic nulla mencio
fit de vino nisi de pane, dicit quod multum miratur me tam modica
racionem tanta multitudine deduxisse, que facile lacerari possunt videlicet
non valere Sicud supra arguitur ista fides non scribitur in isto loco nec
fit mencio ergo illud non est verum, et adducit exempla de trinitate
ut si diceretur in hoc loco non exprimitur articulus trinitatis ergo nullibi
Similiter de assumpcione virginis, cum assumpcio non legitur in
biblia Similiter de comestione multorum patrum de cena Christi in
Bethania de nupciis quibus Christus interfuit, et multa huiusmodi loca
ingerit scripture Dicendum quod et ego de ista responsione non
multum miror, quia michi nova non est, et enim ex novo eventu
aut effectu cuius causa ignoratur fit in nobis admiracio, ut
Aristoteles habet in prohemio methaphisice Sed novum non est, quia de
toto fuerit actu et fecit, ad modica enim respiciens vincere credidit
se omnia iacula evasisse, ymmo et victorie palmam obtinuisse
ut ex ipsius libellis sibilanatoriis(?) quibus inmeam detraccionem et ad
multa maledicta gratitur, ut in eo dictum fulgencii impleatur
qui in suo 2o librorum contra hereticos ita dicit, novum non est sed
Nonnumquam(?) est ut heretici peruersi legittime veritatis illos se superasse
veritatem superatores arbitrentur quibus facillime superantur gla
nam in confusione ipsorum est, qui tiena(?) sapiunt hoc ergo sectatores
hereticorum ea sibi quasi palmaria et invicta videntur proponere unde
sibi confusionem non vident imminere, sed cum a veritate superantur
hoc in illis utrumque impletur, ut unde gloriantur inde confundantur
non est igitur mirum si illos quos malicia sua fecit sapienciam
est excecatos tenet veritas ipsa que lux est veritatis deserviunt(?)
hec ille, non igitur sic erit ut credit adversarius meus, sed ipsius
gloria in confusionem ipsius erit, Dictum est enim superius, quod sicud

ad 1am quam quod nulla mencio fit de vino nisi de pane est

ex omnibus singularibus sufficienter enumeratis concluditur universalis sic ex
particularibus particulares eo modo quo expositum est. Sicud igitur ex sacra
et catholica exposicione ex tota sacra scriptura et ex omnibus dictis catholicorum
doctorum non habetur preceptum in communione laicali utriusque speciei ergo nullo modo est
preceptum expressum, et hoc propter sufficienciam doctrine tradite ecclesie catholice a
spiritu sancto, qui eam docuit et docet omnem veritatem. Ita ex particula-
ribus locis vere et catholice infertur in hoc loco fit mencio vere
vel figurative de hoc sacramento, et non fit mencio de altera specie
ergo ex hoc loco non potest argui, nec est preceptum alterius speciei. Unde
non arguo ab inferiori ad suum superius negative, nec ab ente ne-
gative ut adversarius deceptus asserit, sed potius inductive a
singularibus sufficienter enumeratis prout superius luce clarius extitit
declaratum, non est autem simile de assumpcione beate virginis, quia licet
non legatur expresse in biblia, tamen doctores persuadent et ecclesia
pie credit, non autem sic est de utraque specie, quia nec doctores persuadent
preceptum utriusque speciei, nec ecclesia credit, ymo oppositum tenent omnes
et ecclesia. Non est eciam simile de comestione [illegible], et de hiis que
sunt dispensacione divina facta et in patribus. Unde non est simile
Moyses non legitur comedisse ergo non comedit, et Moyses non legitur
assumptus fuisse cum corpore in celum ergo non est assumptus, quia
primum est sine quo natura subsistere non potest. Unde et naturam consequitur. Secundum
autem solum dependet ex divina voluntate, et ita potest dici de multis
aliis, quia in hiis que naturam excedunt, non audemus aliquid affirmare
assertive nisi tantum quantum nobis a deo revelatum vel per scripturas
sanctas vel aliter, sed bene multa possumus negare assertive, ut
si dicimus Christus non legitur bis natus temporaliter, non legitur bis bap-
tizatus, bis mortuus etc. ergo non est bis natus, bis baptizatus
non est bis sepultus etc., et per predicta patet responsio ad omnes scripturas
per ipsum inepte et incongrue allegatas. Item dicit quod ego in
una posicione mea pono quod ad intelligendum textum sacre
scripture, semper localiter respiciendus est ante et retro et ubicumque ubi
fit mencio de eadem materia, et omnis passus supplendus est et inter-
pretandus per alium, ut plena habeatur noticia et intelligencia scrip-
ture, quod tamen ego non observo, dum dico hic non fit mencio de vino ergo
nec alibi. Respondeo primo concedendo regulam meam et supplicando
tamquam veram modum intelligendi sacre scripture et quia per graciam dei
usus sum in tota posicione mea, quod comparatis omnibus locis sacre
scripture et bene pensatis et ponderatis, in quibus fit mencio de hoc
sacramento luce clarius michi, quod utraque species in communione laicali nullo
modo cadit sub precepto expresso, et licet false michi imponat quod faciam
talem quam, tamen dicendo de uno loco sacre scripture, hic non
fit mencio de precepto, ergo hic non est preceptum, quia bona est. Item
arguit sic ex hoc, quia non fit mencio hic vel alibi de vino, ideo
laici non debent sumere sub specie vini, ergo pari racione, nec eciam
sacerdotes debent conficere sub utraque specie. Item quod ex suppone

De isto ubi dicit ad intelligendum textum sacre scripture semper localiter respiciendus est ante et retro etc.

Paulo ante dictum est deprehenditur, quod sacerdotes tenentur sumere
sub utraque specie de lege divina, et absque extrema necessitate, quam ponit
Albertus, et per eandem deprehenditur quod non laici, nam comparatis
omnibus locis scripturarum, manifeste deprehenditur quod sacerdotes dum
sunt conficiendo hoc misterium sumere et specialiter tenentur, et similiter
specialiter laici licet, igitur ex uno passu scripture non posset argui
communio sacerdotum sub utraque specie magis quam laicorum, tamen in
aliis locis deprehenditur differentia sacerdotum et laicorum. ¶ Ulterius ad propositum — De pane Christi in castello Emaus et de quinque panibus in deserto
Christi, qui secundum intencionem multorum doctorum in Castello Emaus
dedit illis duobus discipulis sacramentum corporis. Similiter de quinque
panibus, quibus in deserto saciavit quinque milia hominum, dicitur quod sub
nomine panis intelligitur eciam potus, et legitur quod in ultimis
fine vite ipsorum legitur sumpsisse hoc sacramentum sub specie panis
nulla facta mencione de specie vini. Sed hec responsio superius
huic clarius ostensa est non valere, quia utrobique vero vel figura
tunc sit narracio de hoc sacramento vel aliud sub specie intelligitur
nisi species panis tantum, propter plenam et perfectam affectionem quam
continet in se unam scilicet carnem Christi et verum sanguinem et totum
et integrum Christum in quo tota vita refecte plene consistit
et integre. Consultum autem admiratur quod in aliquibus locis appo-
sicionem inferens ex dictis doctorum istam dictionem tantum vel solo
que sunt dictiones exclusive, specialiter cum dixi quod in Emaus
secundum multos doctores corpus sub speciebus panis solum tradidit
illis discipulis eo quod nullam fecit mencionem de vino. ¶ Et similiter
hystoria Hugonis de Sancto Victore, ubi narrata hystoria dixi
inferendo, certe quod manifesta et clara narracione refert hic doctor
sanctum Victorem debuisse sub una tantum specie communicari, sed
magis admirandum est, quod ipse ex proprietate verborum, et ex modo
loquendi doctorum non valeat percipere quod in dictis ipsorum dictio dictionis
exclusive implicite includitur. Sic enim et sepe doctores sancti
ex dictis Christi inferunt exclusivam dato quod non ponatur in dictis — Dictio quo infert unam exclusivam ex dicto perceptibile
Christi explicite, sicut dictum fuit superius de transfiguracione Christi, quod
assumpsit Jacobum Petrum et Johannem, ubi ewangelista non ponit
aliquam exclusivam, et tamen doctores dicunt quod solum illos tres
assumpsit. Similiter multa huiusmodi exempla possent adduci, ex
quibus arguens vere posset inferre dictionem exclusivam licet non
ponatur in antecedente, sicut si diceremus Tres sunt qui testimonium
dant in celo, pater verbum et spiritus sanctus ut dicit Joh. canonica in sua
Glosa: ergo tantum tres sunt qui testimonium dant in celo etc. Item de
quadam similiter, sicut supradictum est. ¶ Item cum dicebam
per exemplum latronis et aliorum martirum, quod hoc sacramentum
non erat necessarium, non solum sub duplici specie, sed nec
simpliciter videtur, quod non est necessarium necessitate absoluta, sed necessitate
condicionata. ¶ Et ulterius dicit quod eciam baptismus non esset sacramentum

necessitatis, et ultimus quod in ingressuris complentur omnia sacramenta. Dicendum quod privilegia singularium non sunt adducenda in legem communem. Secundum quod ego non induxi latronem illum confessum et ceteros martires ad probandum aliquid circa de hoc, sed tantum ad declarandum, quod simpliciter hoc sacramentum non est tante necessitatis, quod absque eo nullo modo possit haberi vita eterna, quia scio quod martirium supplet vicem non solum huius sacramenti sed etiam baptismi et omnium aliorum, nam martires in suo sanguine baptizantur. Augustinus dicit in auctoritate per ipsum allegata. Et sic quantum ad hoc non est difficultas magna. Item cum dicebam quod de nullo apostolo legitur nisi de Paulo quod communicavit sub utraque specie. Respondet quod verisimile quod omnes apostoli observaverunt doctrinam Christi communicando sub utraque specie licet non legatur, et ideo non sequitur: apostoli non leguntur baptizasse pueros quinque annorum, ergo non sunt baptizandi, sic non sequitur: apostoli non leguntur communicasse etc. ergo non sunt communicandi. Sed caveatur in hiis que sunt de necessitate salutis non oportet fingere, neque per verisimilitudines ambulare, sed id tenendum firmiter teneri, quod nobis divinitus revelatum est, vel per sacras litteras vel per dicta doctorum et ecclesie sancte dei, nec est simile de baptismo et de communione sub utraque specie, quia manifeste legimus quod Christus precepit apostolis ascendens in celum ut docerent et baptizarent omnes gentes, ut Mathei ultimo, non autem sic legitur precepisse communionem sub utraque specie, et ideo firmiter credendum est quod apostoli baptisaverunt propter preceptum, non autem communicaverunt sub utraque specie laicos, et quos non legitur eos propter fuisse vel eos fecisse. Si non autem apostoli baptizaverint pueros vel infantes, non legitur in scripturis sacris sanctis sed tamen statuto et ordinatione atque precepto ecclesie ut patuit per Augustinum. Item magnum festum facit de eo quod dixi quod solum Corinthiis narrat apostolus qualiter Christus sub duplici specie hoc sacramentum instituerat, apud quos solos erat huiusmodi consuetudo, credens me in contradictione deprehendisse, sicut et sepe credidit, sed sicut alibi sic et hic fallit eum sua credulitas. Dicit igitur quod ego dixi quod in primeva ecclesia in multis locis fiebat communio sub utraque specie.

Item dixi de Dionisio qui non fuit apud Corinthios, et similiter de sancto Donato et de beato Laurencio qui erant Rome, et hic dico quod huiusmodi communio erat apud solos Corinthios, et sic in istis verbis est contradictio manifesta. Sed dicendum quod verba sunt intelligenda secundum eum sensum secundum quem proferuntur. Cum enim ea que sunt sunt et in facto consistunt non possunt affirmari vel negari nisi prout narrantur, maxime in scripturis sanctis. Dicere consuetudinem aliquam fuisse affirmatur vel negatur secundum quod in scripturis sanctis legitur. Cum itaque ex scripturis sanctis vel etiam aliorum non legatur quod tempore quo littere Paulus scripsit Corinthiis, quod in aliquo alio loco fuit communio sub utraque specie, patet quod ex scripturis sacris apud solos Corinthios fuisse communionem probatur, sic concludi, non autem apud alios. Nam

Ad istud videtur adversarius dicit quod verisimile est quod omnes apostoli observaverunt doctrinam Christi communicando sub utraque specie

De isto quod apostolus solum narrat Corinthiis apud quos tale consuetudo fuit qualiter Christus sub duplici specie hoc sacramentum instituit

de Apostolis et de fidelibus Iherosolimis existentibus refertur Secundo dico quod
erant perseverantes in doctrina Apostolorum et communicatione et fractione panis
sancti / et ponit glosa nulla mencione facta de vino aut de 2a specie
Contra ad contradictoriam ut prius dictum est requiritur ultra ydemptitas
inter quas est simultas temporis Sed nunc respondeo dico quod apud solos Corin
thios erat consuetudo duplicis speciei intelligendo pro tempore quo Apostolus scri
bebat eis Dyonisius vero qui fuit Parisius et in Gallijs fuit post mortem
Apostolorum tempore Clementis Similiter multo post sanctus Donatus / et sanctus
Laurencius Stat ergo quod Corinthij eo tempore quo scripsit eis Apostolus
soli habuerunt communionem sub utraque specie / et postmodum dilatata fuit ad
diversas alias partes Et ita videtur patet ex ista contradiccione quod et apud
solos Corinthios fuit huiusmodi communio / et in multis locis in primitiva
ecclesia diversis temporibus Et per hoc eciam patet responsio ad id quod dicit
in contradiccione quedam sollempnis doctorum qui venit ad aures missus
per Bohemos Constanciensi Concilio / quia stat quod et apud solos
Corinthios fuit usus utriusque speciei / et ego assero / et postmodum
in multis alijs ecclesijs / ut prefatus doctor dicit / et ego similiter Ad
illud autem quod dicebam et indubitanter si fuisset Christi preceptum indiffe
renter quo ad omnes contrari sub utraque specie sanctus Paulus
expressius scripsisset de ipso tamen Corinthijs etc. Respondet quod licet
non scripsit omnibus / tamen quod uni ecclesie scripsit / intelligendum est
omnibus alijs convenire sicud et doctrina aliarum virtutum patet / quia
licet ad unam ecclesiam transmissa sit / tamen omnibus intelligitur
convenire / Dicit eciam quod licet Apostoli alij non scripserint de precepto
huius communionis / non tamen sequitur quod non sit preceptum Sicud non
sequitur Alij apostoli non scripserunt de usura ergo usura non est peccatum
Sed hec responsio nulla est Primo quia ego dico quod si fuisset pre
ceptum Christi / apostolus expressius et manifestius scripsisset de ipso et
ipsis Corinthijs et alijs / sed nec Corinthijs scripsit nec alijs expri
mendo quod esset preceptum Et cum in nullo loco scripturarum reperiatur
preceptum / indubitanter tenendum est / quod non sit preceptum Christi Alioquin
insufficiens esset scriptura sancta / quia non sufficienter expressisset ea
que sunt nobis necessaria ad salutem / nec est simile de usura
quia dato quod apostoli non scripserint / vel alij quicunque sequentes tamen
scriptura sancta in alijs locis declarat usuram esse peccatum Sed communionem
sub utraque specie esse preceptum a Christo nullibi in sacra scriptura reperitur
Ultimus contra illud quod dixi quod Apostolus in dicta epistola non precep
tive sed narrative loquitur instat ita dicens Apostolus dicit / ego accepi
a domino quod et tradidi vobis / et licet ipse narret / tamen dicta Apostoli
magis sunt Christi quam apostoli / ubi dirigitur populo communi sub utraque specie
cum dicit / hoc facite in meam commemoracionem hiis sub duplici
specie Ex quo sequitur quod bibere sacramentalis sit de precepto Christi
et Apostoli Sed dato quod essent eadem verba Christi et Apostoli Nichilominus
in ipsis verbis nullum includitur preceptum respectu duplicis

ad id quod adversarius impugnat quod dixi quod si fuisset preceptum Paulus expressisset de ipso Corinthijs et alijs

Contra dicta quod apostolus in ista epistola non loquitur preceptive sed narrative ad id pro quo instat contra hoc

spei, qz enim sicut narrative dicta verba patent cum dicit Aplus
Ego enim accepi a dno quod et tradidi vobis, quia dns Ihus in
qua nocte tradebatur etc. Simplex et pura narratio est. Sed
secundum, qz inferius a superiori aliquid accipere, pt duabus modis
contingit ad propositum spectat intelligi, uno modo per modum doctrine, sicut
discipulus accipit sciam et doctrinam a magistro. Alio modo per
modum precepti, sicut discipulus accipit sciam et doctrinam a magistro
suus accipit a dno suo mandatum aliquid faciendum. Primo modo
Aplus se hic accepisse a dno que hic narrat, videlicet per modum
doctrine. Non autem 2o. Non enim dns precepit Aplo se facere aut
sic Corinthijs tradere, accepit enim aplus doctrinam huius sacramenti
a dno per revelacionem sicut et ewangelium eius dicente ad Galat.
Notum vobis facio fratres evangelium quod evangelizatum est a me
quia non est secundum hominem, neqz enim ego ab homine accepi illud
neqz didici, sed per revelacionem Ihesu xpi. Recitavit sequens et dns
quod in ultima cena et in nocte qua tradebatur et que sequuntur
in quibus nullibi narrat aplus sibi revelatum fuisse qz dns p
ceptum hoc sacramentum deberi ministrari indifferenter omnibus sub utraqz
specie, nec etiam narrat sibi sic ministrari preceptum fuisse, et cum
ulterius eo modo quo ipse a dno acceperat huius sacramenti doctrinam
quando Corinthijs tradiderit, manifesto est nullo precepto Corinthios
fuisse astrictos neqz xpi neqz ecclie apli, ad sic ministrandum
indifferenter omnibus sub utraqz specie, quare et notanter usus est
simplicibus verbis, accepi et tradidi, non enim ait, ego accepi man
datum a dno, sed simpliciter accepi, nec ait precepi, sed tradidi.
Mirum enim esset qz Aplus per quem xpus loquebatur, necessisset
a preceptum [illegible] cum tanta vi, tam periculose et per improperia
et aliqua verba dedisset occasionem erroris. Secundum illud totum
quod de illa cena sacratissima, dicit hic Aplus, narrative refert
est sic illud quod dicit, hoc facite in meam commemoracionem huius secundum
aliquos, quod xpus dedit in cena aplis, quos et in sacerdotes ordi
navit. Item dicit qz predicta verba Apli non intelliguntur de con
secrantibus ipso apostolo Corinthiorum scribit, cui potestatem non dedit con
secrandi, dicendum qz licet posset dici qz aplus in hac parte narrat
modum quem xpus tenuit in ultima cena in instituendo hoc sa
cramentum ad finem, ut sacerdotes Corinthiorum eodem modo deberent
facere, et per consequens qz hic sermo apli solum ad sacerdotes dirigitur
et non communi aut laicali populo. Nam licet omnibus scribat in quo
in principali sacerdotibus, quod ostendit cum ait, cum omnibus qui
invocant nomen domini nostri Ihesu xpi in quo loco Aplus sacerdotes intel
ligit, unde Iohannis sanctificat in xpo Ihesu vocatis sanctis per
baptismum sanctificat cum omnibus qui invocant nomen dni Ihesu
xpi proprie sacerdotum est invocare dnm, quibus dicitur, sic benedicent
filijs Israel invocantes nomen meum super illos. Et psalmista ait

possit dici qz hic sermo apli ad solos sacerdotes dirigitur et non ad laycalem populum

primo sacerdotum invocare nomen dni

Et Samuel inter eos qui invocant nomen eius, quem sacerdotem fuisse
illi reges probant, quia et sacerdoti successit, et hostias offerebat, de quo
etiam secundum historiam dictum est: Suscitabo mihi sacerdotem fidelem,
qui tamen non fuit in genere Aaron, tamen de tribu Levi esse in Parali-
pomenon legitur, quia deus ipse tunc ita statuit, et illud ita eum Aaron elegit
ut alios postea eligendi potestatem non amiserit. Unde et super illud, quod
adiungit apostolus: in omni loco ipsorum et nostro, inquit Haymo: In hoc
annotatione in omni loco ipsorum et nostro, quod sacerdotes et suo et
apostolorum loco funguntur. Ex quo intentione Haymonis manifeste patet
quod apostolus principaliter scripsit hanc epistolam sacerdotibus. Et ideo posset
omnino vere dici quod predicta doctrina apostoli de communione ad sacerdotes
dirigitur, et ad eos solos pertinet, et non ad laicos, licet eius titulus
epistole et salutatio ad omnes in communi dirigatur, sed secundum diversos status
gradus et ordines singula singulis distribuuntur, qui modus utique
est proprius sacre scripture, et precipue Pauli apostoli, qui uno eodemque
contextu simul modo bonos, modo malos, modo hos modo illos docet
instruit corrigit et castigat, ut patet omnibus cunctis factus et sapien-
tibus ac insipientibus debitor, et precipue ex quo eos principaliter
designat, ut patet per Haymonem, et ipsorum quibus dictum est: Hoc facite
in meam commemorationem, specialiter describit [illegible] quod utique multis
posset exemplis demonstrari, si tempus pateretur. Exceptio: ut non
stat vis in hac parte predicta verba dirigantur ad solos sacerdotes
pure ad omnes communiter. Dicendum quod apostolus in dictis verbis nihil
precipit, sed narrat tantum. Ad illud igitur quod dicit, et quod apostolus
intelligat sic [illegible] quod ipse apostolus precipiant utramque speciem
patet per subsequentia, cum dicitur: Hoc facite quotienscumque biberitis quod hoc verba quod facite quotienscumque vel sic preceptiva et quod sic narratoria
in meam commemorationem. Dicendum quod predicta verba Christi in cena prolata
3 fuerunt verba precepti quibus apostolos, quos in sacerdotes ordinaverat
precipiebat ut sic facerent in sui commemorationem. Preterea verba predicta
verba sunt apostoli referentis, non sunt dicta preceptive, sed tantummodo
narrative, quemadmodum, quemadmodum si apostolus solis mulieribus insti-
tutionem domini cene narrasset, non tamen ex hoc precipiebat eisdem
ut ipse mulieres consecrarent, aut sic facerent, sicut et Christus fecit si-
cut eis narravit. Idem apostolus: Ego enim accepi a domino quod dominus noster Ihesus
Christus in die pasche apparens discipulis in domo dixit eis: Pax vobis
sicut me misit meus pater [illegible], patet quod per hanc narrationem apostolus non tradidit
dictis mulieribus claves ligandi et solvendi et huiusmodi. Licet igitur apostolus
recitat predictam institutionem cene tunc apostolis Corinthiorum, nihil tamen
eis in dicta narratione precipit aut mandat. Dicendum [illegible] ad glosam quod
refertur ad predicta verba prout fuerunt a Christo prolata in cena, non ad glosam
autem prout recitantur hic ab apostolo, quod patet tum dicat: Hoc dixit fa-
cite scilicet corpus meum, accipite manducate in memoriam passionis mortis
mee, tamen eius apostolus vult quod corpus suum accipiat et manducetur
in memoriam vel clarum est autem quod Christus precipit apostolis non solum
consecrare sed etiam sumere sumere et manducare, et ipsum [illegible]

ad Nicolaum de lyra

sacramenti quo ad sacerdotes Et ad Nicolaum de lyra dicimus quod non dicit paulus
hic precipit vel dirigit usum huius sacramenti, sed dicit hic precipitur vel diri
gitur secundum verbis ipsius que secundum paulus recitat narrative, quod utique ut ex
superioribus patet per illa verba, hoc facite ipse apostolos in sacerdotes ordi
nauit, et eis precipit ut faciant in commemorationem suam, deinde non dicit
Nicolaus, hic precipitur siue dirigitur usus quo ad laicos vel usus
utriusque speciei Sed tantum hic precipitur usus huius sacramenti supple in ecclesia
per manus sacerdotum Aliud aut illud preceptum hoc facite debuerit
teneri vel commemorationem dominice passionis, dico quod sacerdotibus precipit

quid debeat hic preceptum hoc facite / an teneri in commemoratione

uti tam communionem quam eius commemorationem secundum quem sanctum doctorum laicis
non et non consentientibus secundum doctores aliquibus precipit communionem et scripturam
tantummodo, non aut commemorationem dominicam ad expressiorem significationem, que sit
sub propriis speciebus, an aut sit preceptum ipsius cuilibet fideli accedere ad do
minicam mensam sine cenam i ad sumptionem huius sacramenti, alias dictum est
quod sit opinio multorum doctorum quibusdam dictis quod sic, quibusdam quod non
et ad nulla volui temerarie declinare Sed sive sit de precepto sive non
sicut tunc me abstuli, et ita et nunc me offero ad redundandum ad quamlibet
viam quod adversarii non habent intentionem de practica utriusque speciei sub pre
cepto Vlterius adducit quod doctrina utriusque speciei sit de precepto illud
quod apostolus dicit in eodem capitulo ante premissa verba Ego enim accepi et hoc
aut precipio non laudans et dicendum quod verbum precipio, et precipiendo non laudans
non referuntur ad idem, sed precipio refertur ad precedentia videlicet ad ve
landa capita mulierum Unde glosa hoc aut precipio observari, quod dictum
est de velandis capitibus, non laudans non ad id quod sequitur de quo non
in melius sed in deterius conuenitis etc, vel secundum eos precipio similiter, et non
laudans ad sequentia immediate referatur, non tamen detinabit utriusque
speciei ut adversarius fidei intendit sed id quod glosa per enim adducit
declinat videlicet quod non in melius ut decet sed in deterius, ubi glosa
nulla facit mentionem de utriusque speciei Consequenter adducit ea
que in dicta epistola prima ad Corinthios 14o Si quis propheta videtur esse
aut spiritualis cognoscat que scribo vobis quia domini sunt mandata
Et ita secundum illa scribit que apostolus in dicta epistola sunt domini mandata
sequitur quod dicta utriusque speciei sit domini mandatum Sed dicendum quod non
omnia, neque medietas eorum que scribit apostolus in dicta epistola sunt man
data et precepta ipsius obligantia sub pena dampnationis omnes fideles
et quelibet Sed quedam sunt consilia, quedam exhortatoria, quedam
mandata quedam documenta, quedam eciam narrative posita et multis
aliis modis Unde ex hoc non sequitur quod propter illa verba, illa narratio
cene dominice ponatur ab apostolo preceptive sive obligatorie sed tantummodo
recitatorie et durat illa narratio usque ad versum Quotienscumque enim
exclusive, Et ibi incipit declarare quomodo dicat hec commemoratio domini
mortis perducitur, quia usque donec veniat, deinde concludat periculum eius
qui indigne sumit, et tandem dat doctrinam qualiter homo debet se preparare

de isto vero probet quod posita preceptive

ad digne sumendum Et dat ibi preceptum dicens, probet aut seipsum homo
et sic de pane illo edat et de calice bibat Concedo igitur secundum aliquos
doctores secundum Augustinum et secundum sanctum Thomam et alios quod ibi probet ponit

preceptive, sed non cadit preceptum super utramque speciem, sed solum super probationem
et discussionem conscientie, unde quilibet accedens ad sumpcionem huius sacramenti
debet probare i. examinare conscientiam suam, quod primum et quod innocens ad
tantum sacramentum sive ad sacrificandum sive ad sumendum, et sive sub una
specie sive sub duabus accedat, Ergo apostolus ait, Probet autem seipsum
homo. Hoc utique accedenti ad hoc sacramentum necesse est, non necessitate absoluta
sed ex suppositione et conditionaliter, sicud volenti transire mare, navis
est necessaria, cum tamen transitus non sit necessarius, Unde licet necesse sit
probare sumenti hoc sacramentum, non tamen ipsum sumere sub utraque specie
est necessarium propter. Qualiter autem debet fieri hec probacio, sicut Thomas
exponit in quodam loco sic dicens, probet autem seipsum homo i. quilibet
accedens ad hoc sacramentum, probet i. separet et examinet, et emundet
seipsum i. conscienciam suam, separet per cordis veram contricionem, oris puram
confessionem, et de licet operis satisfactionem Examinet an habeat sinceritatem
in corde, veritatem in ore, perfectam quod satisfactionem in operatione, purget seu
emundet ab inani gloria intellectum, a vana cupiditate affectum et sensum
a rebellione per inobedienciam infectum, et sic iste non probatus, de pane
illo edat quod qui secundum consuetudinem ecclesie sub una specie debet
recipere. Si autem sit sacerdos hoc modo probatus, de pane illo edat
similiter de calice bibat. Item autem secundum Thomam qua adducit de
necessitate huius sacramenti. Concedo quod dictus doctor fuit opinionis
quod sacramentum sit de precepto Christi equaliter ad omnes adultos non tamen
sub utraque specie ut in scriptis suis tam super .4. quam in 2o et in 3o parte
et similiter multi alii doctores scripserunt ita. Quod autem adversarius dicit
quod opposita senserit sic non semper falso mentitur sicud et prius, ut clare
patet ex positione mea dicta. Item ad Bertrandum Cardinalem dicit quod ad Bertrand
ipse exponit epistolam Pauli scilicet quod ipse scribebat Corinthiis et quia ut
dictum est ipsi communicabant sub utraque specie. Iste dictus expositor
exponit scilicet quod debet non tamen dictus doctor dicit, quod dicta duplicem sensum
vel Christus precepit vel apostolus in eodem loco laicis vel omnibus non
exactum continuerunt. Item ad dictum sancti Thome quod dicit quod licet in ad sanctum thomam
hostia sit sanguis per concomitanciam, tamen non sumitur ut ipsum potus quod sanguis in hos-
Dico quod licet non sumatur ut ipsum potus et sub specie potabili, nichilominus tia sub specie panis
sub specie panis vere sumitur sanguis Christi et vere bibitur, scilicet quod aliter dictum bibitur
fuit post doctores aliquos licet non in proprio signo. Non enim Christus
dicit Caro mea sub specie panis vere est cibus, et sanguis meus
sub specie vini vere est potus, Sed simpliciter ait. Caro mea vere
est cibus et sanguis meus vere est potus Unde quocumque via caro
Christi et similiter et verus sanguis ipsius sumitur verus cibus et verus
potus sumitur. Item dum allegabant Thomam Anglicum dicentem ad thomam angli-
Quod quia Corinthii erant assueti libere sanguinem in sacrificiis communi- cum quod Corin-
Ideo permissum fuit eis hoc sacramentum sumere sub specie vini sanguinem thiis permissum calicem
vitantes, et e contrario Iudei qui non habebant in usu sanguinem sumendi et non iudeis eo-
quoque non. Verisimile est quod ecclesia a principio non sumebant, licet in rum pro specie sanguinis
sacrificio vel alibi, negat tamen dictum in se et auctorem dubius, quod
ipse fuit modernus et noviter mortuus, et fuit adversarius

cerimonias utriusque speciei. Ideo de eo non est curandum. Et tamen post
modum allegavit eum et recitavit dicta sua licet non ad propositum per-
longum spatium, et sic facit fere de omnibus doctoribus, quia omnes
aliquando pro sua parte et omnes negat. Acceptat eos in locis ubi videntur facere
et contra eum. Insuper negat eos ubi expresse faciunt pro ecclesia,
nam eos, ut ipsos capiat in sermone, ubi non ex intentione loquuntur et de
casu vel ad aliam intentionem loquuntur. Sed ex predicti doctores
dictum apparentiam habeat sic declaratum. Sic enim Paulus apostolus propter
sublatam circumcisionem circumcidit Thymotheum patre gentili natum
et lysias erant, ut Actuum xvj° etc. Et insuper Jherosolimis voluit
observare ipsemet Paulus cerimonias iam sublatas, quia ascendit
in templum ad se purificandum more iudeorum, ut patet Actuum xxj°. Utrumque
verisimile est quod propter scandalum vitandum gentilium grecorum permissum
fuit, ut consueto more parentum
agerent et iudeis ecclesiastico fine sequeretur, scilicet sub solitudine sagulus quod
primo libro hystorie tripartite. Item ut refert Cassiodorus
Philo pitagoricus suis temporibus refert
undique egregios hebreorum circa scripturam quoddam in partibus philoso-
phantes, scribit etiam inchoantes eos ad phylosophie
libus rebus, circumque abundantiam possessionibus domus eis esse sacraria
quae apud nos monasteria vocantur, diligentes psalmis et ympnis
placare divinitatem, ante solis occasum aliquibus aliis in triduo gustan-
tes panem, vino semper et sagwine abstinentes. Et subdit Cassiodorus et
Philo quod hac modo refert videtur apperire quod hii qui ex hebreis
secundum eum christiani facti sunt adhuc iudaice vivunt, eorumque constituta
consuarunt apud alios non inveniuntur huius vite propositum. Hec ibi. Et
quibus per consimiliter concludi quod etiam abstineant a talibus etc. Sed quid
ad hoc medicinam est curandum, quod modicum vis est hic. Ultimo
procedit ad solvendum auctoritates sanctorum. Et primo negat quod in Con-
cilio Constantinopolitano citra sequestret preter, quod ut dicit Katholicon
citra est propositio localis et quoque temporalis, ut cum dicimus citra pietatem
vel citra diem dudum. Sed contra si dicta propositio stet ibi localiter
aut temporaliter, illud decretum nullam sententiam habebit, nec potest intelligi
quid intendat et legat decretum, propterea citra non determinat a-
liquod dictum denotantem locum vel tempus sed determinat hunc actum
scilicet sanguinem, ergo ex quo ipsum ponat vim suam et suam significationem
est consequentes, quia sepe sacri canones et etiam leges humane transsumunt
verba et utuntur vocabulis sic quod in usu communi habentur. Cum igitur
unde ex hijs necessario oportebit dicere, quod hic citra accipitur pro preter vel
quando usus habeat loquendi quod citra sepe pro preter accipiatur, dicendo
communiter dicere Ego dico tibi hoc vel illud citra tamen iniuriam, i. preter
iniuriam, ergo quod eodem modo in dicto Canone accipiatur. Si aliquando proterve
debeat hic poenam, Et ut videantur predicta duci ad beneplacitum
ex pluribus locis, saltem duo ex legibus adducam exempla, quorum
primum est Digestis de calumpniatoribus lege finali, ubi ita dicitur
de hiis qui accusantur si postuletur animo habetur, quo absoluto in
duplum penam accusator sua dampnatur, sed et citra pretij estimatorem
quantum de calumpnia eius etc. Ubi supra verbo citra dicit glosa

i. preter. Item c. de transactionibus i. transigi. Ita licitum transigere
vel pacisci de crimine capitali excepto adulterio non prohibitum est, in aliis
autem publicis criminibus, que sanguinis penam non ingerunt, transigere non
licet citra falsi accusacionem, ubi glossa citra i. preter. Ex quibus omnibus
patet ipsum male negasse exposicionem citra per preter. Item ad Conci- de Concilio Toletano
lium duodecimum Toletanum respondet quod non est verum, quod ibi dare
est solum sub specie panis. Et ad illud quod dicitur: scilicet quod preter dandi calicis
haustum traditum sibi non possent eukaristiam deglutire, dicit quod hic
preter accipitur pro ante, ut sit sensus scilicet quod preter id ante dandi calicis
haustum, exactabant? eum infirmi sub duplici specie, et ante hostiam
divine sacramentum sumebant. Patet igitur contingere, quod infirmis
sicco siccitatis pondere tanto gravaretur, quod non posset eam deglutire
ante haustum dominici calicis, sed quia eam iniciebat. Sed contra
hanc evasionem facit sua solucio precedens in qua repugnat et
negat posse accipi citra pro preter, et nunc per contrarium resolvit, preter
in ante, quod est multo distancior resolucio quam prima, nam citra et preter
conveniunt va[riat] quod preter est dictio exclusiva, non ante ante [tat], in significacione
quia utraque significat exclusionem, sed preter et ante nullo modo in signi-
ficacione conveniunt, quia preter est dictio exclusiva non autem ante, quomodo
evasio nichil valet, cum sit distancius textum per opposicionem contrarium. Pre-
terea si tunc dabatur communio calicis infirmis, quale inconveniens
fuisset quod post acceptam eukaristiam saltem in ore tali casu siccitatis
occurrente non dabatur calix ut simul hostia cum liquido facilius
posset deglutiri. Et quod narravit de periculo, quod preter accidit
de hostia quam quidam infirmus frustratus? sicut et expuit valde do-
lendum, quod ad tantam irreverenciam tam sacratissimum sacramentum exponatur
ut eciam detur frustratus? et non utentibus racione cum periculo evectionis
et expuicionis atque vomitus, et valde timendum est ne ex hinc tam
generali sumpcione communionis sub utraque specie adhuc horribili-
ora scandala accidant, quod id quod narratum est, videat ipse dominus
cuius res agitur et iudicet secundum iusticiam suam. Preterea clarum
est, quod eciam eo modo nomine eukaristie accipitur in Canone primi Con-
cilii Toletani. Sed manifestum est quod in hoc Canone nomine euka-
ristie potest designari ipsa hostia sicut eciam scilicet quod preter dandi calicis
haustum traditum sibi non possent eukaristiam deglutire. Cum ergo in
primo Canone sola eukaristia ponitur danda infirmis, et nulla
mencio fit de sumpcione sanguinis sub specie vini, patet absque dubio
quod tunc fiebat communio ad infirmos sub sola specie panis. ¶ Preterea
cum tot vicibus plura sint exceptacione? preter contingere periculam? in sumpcione
secunde speciei, quod in sumpcione prime, mirum valde esset quod sancti
Patres non ammisissent periculis declinando et obviando eisdem. ¶ Ad
illud autem quod dicit me truncasse hunc canonem nec ex integro
posuisse sive recitasse, de qua truncacione non solum me arguit
hic, sed in aliis locis et auctoribus. ¶ Dicendum quod satis mirandum
de sua impudencia, quod id in me voluit arguere, quod ipse in sua po-
sicione in locis pluribus fecit, alicubi principium, alicubi medium, a-
licubi finem retruncando auctoritatem, et non dimittendo, quod spectat ad

ad propositum faciebat et circa quod, prout in responsione ad suas
auctores satis apte declarari, non dicendo in ipsum, quod ita de sancti
sed supplendo ubi opus erat supplere, sicud patuit in auctoribus
Alberti. Ubi dimisit principium vel extra auctoribus Remigii, sancti
Thome et multorum aliorum, nec tamen conquestus sum racionabiliter
quia quibus conferunt capita dicta doctorum, illa tamen que ad suum vel
faciunt vel videntur facere propositum. Aliquid quociescumque opus esset
allegare vnam auctoritatem biblie aut alicuius doctoris, oporteret quod in
textu totum librum vel saltem integrum capitulum inserere, quod tamen stultum
esset et nimis dispendiosum, quia igitur partem putavi allegatam canonis
allegatam sufficere pro intentione mea, propter brevitatem volui dimittere partem
aliam quia nimis erat longum capitulum, non autem propter hoc quasi aliquid
in residua parte remaneret, vel esset aliquid mee parti intentionis
contrarium, immo magis consonum et conforme. Unde ita sequitur aliud
continuans ad predicta verba: Sed quod propter diversi calicis haustum tradita
sibi non possunt eucaristiam deglutire, non ergo tamen a corpore ecclesie separandi
sunt, quia talia non infidelitate sed necessitate fecerunt, propterea in his de quibus
nichil fidei sinistri sentitur, placuit diffinire quod nec fidelis afferat
nec infideli multa consistat. Censetur ergo fidelis inevitabili qualibet
infirmitate coactus eucaristiam reiecerit in nullo ecclesiastico dampnacioni
tamen subiaceat. Similiter nec illos censura prudencius ecclesiastica re-
dargüet, quia talia aut tempore infancie faciunt, aut in qualibet
mentis alienacione positi, quod fecerunt ignorare videntur. Nam vero qui
aut de fidelium unius corporis domini absque inevitabili
infirmitate proiecerit, si fidelis est perpetua communione privetur. De infidelibus et
verbis suis sub dampnacione et perpetuo exilio religetur, quod si horum cuiuslibet
sinodi excessus digna penitencie satisfactione defleverit, post quinque
annos licebit illud communioni pristine reformari. Et hic est finis huius
canonis, in qua parte declarat canon manifeste, quod per eucaristiam
intelligatur, quia corpus domini supius eum distinguat eucaristiam ca-
licis, et hic opponit eucaristiam corpus domini. Ex quibus patet quod
semper vino fortassis raro aut numquam parte eucaristie nomine aut cor-
pore domini intelligitur nisi hoc sacramentum sub prima specie. Sed autem
quia fit mencio de quinione infantium et eorum qui sunt in alienacione
mentis dicto posui quod salva pace non est sit, quia pertinet non erat
intencionis mee neque propositi tractare materiam communionis predictorum
de qua tamen aliquid dicetur in sequentibus, ex quo eciam adiudicemus
introductorum. Item ad canones conciliorum Remensis et Wormatiensis
qui habentur de consecratione di. ii respondet quod non sequitur, non fit mencio
de specie vini nisi de corpore domini sicud est in canone pervenit et de
specie. Sed hec evasio ex predicti canonis duodecimi conalis
Toletani manifeste succinditur, ubi et in quo manifeste declaratur
eucaristie nomen pro sola prima specie accipi, et sic corpus domini
et si in illo canone, ergo pari racione et hic et alibi nomine eucaristie
et nomine corporis intelligitur hoc sacramentum tantummodo sub prima
specie, et patet per glosam, quod in cap. preallegato quod nomen eucaristie

De Canonibus Conciliorum Remensis et Gwarmacien

solum hostia designatur Nam dicit sapiens ne precipit fuam, quod
opus esset nimia cautela in eo fundendo et addit Archidiaconus
adde preterea nec est opus, quia ubi est corpus et ibi est et sanguis Et
in glosa super capitulo Repertum eadem dicit super illo aut integra sumatur
et hoc intelligo de consuetudine, nam infirmus vel sanus in necessitate
sine vino corpus sumere potest Sed hanc glosam quam universalis ecclesia
recipit et approbat, et sua universali consuetudine confirmat negat
et reprobat et dicit esse falsam, sicut et omnes alios doctores catho-
licos qui ex intentione hanc materiam determinant, Mattheus secundum
fantasiam unius magistri in artibus cum iudicio universalis ecclesie
catholice Iam per tot centena annorum approbatum, Videat ipse quomodo
se opponat periculo, et bene considerat conscientie sue et aliorum qui
sibi credunt Considerare debet et ad secundum deflecte hic adduximus etiam
illud, quod Gregorius scribit cuidam domicelle libro vii° Registri Epistola
33° Ita scribens Considerare debuisti gloriosa filia quanta multitudo
fidelium in matris ecclesie sinu consistat, quantisque virtutibus sacerdotes
qui in ista fide defuncti sunt coruscaverunt, vel quanta ad corpora
sua miracula faciant atque illos illos non dubitare sed plus
tantis viris ac sacerdotibus quam tibi credere debuisti hec ille Potius
igitur debet ecclesie credere quam scribenti vel illi magistrunculo in artibus
de cuius figmentis ac liramentis latius dicetur in subsequentibus
Item ad capitula facientia mentionem de communione laica in quibus
dicebam per communionem laicam debere intelligi comunionem sub una
specie, et dicebam hanc esse intentionem omnium doctorum Iuristarum
quibus credendum est utpote expertis et peritis in arte sua Respondet
primo per quandam distinctionem positam in libro quodam qui dicitur
digitus decreti dicens quod communicacio laica multipliciter accipitur, aliquando
pro cessacione ab officio, aliquando accipitur eukaristie sicut laicus
Aliquando accipitur eukaristie tantum ter in anno, aliquando accipitur panis
benedicti qui datur post missam omnibus Et ex hac distinctione
concludit, quod non est verum quod in predictis capitulis per communionem laicam
intelligatur communio unius speciei, et propter hoc infert quod male dico quod
omnes doctores Iuristarum ita intelligant Sed quod predicta distinctio
modicum valeret ipsemet declarat Cum enim adduxi predicta capitula
communionem sacramentalem sufficit sub una specie quod sic patet Nam
quod per communionem laicam intelligatur sumptio sacramentalis huius sacramenti
patet per Archidiaconum dicit. lv.ta. Cum ad lo … cas se ercuita super illo tantum
laica communione sibi concessa ubi dicit, ut non offerat ut sacerdos sed
ab alio suscipiat ut laicus Preterea quod duo canones ex Cardinensi Con-
cilio adducti sub nomine Concilii in quibus habetur ut nec laicam communionem
talis accipiat, intelliguntur de sumptione sacramentali patet
sic per laicam sumptionem debent intelligi communicatio cum laicis in
futurum non habenda illa glosa dicit in primo capitulo nimis crudelis
esset quod ex ipsorum translatione de se factam careret de necessitate communi
communicatione laicali, quod utique nullo modo est intelligendum, immo potius
talis esset omni honore privandus et a communi sacerdotum potius

quod laicorum separandus, similiter in textu glosa predicta impertinens est ad
propositum, et contra intencionem textus, qui habet ita, ut nec laica
in fine communionem accipiat. In fine enim intelligitur in extremis, que
quasi dimidia sibi prodest, vinum et superflua et ductilis atque
sacramentalis quod aut in hac questione sacramentali laicali debeat intel
ligi corpus christi sub prima specie, patet per doctores. Innocencius
allegatus. Abbas enim super textu communi de celebratione et clericis prestat exponit
laicam communionem id est corpus christi. Innocencius id est viaticum. Hostiensis
exponit id est panem benedictum vel corpus christi. Et idem dicit Io.
Andree in novella. Ostensum est enim supra ex Canone duo
decimi Concilii Toletani et ex capitulis plurium et precium, quod nomine
corpus domini et nomine eukaristie intelligatur corpus christi sub prima
specie, si igitur sequitur alia species, utique tamen predicta capitula precipiunt
et plurimi quod dicti doctores exponentes communionem laicam pro corpus domini
insufficienter locuti fuissent, non addentes utique declarantes in aliquo loco
sub secunda specie, et tamen necnon est defendendum negativa utique pro robore
pre eius questionis debuisse adducere in exemplo doctorem aliquem
qui exponeret, et per communionem laicam prout sumitur pro sacra
mentali sumpcione, intelligitur sacramentum utrumque scilicet sub speciebus
panis et vini, quod non fecit nec credo faciet. Quod aut sub nomine
eukaristie non idem intelligatur utraque species declaratum est supra
in Canone duodecimi Concilii Toletani. Item ad Canonem Ubi
reliquie corporis domini nulla mentio facta de reliquiis sanguinis eius
sub specie vini. Respondet quod non valet argumentum arguendo negative
Similiter respondet ad synodum Romanam. Sed ista evasio nulla
est, quia argumentum valet tamen racione sufficiencie, quod esset animata
scandalis, que in usu huius sacramenti poterant accurrere providere utique
insufficienter providissent, providendo custodie vini speciei etiam altius
Patet etiam a maiori, quia si sancti patres voluissent dimittere
et conservare post sacrificium oblatam sacre sanguinem sub specie vini, tanto
magis debebant et tenebantur maiorem cautelam adhibere in custodia eius
quam in custodia fragmentorum corporis domini sub specie panis. Et per hoc
necnon ex parte temporis etc. quod tamen non dicit quanta diligencia
et cautela sit in altari divinum sacrificium peragendum ex parte divino ministerio
qualiter reliquie sint custodiende inter quas reliquias si fuisset
sanguis christi, utique qualis diligencia circa ipsum esset adhibenda
fuisset expressum, non quid. Finaliter mencionem fecit Concilii
Constanciensis cuius declarationis tenorem non interserui propter
sue causa brevitatis, et etiam propter quod bona pars Michaelis replicans
contra dictum Concilium Constanciensem multa dixit et primo, quod
dicto Concilio Constanciensi hunc Constanciensi testimonium sic practice
quia ut dicit, dictum Concilium prohibet quod populus inscilicet sacramentu.

De Concilio Constanciensi

in cena sub utraque specie et ita etiam practicavit primitiva ecclesia, unde
non fuit ausum dictum concilium aut sedes Romana dicere, quod communio sub
utraque specie sit mala et peccatum, immo potius eam esse credidit licitam
et non erroneam. Deinde dicit quod concilium predictum magis declinavit
ad consuetudinem in predicta communione quam ad divinam institutionem
sub utraque specie. Dicit etiam quod dicta synodus in condempnacione
facta in eadem malis et falsis informacionibus fuit decepta, quia
in iudicialibus racione allegacionum falsarum et falsorum testium potuit
decipi, et utique plus peccaverunt falsi testes quam ipsa synodus iudicans
secundum allegata. Dicit etiam quod dicta synodus non se habuit erga
eos nec processit sicut mater erga filios, sed non vocatos, non citatos condempnavit eos et scomunicavit contra eos, immo ut inquit etiam in
proposito eundi ad dictum concilium ad explicandum raciones nostras, motiva
et allegaciones atque motiva, sed audita scelera sua contra nos divul-
gata, destitimus et dimisimus venire, et sic remansimus. Et exinde atque
exinde consecuta sunt multa mala, occasiones, bella et multa
alia de quibus omnibus deus iudicabit. Et concludit quod predicti
non ego audeo adducere auctoritatem dicti concilii Constanciensis, quia adhuc
non credo illud processisse bene. Hec in sententia recollecta. Postea
que dicuntur circa Constanciense concilium, quod quia credo firmiter et
nullatenus dubito ipsum sacrum Constanciense concilium fuisse in spiritu
sancto legittime congregatum, ipsumque representasse ecclesiam catholicam, que
in diffiniendis, statuendis et ordinandis in hiis precipue que fidei sunt
et necessitatis ad salutem nullo modo errare potest, et per consequens dictum
concilium ipsam ecclesiam representans errare non potuit in diffinicionibus
et declaracionibus fidei, ideo circa eorum defensionem prout teneor ex fide
aliqualiter hic immorabor. Et eciam ut verbis utar magni Fulgencii
non ambigo apud eos qui sane que proposita conscripta sunt,
pene idem esse fidem nolle asserere quam negare, et ille vero eadem
silencio firmat errorem qui tacite seu tempore possessus, silencio
non asserit veritatem divinam, quod qui non firmaverit evacuat, et eandem
et divinam contemptum qui non refutaverit accumulat. Hec ille. Et primo
sum in dicto adversario quod predictum sacrum concilium Constanciense non dam-
pnavit communionem sub utraque specie, nec negavit quin Christus in sua
cena sacratissima hoc sacramentum sub duplici specie confecerit, sub duplici
specie ipsum discipulis tradiderit. Immo etiam dicta communio sub utraque
specie in primitiva ecclesia practicata fuit in aliquibus locis, immo ipsa
synodus hec omnia confitetur et fatetur in suo decreto ita dicens: Hinc
est quod hoc presens sacrum Constanciense generale concilium in spiritu sancto decretum concilii Constanciensis
legittime congregatum adversus hunc errorem saluti fidelium providere satagens,
matura plurium doctorum tam divini quam humani iuris deliberacione
prehabita declarat, decernit et diffinit, quod licet Christus post cenam instituerit Nota
et suis apostolis ministraverit sub utraque specie panis et vini hoc vene-
rabile sacramentum, tamen hoc non obstante, sacrorum canonum auctoritas
laudabilis et approbata consuetudo ecclesie servavit et servat, quod huiusmodi
sacramentum non debet confici post cenam, neque a fidelibus re-
cipi non ieiunis, nisi in casu infirmitatis aut alterius necessitatis

a[...]nni vel ab ecclesia concessa vel admissa, et sicud hec consuetudo ad vitandum aliqua pericula et scandala racionabiliter est introducta, sit licet in primitiva ecclesia huiusmodi sacramentum reciperetur a fidelibus sub utraque specie, tamen postea a conficientibus sub utraque specie, et a laicis tantummodo sub specie panis suscipiatur, cum firmissime credendum sit et nullatenus dubitandum integrum Christi corpus et sanguinem tam sub specie panis quam sub specie vini veraciter contineri. Unde cum huiusmodi consuetudo ab ecclesia et sanctis patribus racionabiliter introducta et diutissime observata sit, habenda est pro lege quam non licet reprobare, aut sine ecclesie auctoritate pro libito mutare. Hec dicta sunt sinodi. Voluit predicta sancta sinodus magis declinare ad consuetudinem laudabilem, quam ad imitandam consuetudinem primitive ecclesie in certis locis. Non ex hoc quod Christi institutionem arguerit, reprehenderit aut practicam primitive ecclesie dampnaverit, sed quia hec consuetudo racionabiliter ab ecclesia et sanctis patribus introducta sit et diutissime observata. Sicud enim non sit contra institucionem Christi aut in reprehensionem eiusdem quod a communicantibus hoc sacramentum sumatur a fidelibus primo ob reverenciam et dicti sacramenti, sic non sit contra institucionem aut in reprehensionem Christi et primitive ecclesie, sed propter vitare pericula effusionis et aliorum que alias explicata sunt. Non ergo dicta sinodus condempnavit communionem sub utraque specie aut institucionem Christi sive practicam primitive ecclesie, sed condempnavit pertinaciam et sectam quorumdam contra universalem consuetudinem racionabiliter approbatam in ecclesia Christi inducere nitebantur, dicentes communionem [illegible] esse sacrilegam et illicitam et quod esset de necessitate salutis et de precepto Christi communicare sub utraque, quia nichil potest esse sacrilegum aut illicitum nisi quod contrariatur divinis preceptis implicite vel explicite, sive directe vel indirecte, vel per se vel per reductionem, quod condempnavit dicta sancta sinodus. Unde hec est per hec verba: Item asserere hanc consuetudinem aut legem observare sit sacrilegium aut illicitum censeri debet erroneum, et pertinaciter asserentes oppositum premissorum tamquam heretici arcendi sunt et graviter puniendi per diocesanos locorum seu officiales eorum aut inquisitores heretice pravitatis in regnis seu provinciis in quibus contra hoc decretum aliquid forsan fuerit attemptatum aut presumptum contra canonicas et legitimas sanctiones in favorem catholice fidei contra hereticos et eorum fautores salubriter adinventas. Hec ille.

Utrum igitur in hac condempnacione dicta sancta sinodus sit declaracio fidei iuxta fidem meam quam teneo, et in qua tamquam in racionabilibus eventibus errare non potuit. Declaravit enim id non esse preceptum, et per consequens neque sacrilegum aut illicitum, quod secundum institucionem Christi non erat tale. Et per consequens in contrarium asserentes predicta declaracione iuste et legittime simul tenet, dato quod nullus unquam testis affuisset, quia predicta sua facta declaracione fidei lata fuit, non contra aliquam particularem aut personam sive privatam aut certas personas aliquas nominaliter expressas, sed tenet generaliter contra omnes oppositum premissorum facientes et docentes, sicud et hodie hec sancta sinodus Basiliensis posset declarare aliquem articulum qui ad fidem pertinet, et ferre et promulgare penas contra omnes oppositum

Hec dicto concilii

pertinaciter tenentes docentes sive dogmatisantes, nullo accusatore, nullo etiam teste deficiente aut actore sive reo existente. Non igitur ex tenore dicti decreti apparet, quod dicta sancta sinodus impie et male processerit in dicta declaratione fidei et promulgatione sua, prout sibi magister Johannes imponit, etiam quia nichil in toto eius illo decreto aut condempnatione id reperio quoquomodo inclitum Regnum Bohemie aut Marchionatum Moravie aut quascumque personas de dicto Regno et Marchionatu particulariter aut nominaliter expressas. Sed dictam sinodum generaliter promulgasse contra omnes ubilibet terrarum constitutos, qui contra predictam declarationem aut ordinationem fecerint aut docuerint. Unde hec causa sub talibus verbis per promotores dicti sacri concilii Constanciensis fuit in medium proposita: Quia in nonnullis mundi partibus pridem nova pullulare incepit, ut sacerdotes laicos sub utraque specie panis videlicet et vini communicare non cessant, contra Romane et universalis ecclesie consuetudinem approbatam, unde scandala et hereses verisimiliter oriri posse suspicatur, petimus nos promotores et procuratores huius sacri sinodi, ut ipsa sancta legittime congregata per vias reverendissimas providere salubriter ecclesie omnipotentis dei. Cui petitioni promotorum Illi petitioni rationabili et iuste volens sancta sinodus prout tenebatur satisfacere per decretum publicum taliter inchoans satisfecit: In nomine sancte et individue trinitatis, patris et filii et spiritus sancti amen. Cum in nonnullis mundi partibus quidam temerarie asserere presumant, populum christianum debere sacrum eucharistie sacramentum sub utraque panis et vini specie suscipere, et non solum sub specie panis sed etiam sub specie vini populum laicum passim communicent, etiam post cenam vel alias non ieiunum, et communicandum esse pertinaciter asserunt contra laudabilem ecclesie consuetudinem rationabiliter approbatam, quam tamquam sacrilegam dampnabiliter reprobare conantur. Hinc est quod hoc presens sacrum Constanciense generale Concilium etc. ut sunt superius allegatum, non quod dicta sancta sinodus inclitum Regnum Bohemie aut nobiles eiusdem sive cuiuscumque status homines repulit a se aut precit, prout magister Johannes conqueritur, cum de eis nullam fecit mentionem. Ymmo se habet ut pia et clementissima mater, que dum corrigit lenit, dum vulneribus filiorum vinum infundit, oleum apponit, nam promulgando penas gremium non claudit redeunti. Unde ita dicitur in dicto decreto: Item ipsa sancta sinodus decernit et declarat super ista materia reverendissimis in Christo patribus et dominis patriarchis primatibus archiepiscopis episcopis et eorum in spiritualibus vicariis ubilibet constitutis processus esse dirigendos, in quibus eis committatur et mandatur auctoritate huius sacri concilii sub pena excommunicationis, ut effectualiter puniant contra hoc decretum excedentes, eos qui communicando populum sub utraque specie exhortati fuerint et sic faciendum esse docuerint. Et si ad penitentiam redierint, ad gremium ecclesie suscipiantur, iniuncta eis pro modo culpe penitentia salutari; qui vero ex illis ad penitentiam redire non curaverint animo indurato, per censuras ecclesiasticas per eos ut heretici sunt coercendi, invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis. Hec sancta Constanciensis sinodus. Ecce quod pie quod mature prefata sinodus exhibet medicinas, quia dum pena minatur gremium tamen aptum: Si ad penitentiam inquit redierint, ad gremium ecclesie suscipiantur, iniuncta eis pro modo culpe penitentia salutari. Voluisset igitur deus, quod omnes qui pretunc sentiebant aut faciebant

decretum concilii Constanciensis

Item ex eodem decreto

contra dictum decretum, venissent ad sanctam sinodum ut filii ac pa-
tri ad mitem clementissimum, quia non dubito occurrisset eis in filiales
amplexus, aperuisset eis gremium maternum plenum floribus pietatis
et clemencie, nec fuissent tot et tanta subsecuta mala, de quibus
non dubium, iustus iudex deus, et dux in Ihesu Christus, iuste iudicabit
reddens unicuique iuxta merita sua. Sed quid, nunc quia tunc factum
non est, nunc fiat, absit, sed quod in Constancia non est factum cum
omnibus petentibus, fiat hic, si quid obmissum est ibi. Certe hic redditum
si non ibi vocati, certe hic et vocati, et cum omni mansuetudine pietatis
et caritate excepti et tractati estis. Et ubi incepit dissidium, hic propter
deum sequatur unio pax et concordia, recedant vetera, nova sint
omnia, corda voces et opera, corda per mutuam dilectionem et caritatem,
voces per benignam mansuetudinem atque grata et mutua confabulacionem,
opera per mutue beneficencie et gratam fratrum conversacionem. In hoc
cognoscent omnes homines, inquit sponsus ecclesie Christus et caput
eius, quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad invicem, quod nobis
concedere dignetur ipse fons et origo totius dilectionis pacis et uni-
tatis dux in Ihesu Christus qui est deus benedictus in secula. Amen

De consuetudine generali ecclesie

Multus tamen probabam incertum meum ex consuetudine ecclesie
que ex antiquissimis temporibus et communiter et multis centenis annorum
fuit vindicalis in ecclesia introducta, et primo modum adducens ad
auctorem in administracione sacramentorum vindicalis consuetudinis ecclesie
ipam negat, et consuetudinem sequentes canibus comparat, inducens
glosam super illud ad Philippenses iii capitulo, videte canes, videte malos operarios et
et cum ibi processum est ad longum, et tunc ex dicta comparacione concludit
bene, ergo sunt canes, qui plus consuetudinem quam racionem aut sanctam
scripturam sequuntur, et isto antecedente, sub similando morem, in quo
quando sub una specie est contra racionem et sanctam scripturam,
predicatores verbi et diacones reverendissime prout intelligere clarissime
concluserunt. Cui utique mito non racione mei, qui utique prius canis
et volo esse canis, et desidero toto corde, ut deus impleat in me
de hiis que pertinent transsumptive et per similitudinem ad officium canis
cuius proprie est latrare, et fugare atque arcere lupos a gregibus. De talibus
canibus loquitur propheta psalmo lxvii Ut intingatur pes tuus in sanguine
et lingwam canum tuorum ex inimicis ab ipso, ubi glosa, sicut canes
pro domo latrantes contra hostes, hii sunt boni canes laudabiles
non detestabiles. Et Sanctus Dominicus et [illegible] pater meus dominus cuius habitum
immeritus et indignus gero, inter sue carnali adhuc cum gestaretur
in utero premonstratus est in figura catuli accensam faculam in ore
gestantis. Et Possum igitur primo mito debeam pro his prestantissimum
non racione mei, sed racione ecclesie catholice matris mee, racione omnium
verum, racione huius sacratissimi cetus iniurias iniuriis propulsare, et
maledictum pro maledicto reddere. Nichilominus novi mansuetudinem
vestram, novi benignitatem, novi pacienciam vestram, novi ex hoc libenter
suffertis, ut pacem, unionem et concordiam, quam toto corde desideratis
convenpicetis et quietis consequamini. Sed sicut ipse locutus est prout
ipsum decuit, sic et ego tacebo prout pietati et mansuetudini vestre
dignum est, caveat tamen ipse ne finaliter a canibus laceretur

Post hec inducit, quod multi plus sequuntur regem quam legem, plus
hominem quam deum. Sed boni pro lege domini exponunt se morti et
adversitatibus cunctis huius seculi, sicut prophete et apostoli et martires
qui domini potius preceptis quam consuetudinibus laboraverunt obedire.
Respondetur quod non nego quod plurimi et multi existentes mali in ecclesia
dominica allecti temporalibus bonis et prosperitatibus huius mundi plus de
facto sequuntur regem quam legem, honores et voluptates huius seculi
quam mandata Christi, et non solum in statu seculari, sed etiam in ordine
clericali multi tales sunt. Sed nego primo et detestor omni detesta-
tione possibili tamquam erroneum et fidei catholice contrarium, quod ecclesia ca-
tholica possit sustinere, vel ad monitum universaliter vel generaliter
aliquam consuetudinem contrariam fidei aut veritati catholice, vel
que aliquo modo cedit in contrarium divinorum preceptorum, sicut fuit et
est consuetudo in communione laicali sub una specie, que tanto tempore
universaliter et generaliter in ecclesia perduravit, nemine contradicente aut
dictam universalis ecclesie consuetudinem impugnante usque ad tempora
dampnate memorie supradicti Jacobelli magistri in artibus, cuius
hic adversarius in erroris extitit discipulus et imitator, qui ad
imperitissimi hominis esset, primam rabiem in iniuriam ecclesie catho-
lice contulit in exemplum eius, ut illius utar glossemate. Dominum indum
hethicum quendam fabule ferunt cum vulgo esset ignotus et nichil boni
posset famosius excogitare, quo nobilis fieret, Dyane incendisse
templum et nullo prohibente sacrilegium ipse in medium processisse, et cla-
masse causam hoc facere voluisse respondisse, ut quia bene non potuit
male omnibus innotesceret, et hec quidem gesta narrat hystoria.
Tu vero Jacobelle templum domini sponsam Christi ecclesiam catholicam
spiritualiter in te fuit succendisti, ex quo eam nephario ore iam per
tot annorum curricula corrasisti asserens et Christi discernisse mandata.
Iterum te ore ante blasphemiam non erubescens, quibus dispendium suppu-
tabat construxisti, quod nolebas nobilis es factus in scelere
Nequicie Johannes Rokyczana adversarius noster successor tuus
in errore et advocatus nobilis et notus factus est orbi in famosa
scriptura et blasphemiam vestre ecclesie consuetudine tua sequenda
iam etiam et confragosis locis evangelizavit ore. Pandenda sunt
vela et in epilogos ad ea venit non in quibus scrolles sibi visus
hanc ecclesie consuetudinem tamquam pravam et malam multos contra
precis in testimonium vocat, asserens consuetudinem quantumcumque vetustam
veritati sacre scripture divinis preceptis et rationi debere cedere, et
quia licet ait consuetudo communionis sub una specie est contra veritatem
sacre scripture, contra preceptum Christi et contra rationem, utique debet
cedere et cetera. Primam partem probat per multas auctoritates doctorum
doctorum, sed secundam non probavit, nec probabit ipse nec omnes sui.
Inducit igitur ad probandum assumptum multas auctoritates doctorum
et que communiter inducuntur ad cuiuslibet ordini que potuit transsumi
et transcribi, cum per eundem perinducerentur. Prima agit auctoritas
quam adducit est Augustini ad Casulanum presbyterum et habetur in

quo etiam catholice non sufficit aliquam consue-
tudinem contrariam fi-
dei et veritati catholice
nec communis consuetudo
sub utraque specie vel specie
laycalis est talis

de Consuetudine

Hic adversarius narrat auctoritates quas
inducit ad probandum
quod contra veritatem
sacre scripture et contra
divinam legem et contra
preceptum non potest
introduci aliqua con-
suetudo ... quod presumit
laycalem communionem sub
una specie esse talem

Canone di. xi. Consuetudinem laudant, que contra fidem catho-
licam nil usurpare dinoscitur. Cum igitur communio sub una specie consuetudo dinoscatur
usurpare contra fidem catholicam quam tenemur credere quod Christus ita
dedit hoc factum sub duplici specie, contra impositionem faciendo. Propterea
sequitur quod non est laudanda, neque imitanda sed omnino vituperanda
et condempnanda. Item dicunt nos consuetudinem que contra fidem
catholicam nichil usurpare dinoscitur inmotam permanere concedimus
Gregorius episcopis Numidie, et habetur di. xii. ad idem Augustinus. Item Jeronimus
ad Lucillum, et habetur di. xi. Illud breviter te admonendum puto
tradiciones ecclesiasticas, presertim que fidei non officiant, ita observandas
ut a maioribus tradite sunt, nec aliorum consuetudinem aliquarum contra-
rio more subverti. Cum igitur communio unius speciei officiat fidei, nullo
modo tenenda aut observanda. Item Augustinus ad Casulanum presbiterum. In
hiis rebus de quibus nichil certi statuit divina scriptura, mos
populi dei et instituta maiorum pro lege tenenda sunt, et sicut prevarica-
tores legum divinarum ita contemptores consuetudinum ecclesiarum coher-
cendi sunt. Igitur divina scriptura certe tradidit communionem utriusque
speciei, nullo modo obmittenda est, quia hoc probat auctoritas Augustini
de consuetudine populi dei loquentis. Item vocantes ipsa Sunt quidam
dicentes Romano pontifici semper licuisse novas condere leges, quod
et nos non solum non negamus, sed etiam valde affirmamus. Sciendum
vero summopere est, quia eo novas leges potest condere, unde evangelia
aliquid nequaquam dixerit, ubi non aperte dominus vel eius apostoli et hos se-
quentes sancti patres sinaliter aliquid diffinierunt, ibi non nova legem
Romanus pontifex dare. Sed potius quod predicatum usque ad animam
et sanguinem confirmare debet. Si enim quod docuerunt apostoli et prophete destruere
quod absit nititur, non sententiam dare sed magis errare convincitur.
Habetur in Canone Sunt quidam. Cum ipse dominus noster Jhesus Christus
et eius apostoli et ipsos sequentes sancti patres diffinierunt et preceperunt
communionem utriusque speciei, sequitur quod Romanus pontifex nec qui-
cumque alius eam tollere potuit, et si fecit erravit tamquam destructor
et eversor eorum, que prophete et apostoli docuerunt. Conclusio venit probanda.
Item Symachus in sexta synodo nulli licet imperatori vel cuique
pietatem custodienti aliquid contra divina mandata presumere
nec quicquam quod evangelicis propheticis apostolicis regulis obviet agere,
ponitur x. di. non licet. Igitur non licet communionem utriusque speciei tollere
Cum hoc manifeste obviet evangelicis et apostolicis regulis. Item
Augustinus. Que contra mores hominum sunt flagicia pro morum diversitate
sunt vitanda ut pactum inter se civitatis aut gentis consuetudine
aut lege firmatum nulla civis aut peregrini libidine violetur. Turpis
enim est omnis pars universo suo non congruens. Cum autem deus aliquid
contra morem aut pactum quorumlibet iubet, et si nunquam ibi factum est, fa-
ciendum est. Et si obmissum est instaurandum est, et si statutum
non erat instituendum est. Et infra. Generale quippe pactum est societatis
humane obtemperare regibus suis, quanto magis deo regnatori universe
creature ad ea que iusserit sine dubitatione serviendum est. Sicut
enim in potestatibus societatis humane maior potestas minori ad obediendum
preponitur, ita deus omnibus. li° confessionum 3°, et habetur in Canone di. viii.

sive contra mores. Cum igitur deus instituit cultum utriusque speciei et eam servandam precepit, utrique si ex aliqua ignorancia aut forciorum talium malicia obmissa aut intermissa, utique nunc fuit instauranda et relevanda est, secundum predictam racionem et doctrinam Augustini. Item idem Augustinus: Qui permittit contempta consuetudinem sequi aut circa veritatem indubius est et malivolus qui veritas revelatur aut certa deo ingratus est. Inspiracione cum ecclesia eius instruitur. Nam dominus in ewangelio: Ego sum inquit veritas, non dixit ego sum consuetudo. Itaque veritate manifestata cedat consuetudo veritati, quia et Petrus qui circumcidebat cessit Paulo veritatem predicanti. Igitur cum Christus veritas sit, magis veritatem quam consuetudinem sequi debemus. Contra consuetudinem racio et veritas semper excludit, libro de baptismo libro 2o, et ponitur viii di. Cum contempta. Licet igitur consuetudo introducta fuit vel ex ignorancia vel ex malicia, tamen nunc manifestata veritate iuxta dictum predicti Augustini cedat consuetudo cum ipsa veritati, qua proponitur communicari sub utraque specie. Item Augustinus: Frustra intermittunt qui a racione vincuntur consuetudinem nobis obiciunt, quasi consuetudo maior sit veritate aut non sit in spiritualibus sequendum quod melius a spiritu sancto revelatum est. Hec plane verum est, quia racio et veritas consuetudini preponenda est. Sed si consuetudini veritas suffragatur, nichil est firmius retinendum, libro 2o de bap. par., et ponitur viii di. Frustra. Proponatur veritas utriusque speciei consuetudini abusive cum ipsa. Item Gregorius septimus: Si consuetudinem fortassis opponas, advertendum est quod dominus dicat: Ego sum veritas et vita, et non dixit ego sum consuetudo sed veritas; certe ut beati Cypriani sentencia utamur, quelibet consuetudo quantumcumque vetusta quantumcumque vulgata veritati omnino est postponenda et usus qui veritati est contrarius est abolendus, et ponitur de viii di. Si consuetudinem. Ad idem ut supra. Item Ysidorus: Si is qui preest sive ait aut cuique quod a deo ut prohibitum est fieri iusserit, vel quod preceptum est preceperit aut preterire mandaverit, sancti Pauli apostoli sentencia ingerenda est et ei dicenda: Licet si nos aut angelus de celo ewangelizaverit vobis preterquam quod vobis ewangelizavimus anathema sit. Habetur xi q. iii. Si is qui. Cum igitur tam expresse in ewangelio quod Christus in suis epistolis precepit communicare utriusque speciei utrique si ipsa nunc ecclesia Romana precipiat oppositum eidem predicta Pauli apostoli sentencia ingerenda, sive quicumque alius preci-. Item Ysidorus: Si quis prohibeat nobis quod a deo preceptum est, vel rursus imperat fieri quod deus fieri prohibet, execrabilis sit omnibus qui diligunt deum, et infra. Is qui preest si preter voluntatem dei aut preter quod in sacris scripturis precipitur vel dicit aliquid vel imperat tamquam falsus testis dei et sacrilegus habeatur. Et ponitur xi q. iii. Si quis. Cum ergo i- prohibeat nobis communionem utriusque speciei que est precepta a domino debet esse execrabilis omnibus qui deum diligunt, et tamquam falsus testis et sacrilegus habendus. Item Gregorius nonus: Cum tanto sint graviora peccata quanto diucius infelicem animam detinent alligatam, nemo sane mentis intelligat naturali iuri vel divino precepto, cuius transgressio periculum salutis inducit, quacumque consuetudine que dicenda est in hac parte verius corruptela posse aliquatenus derogari. Licet etiam longeve consuetudinis non sit levis auctoritas, non tamen est usque adeo valitura ut vel iuri positivo debeat preiudicium generare.

contra de consuetudine. Cum igitur transgressio quodammodo utriusque speciei
salutis reducat periculum, et contra preceptum dei utriusque consuetudo
opposita corruptela dicenda est et eidem divino cedere. Item Augustinus Quis
nesciat scripturam canonicam tam novi quam veteris testamenti certis limitibus suis
contineri, tamque posterioribus omnium episcoporum litteris ita preponi, ut de illa omnino
dubitari et disceptari non possit, utrum verum vel rectum sit quicquid in ea
scriptum sit, vel constiterit esse; episcoporum autem litteras que post confirmationem
canonicam vel scripta sunt vel scribuntur, et per sermonem forte sa-
pientiorem cuiuslibet in ea re peritioris et per aliorum episcoporum graviorem
auctoritatem doctiorumque prudentiam et per concilia licere reprehendi. Si quid
in eis forte a veritate deviatum est. de unico baptismo li. ii. et habetur
di. ix. Quis nesciat. Cum igitur communio utriusque speciei sit tam novi quam
veteris testamenti infragabilibus testamenti testimoniis et auctoritatibus
confirmata, utique debet antecedere omnium episcoporum litteras et quorumcunque
doctorum sententiis. Et Augustinus confirmat ibidem. Nolite meis litteris ingenii
quasi canonicis scripturis inservire. Nam in illis veteris et novi testamenti
libris quod non credebas cum inveneris incunctanter crede. In istis autem
quod certum habebas nisi certum intellexeris noli firmiter tenere. In prologo
libri iii de trinitate, et ponitur eadem di. Noli. Item Cyprianus Consue-
tudo que apud quosdam irrepserat, impedire non debet quominus veritas
prevaleat et vincat, nam consuetudo sine veritate vetustas erroris est,
propter quod relicto errore sequamur veritatem, et infra. Agnosci potest primum errati
per eum de se ipso dicit beatus Paulus apostolus, qui primo fuit blasphemus
persecutor et iniuriosus, sed misericordiam meruit, quia ignoranter fecit, post
inspirationem vero et revelationem factam, qui in eo quo erravit perseverat prudens
et sciens, iam sine venia ignorancia peccat, presumptione enim quadam et obstina-
tione quadam nititur cum ratione superetur. Et infra. Si solus christus
audiendus est, non debemus attendere quid aliquis ante nos faciendum
putaverit, Sed quid qui ante nos omnes est christus fecerit, neque enim
hominis consuetudinem sequi oportet, sed dei veritatem. Cum
per Ysaiam prophetam loquatur deus et sine causa colunt me, man-
data et doctrinas hominum docentes et sequentes ponitur di. viii. Consue-
tudo igitur in communione utriusque speciei, non debemus attendere quid
aliquis ante nos putaverit faciendum Sed quid ante omnes est christus
fecit, quia non oportet hominis sequi consuetudinem sed dei veritatem. Item Ni-
colaus papa Mala consuetudo non est minus quam virosa corruptela vi-
tanda est, que nisi citius radicitus evellatur in privilegiorum ius ab
improbis assumitur, et incipiunt prevaricationes et varie presumptiones
celerrime non posse pro legibus venerari et privilegiorum nomine perpetuo
celebrari, et ponitur di. octava. Mala. Cum igitur omnis consuetudo
mala censeatur in eo quod divine legi aut doctrine contraria est, utique pro-
hibitus speciei cum sit divine legi contraria, tamquam corruptela vitanda
est. Item Innocentius iii in concilio generali, cum quicquid non est ex fide peccatum
est. Synodali iudicio diffinimus, ut nulla valeat absque bona fide prescriptio
prescriptio tam canonica quam civilis, cum generaliter sit omni constitutioni atque
consuetudini derogandum, que absque peccato non potest observari. extra de pre-
scriptionibus quoniam. Cum igitur sine peccato communio unius speciei non possit
fieri nec observari, ut pote precepto christi et doctrine contraria, utique tali

sinodali diffinicione, inmo merito derogatum est, sive pocius corrup-
tele divina lege, et predicta sinodali diffinicione merito derogandum est.
Item Gracianus. Constituciones ergo et consuetudines quecunque vel eccle-
siastice seu seculares, si divino iuri contrarie probantur, penitus sunt ex-
cludende, ponitur paragrafo ultimo ix di. Cum igitur sepedicta commu-
nio unius speciei contraria esse probatur divino iuri, penitus est excludenda.
Ultimo contra illud quod dicitur, quod consuetudinem et ritum Romane ecclesie debemus
sequi in omnibus, et eidem conformari, adducunt Ambrosium tercio libro de
sacramentis qui contra ritum et morem Romane ecclesie lavabat pedes
in cena domini exemplo Christi. Ubi ita dicit Ambrosius: Vide inquit omnem
iusticiam, vide humilitatem, vide graciam, vide sanctificacionem: nisi lavero in-
quit tibi pedes, non habebis partem mecum. Non ignoramus quod ecclesia Romana
hanc consuetudinem non habeat, cuius typum in omnibus sequimur et
formam. Hanc tamen consuetudinem non habet ut pedes lavet. Forte propter multi-
tudinem declinavit. Sunt tamen qui dicunt et excusare conentur
quia hoc non est in misterio faciendum, preceptum est. Sequitur: Hoc
ideo non dico ut alios reprehendam, sed mea ipse commendem. In omnibus
cupio sequi ecclesiam Romanam. Sed tamen et nos hominis sensum habemus.
Ideo quod alibi reccius servatur et nos custodimus, ipsum sequimur apostolum Petrum,
ipsius inheremus devocioni. Ab hac quid recedit ecclesia Romana etc. Ex
quibus autem Ambrosii verbis habetur quod non in omnibus ecclesia Romana sequenda
est, et quod etiam hic sensum habemus, sicud et hii qui consistunt
in ecclesia Romana. Et hec sunt que contra consuetudinem modernam universalis
ecclesie ab adversariis inducuntur, ex vi et racione consuetudinis. Ex
quibus etiam Johannes de Rokyczana mixtus dicebat, quod consuetu-
dines ecclesie que sunt pro honore dei, utilitate proximi et devocione
excitanda in plebibus vel ad exaltacionem veritatis, non sunt contempnende,
sed non sic consuetudines veritati derogantes, cuiusmodi est communio unius
speciei. Male igitur dicebat me intellexisse, cum dicebam post Johannem
et sanctum Thomam quod communio sub utraque specie quo ad laicos, cum
sit contra generalem ecclesie consuetudinem, tamquam superflua et superstic(i)osa
repellenda sit. Sed pocius econtra dicendum erat. Videndo ad predicta
dicitur: Ecclesia catholica triplici consuetudine regitur, de qua
inquit Augustinus in libro de fide romana, et habetur di xi Catholica
ecclesia per orbem diffusa tribus modis probatur existere, quicquid
in ea tenetur, aut auctoritas est scripturarum, aut tradicio universalis,
aut certe propria et particularis institucio. Sed autem tota constringitur
universali tradicione maiorum, Nichilominus tota premitur, vero constitucio-
nibus et propriis informacionibus unaquaque pro locorum varietate prout
cuique visum est consistit et regitur, et consuetudo quidem que funda-
tur in scriptura sacra vel in lege divina duplex est. Una que fundatur
in lege divina explicite, alia implicite per modum illacionis aut
determinacionis. Prima triplex, quia quedam fundatur in precepto Christi,
sicud est consuetudo celebrandi et conficiendi hoc sacramentum in ipso
pane, que fundatur super illo precepto: hoc facite in meam commemora-
cionem. Quedam in consiliis, sicud est consuetudo religiosorum que in
consiliis Christi fundantur. Quedam in exemplo et apostoli, sicud erat

defendenda consuetudo

consuetudo duplex, scilicet quo ad laicos. Consuetudo vero que fundatur
in lege diuina implicite, est que introducta est per modum illacionis vel
determinacionis ad exequendum precepta consilia vel exempla xpi per
modum illacionis, sicut quod sacramentum eukaristie debeat semper confici in
pane tritico et in vino de vitibus vitis, nullibi enim in canone sancte
scripture reperitur expressum preceptum sic faciendum, Sed apostoli et sancti
patres per modum illacionis sic agendum esse declarauerunt, considerantes
eius institucionem huius sacramenti a xpo factam, et in ea quedam essencialia
et substancialia, quedam vero accidentalia perceperunt. Attentes igitur expressum
preceptum de perpetuacione huius sacramenti in ecclesia datum esse, hec sentit
in mentem comedentes, donec veniat ut apostolus admonet, declarauerunt
per modum illacionis debere eciam in perpetuacione huius misterii essencialia
et substancialia remanere, cuiusmodi sunt species materie, forma verborum et
intencio, que nullo modo possunt mutari per ecclesiam vel quemcumque alium
nisi per illum qui instituit. Circa vero accidentalia, cuiusmodi sunt va-
rietas materie, utputa quod panis sit azimus vel fermentatus, et vinum
rubeum vel album. Tempus ut sumatur ieiunio vel desero, ieiuno stomacho,
macho, vel aliter, ritus ut videlicet ministretur populo sub vtraque specie
vel sub vna. Modus ut videlicet in illis oracionibus, talibus epistola et
ewangelio et aliis cerimoniis que in execucione precepti celebracionis
huius misterii obseruantur. hec nempe que secundum se non variant sub-
stanciam et essenciam sacramenti, sed possunt sic vel sic fieri, et sine peccato muta-
bilia sunt, quedam sancti patres dimiserunt licet aliquid intenderunt
sic quod in azimo ut corpus fieret consecraretur, quedam mutauerunt sicud tempus
ut videlicet non post cenam sicud corpus fecit, sed de mane et ieiuno
stomacho consecraretur et sumatur regulariter, quedam vero pro tempore
dimiserunt, et pro tempore mutauerunt, sicut est ritus vtriusque
speciei. Quedam vero addiderunt sicut sunt omnes cerimonie, quedam
execucione huius sacramenti obseruantur, et hec omnia addita subtracta
vel mutata dicuntur dependere a lege diuina per modum determinacionis
sed quod sancti patres siue ecclesia circa huiusmodi accidentalia determinauerunt
sic vel sic fieri, in quantum omnia hec sunt attribuenda ad execucionem precepti
legis diuine. Et per hec facile erit videre in aliis qualiter videlicet
aliqua dependeant ex lege diuina, siue quo ad precepta siue quo ad
consilia, siue eciam quo ad exempla per modum illacionis aut determinacionis.
Et hec consuetudo que ex lege diuina sic dependet ut premittitur
per modum determinacionis, partim apostolica tradicione, partim subsequencium
sanctorum patrum et ecclesie suscepit et suscepit complacionem robur et
firmitatem. Que eciam et ipsa duplex est. Vna quedam vniuersalis in
tota ecclesia catholica. Quedam vero particularis pro locorum et prouinciarum
varietate, ut dicebat Augustinus. Quarum ecclesiarum consuetudinum triplex
est origo, expressa scilicet scriptura, ecclesiastica tradicio apostolica et sanctorum
patrum atque ecclesie institucio. Harum autem consuetudinum omnium ecclesia catholica
licet a spiritu sancto directa, que non necessariis ad salutem circa
non potest, plenariam potestatem habet tollendi, mutandi, addendi, variandi
pro locorum, temporum, personarum condicionumque varietate, exceptis legibus statutis
et consuetudinibus importantibus xpi expressum preceptum, vel que
ex preceptis xpi necessario per modum illacionis ut dictum est inferuntur

Communis aut constituta lex sive consuetudo que predicte legi di-
vine conformis est, et que ex eadem sumit aliquem processum illacionis
aut declarationis ut declaratum est, quam diu eam ecclesia tenet, persistit
et observat, semper imitanda est, atque ut ait Augustinus loquens de consuetudine
pro lege tenenda et venanda. Unde idem Augustinus ex verbis Basilii
et habetur de con. di. xi. Ecclesiasticarum institucionum quasdam scriptis, quasdam
vero apostolica tradicione per successores in misterio confirmatas accepimus,
quasdam vero consuetudine roboratas approbavit usus, quibus par
ritus et idem utriusque pietatis debetur affectus. Unde quis vel aliquantulum
sacrarum expertus scripturarum hesitavit. Si enim attendimus consuetudines ecclesie
non nisi per scripturas a patribus traditas, nichil estimare quod ad reli-
gionem detinet latura intencionis despicientibus liquido constabit. Que enim
ut in nomine ordinarium scriptura salutifere crucis signaculo fideles docuit
insigniri, que vel epiphaniam digesta super calicem et panem plene orationis
vel consecrationis verba commendabunt. Namque modo quod in evangelio
continetur vel ab apostolo insertum fuerit dicimus. Sed et alia plura ad
divinum magnam quam vim commendancia misteriis, que orientem versus
nos orare littere forma docuit. Benedicimus fontem baptismatis
oleo unccionis. Hinc accedit quod ter oleo ungimus quos baptizamus
verbis abrenunciare sathane et angelis eius informamus. Unde hec
et alia in hunc modum non pauca nisi tacita ac mistica tradicione
a patribus ecclesiastico more ac reverenciali diligencia sunt de misteriis
observata magis plenius quam publicata scripto. Similiter vero huiusmodi consue-
tudo dependens a lege divina per sanctorum patrum illacionem aut de-
terminacionem est optima divine legis interpres, et habetur extra de consue-
tudine, cum dilectus, maxime in ea rubrica ad fidem valeat, ut habetur
Augustinus in libro contra monachos habetur di. xi. Palam est quod in re dubia
ad fidem valeat auctoritas ecclesie catholice que ab ipsis fundatissimis
sedibus apostolorum usque ad hodiernum diem, sacerdotum sibimet episcoporum
serie et tot populorum consensione firmatur. Maxima autem ecclesie interest
atque auctoritas universali atque manifestissima consuetudine declar-
ando, si in lege expressa dubium aliquod oritur, ad auctoritatem ecclesie est recurrendum
interpres legum, que et sepe habet racionem epykeie, quam asserit
Aristoteles in quinto Ethicorum esse virtutem directivam iusticie legalis.
Ipsa enim interpretatur leges et mitigat particularibus casibus, et dirigit vi-
publice gubernatores et executores legum, nam iusticia legalis
ordinat et mandat depositum esse reddendum. Si igitur furiosus
gladium deponat apud aliquem versus inferiorem ut se interficiat, suum
gladium depositum repetit, utique epykeia iudicat non esse reddendum.
Ita suo modo sancta mater ecclesia universalis huius regimen secundum leges
divinas regere et dirigere principaliter ad finem eterne felicitatis consequendum
habet hanc virtutem epykeie, sicud et ceteras virtutes ad pre-
dictum finem ordinates et dirigentes, qua mediante in casibus
particularibus pro loco et tempore posset et valeat divine voluntatis
et legis interpretari intencionem, et secundum hanc interpretacionem
ut dictum est, pro loco et tempore varias et diversas introducere
consuetudines que tamen nec divino precepto nec humane saluti
preiudicant, sicud dicit Nicolaus papa di. xii in decretis, sicut salutata

Epykeya de virtute directiva iusticie legalis ut

retenend

Romana ecclesia, quod nichil absumit saluti credencium diversas pro loco et tempore
consuetudines, si illas canonica non obstat auctoritas. Ita est in proposito. Vi-
debat sancta mater ecclesia ritum quem Christus tenuerat in confitiendo apostolis
durante fervore et devocione in fidelibus competere quod utrumque sumeret plebs com-
munis. Verum cessante caritate, et deficiente devocione, et multiplicatis popu-
lis, ubique contingere multa scandala ex effusione calicis, et alia que in po-
sicione dicta sunt, permisit paulatim consuetudinem unius speciei usque
quousque universaliter tota ecclesia eundem ritum secuta est, et sustinet
tamen non consonam intencioni et voluntati divine. Cum enim divina sa-
cramenta ex operis ipsorum ordinentur ad finem salutis eterne consequendum,
non est verisimile, quod non valeat ea que in salutem ordinata sunt separare.
Ubi specialiter non obstat divinum preceptum. Cum enim ea que ad salutem
ordinata sunt, non debet permittere rei publice gubernator, ut per ad perniciem
et dampnacionem ordinentur. Epyicheia enim facit regentem, et in hoc casu
et in similibus et eciam in divinis personam legislatoris videlicet Christi, et
facit eum iudicare ac si esset persona Christi dicens. Cum enim pro salute
fidelium in tali effusione et aliis scandalis periculis evitatis agendum
esset, et manifestum est quod Christus similiter et faceret et ordinaret. Nec
valet quod dicit adversarius Christum insufficienter providisse, cum sit sa-
piencia patris, et dans auctoritatem ecclesie permutandi mutandi statuendi et
ordinandi, sicut ac spiritus sancti directionem permittendo et dando usque
Responsio ad omnes predictas auctoritates adversarii — ad consummacionem seculi sufficientissime providit. Posset tamen uno verbo
sive unica proposicione omnibus predictis auctoritatibus et racionibus iudicari,
videlicet quod omnes nichil intendunt aliud quam contra veritatem sacre
scripture et contra divinam legem, et contra Christi preceptum non potest
introduci aliqua consuetudo, nec alicuius summi pontificis, nec con-
cilii generalis vel ecclesie, sive alterius cuiuscumque constitucio, ordinacio
aut cuiuscumque statutum, et hoc verum, et tota ecclesia confitetur
quia, ut ex superioribus luce clarius patet, nullo modo communio utriusque
speciei de precepto est Christi. Et in hoc manifestissime auditur summa
sapiencia patris que singula providens, quedam indispensabiliter
+ precepit et ordinavit, que simpliciter ordinacione que variabilia
futura erant instituit, et varietatem ipsorum atque mutabilitatem
pro et tempore sponse ecclesie commisit et permisit. Restaret pro de-
ad primam — claracione singularum auctoritatum inductarum sigillatim reddenda responsio. Ad
primam ergo dicendum, quod communio unius speciei nichil usurpat contra
fidem catholicam, ymmo ipsam declarat contra hereticorum opinionem
iniquam, et removet a cordibus fidelium falsam credulitatem, ut
videlicet id non teneatur esse de precepto quod numquam fuit. Quapropter et
si nulla alia causa intervenisset introducende consuetudinem unius
speciei nisi tolleretur falsa credulitas, quam heretici nituntur inducere
ut id pro precepto teneatur quod numquam Christus voluit, sufficeret ad ipsam
inducendam et manutenendam, cum tamen plurime alie multe urgen-
tes cause Christum eciam ad sic faciendum compellerent compulerunt.
ad 2am et 3am — Et idem dicendum est ad 2am auctoritatem Gregorii et cetera. Ad tertiam. Communi-
cacio eo unius speciei nec usurpat aliquid fidei nec officit, ymmo
ipsam declarat, et multum proficit, et fructificat in cordibus fidelium.
ad 4tam — Ad quartam Augustini dicendum est quod divina scriptura certe tradit

quod Christus tradidit discipulis hoc sacramentum integre, quod eos instituit sacer-
dotes sub utraque specie. Et quod etiam Paulus ita Corinthiis ita tradidit
certe etiam tradit sacra scriptura, quod altera species sufficiat, ut in secunda
parte satis diffuse deductum est, sed nullibi certe statuit divina scrip-
tura per modum precepti et obligatorie quod sic vel sic faciendum sit, utpote
quod sub duplici vel una specie non confitentibus ministretur, unde nota
dicit Augustinus. Statuit multa enim tradidit, et refert sacra scriptura, que
non statuit, nec ad sic faciendum obligat. ¶ Ad quintam que pretendit ad 5tam
summum pontificem non posse condere leges sive canones contrarias
quas deus et apostoli atque sancti patres diffinientes statuunt, dicendum
quod verum est in hiis que sunt precepta per divinam legem et Christus
sive indispensabiliter per universalem ecclesiam, et de hiis que de per se
ad articulos fidei pertinent, et quorum contraria prohibita sunt, secus in
hiis que communiora sunt, et in hiis quorum contraria non prohibita sunt
spectat ad ministerium ecclesie, et universale suum regimen pro dispensacione interp-
retari sacram scripturam, cuiusmodi est communio laicalis, de qua non habetur
preceptum ut sepe dictum est ut sic vel sic fieri debeat. ¶ Ad sextam ad 6tam
similiter dictum quod communio unius speciei non obviat divinis mandatis
nec evangelicis aut propheticis sive apostolicis regulis. ¶ Ad septimam ad 7mam
dicendum quod nulla auctoritas dicente est inter eos precipue qua ad illam
partem, turpis est omnis pars universo suo non congruens. Regnum enim
Regnum Bohemie pars fuit catholice et Romane ecclesie, que doceat
et predicat licitam esse communionem unius speciei sive preceptam, et precipue ab
ipsa sancta Romana ecclesia contumaciter separavit, patet quod tamquam
pars suo toto non congruens remanet in sua confusione et turpi-
tudine. ¶ Ad octavam dicendum quod sacerdotes laicalem populum sub una
specie communicantes secundum Romane ecclesie morem et consuetudinem
non contempnunt veritatem, nec presumunt aliquid facere divine legi
contrarium. ¶ Ad nonam conceditur quod semper veritas et racio preponende
est consuetudini cui non suffragatur veritas, ymo talis consuetudo ad 9nam
omnino abolenda est. Sed non sic est de consuetudine unius speciei
et veritati et racioni innititur, et ideo firmiter retinenda est. ¶ Ad decimam ad 10mam
similiter dictum est, quod quelibet consuetudo quantumcumque vetusta et
vulgata si fuit veritati repugnans est omnino abolenda, et usus ipsius
tollendus. Sed consuetudo ecclesie in communione unius speciei licet
sit vetusta, quia a principio quo fuit hoc sacramentum inchoata sic
consuetata in ecclesia etiam vulgata in tota ecclesia, non est vicium quod
tamen, ymo autem confirmata. ¶ Ad undecimam simul et duodecimam
dicendum quod nullibi a Christo vel ab apostolis reperitur communio utriusque speciei ad 11mam
precepta vel unius prohibita. Unde dicere auctores ne faciunt ullo
ad postremum. ¶ Ad tredecimam dicendum quod communio unius speciei non est
racionali sive divino iuri aut positivo contraria, nec usus ipsius ad 13mam
periculum salutis inducit atque per hanc praxis ipsius ad sic vitare et
racione salutari non corruptela sed consuetudo bona et laudabilis
est censenda. ¶ Ad quartamdecimam dictum est quod communio unius speciei
nullomodo est contraria sacre scripture sive novi sive veteris ad 14mam
testamenti. Sed sicut necessitas utriusque speciei est contraria

ad 15tam predictis, ut ex superioribus satis notum est. ¶ Ad quintamdecimam dicitur
quod in scripturis sancti Augustini, Jeronimi et cuiuscumque alterius sancti non
est standum, inquantum quocumque modo scribunt aut docent aliquid contra-
rium aut difforme sacre scripture veteris vel novi testamenti, nec autem
sancti doctores scribentes et affirmantes communionem utriusque speciei non
esse preceptum Christi, nec esse de necessitate salutis que ad laicos non
scribunt aut docent aliquid divine legi contrarium, quapropter ad nullum
ad 16tam propositum adducitur. ¶ Ad sedecimam dicitur quod semper veritas debet prevalere
pravitati consuetudini, et quod solus Christus audiendus est, et omnis alius
doctus contrarium doctrine Christi et eam impugnans abaudiendus est
et repellendus. Sed communio unius speciei veritati et racioni innititur
nec doctores eam docentes aut affirmantes docent aut affirmant
aliquid contrarium Christo. Ad illud autem quod infert Jacobellus ex hiis
verbis Cypriani ignosci potest simplici erranti etc. dicendum quod Cyprianus
bene loquitur et catholice cum dicit ignosci potest simplici erranti.
potest inquit ignosci, sed non dicit quod non peccavit, unde non excusat
a peccato, et ad id est exemplum Pauli quod inducit, quod quia ignoranter
fecerat misericordiam consecutus erat, quia videlicet obedivit voci Christi et
penituit de peccato per ignoranciam commisso, quod non legitur de presbi-
teris de sacerdotibus Bohemorum, magistris eciam et multis ceteris omnium
quibus Regnum Bohemie unitati ecclesie Romane communicavit sub una
specie aliquis sacerdotes in fine vite sue quod sic ministraverunt, vel laici
quod sic communicaverunt, penituit, autem si penitere aliquo signo ostenditur
scivare si peccavit nec penituit sicud Paulus fecit, inepte raciones
in superioribus adducte pro eorum et predecessores eorum dampnati
sunt. Ad hoc autem quod Cyprianus dicit et similiter apostolus, non datur
intelligi quod ignorancia omnino excuset a peccato, sed per comparacionem
ad peccatum quod per maliciam committitur et per impetum passionis
ad 17mam facilius in pena relaxatur. ¶ Ad decimamseptimam dicitur quod communio laicorum
sub una specie cum non sit contraria divine legi nec precepto Christi et
innitatur veritati, consequenter bona et laudabilis censenda est, et ab omnibus
ad 18vam Christi fidelibus et catholicis tenenda et imitanda. ¶ Ad decimamoctavam
dicendum quod communio unius speciei et eius consuetudo, quia iusta
sancta et racionabilis est, sed tamen bona fide tenenda est, et pro tempore
eius omnes obligat, nec ei quocumque modo derogatum est. Per ca-
nonicas sanctiones ymo approbata et confirmata existit multis sanctorum
conciliorum statutis et regulis ut sufficienter superius deductum est.
ad 19nam ¶ Ad decimamnonam dicitur quod nec divino iuri nec naturali nec eciam
positivo aliquo modo dicta consuetudo unius speciei contrariatur, sed po-
tius est eisdem consona in omnibus, non ergo est a Christi fidelibus extirpanda
aut eliminanda sed pocius imitanda et practicanda secundum ordinacionem
ecclesie que spiritu sancto directa errare non potest in hiis que sunt necessaria
ad ultimam ad salutem. ¶ Ad ultimam autem Ambrosii dicitur quod utinam adversarii
Ambrosium intelligerent, et intelligendo fide et devocione imitarentur.
Nam ipsius doctoris verba in dicta autem sunt hec in forma. Non
ignoramus quod ecclesia Romana hanc consuetudinem non habet, cuius
typum in omnibus sequimur et formam, et infra. In omnibus cupio sequi
ecclesiam Romanam. Et infra. Ipsam sequimur apostolum Petrum ipsius in hiis

devotum. Ecce quod apte hic doctor veneratur et veretur ecclesiam Romanam
et in omnibus eam sequi desiderat. Nam aut in omissione lotionis pedum, quam
non imitatur, hanc non privatim faciebat, nec novitatem contra universalis
ecclesie consuetudinem inducebat. Nam licet Rome huiusmodi lotio non fieret
in aliis tamen ecclesiis observabatur, nec ultimus dictam lotionem tamquam
preceptum domini suadendo astruebat, aut ecclesiam Romanam tamquam transgredientem
preceptum domini dampnabat, que omnia adversarii ecclesie dampnabiliter
faciunt, dum communionem laicalem sub utraque specie et privatim sustinent
et novitatem contra universalem ecclesie consuetudinem inducunt, aliis tamquam
preceptum domini transgredientes dampnant. Non est autem necesse ad salutem
in omnibus cerimonialibus et in hiis que non pertinent ad salutem sequi ecclesiam
Romanam, quare non est similis racio in Ambrosio in lotione pedum, et in
modernis hereticis in communione laicali sub utraque specie. Sed contra omnes
predictas soluciones arguebatur, quia manifestum est quod Christus predictum
ritum communicandi sub utraque specie introduxerit, et post eum ritum Christi
apostoli practicaverunt, utrum igitur dictus modus fuit universaliter introductus
per apostolos in totam ecclesiam, aut non, sed aliqui sub duplici specie,
aliqui sub una. Si dicatur quod predictus modus fuit introductus universa-
liter in totam ecclesiam, quod videtur esse magis conforme veritati scripturarum
quia legitur per apostolum apud Corinthios observatus, et nullibi legitur
de opposito. Tunc ergo queritur, cum talis consuetudo pro lege tenenda erat
secundum Augustinum, et transgressores ipsius tamquam transgressores legis puniendi
erant, quomodo fuit aliquibus permissum hanc consuetudinem preterire, cum sine
peccato mortali preteriri non potuit. Non est dicendum quod predicta consuetudo fuit
sublata in instanti per ecclesiam universalem sive per concilium generale,
quod ipsam tradat, cum non legatur aut concilium Constantiense aliquod
concilium statuisse quod predicta consuetudo utriusque speciei debuisset tolli aut
auferri, immo ut superius allegatum est in multis religionibus usque ad moderna tempora
modus utriusque speciei servatus est, et adhuc servatur quo ad ministros non con-
ficientes, et summus pontifex in cena domini et in die pasche eundem modum quo ad
laicos observavit, immo et sanctus Thomas in tercia parte summe sue innuit et
tempore suo non erat universalis consuetudo unius speciei, unde dicit, quod provide in
multis ecclesiis caute agitur etc., et in multis eciam ait, et non in omnibus, que
utraque diversitas in administracione tanti sacramenti non fuisset in ecclesia
permissa, si fuisset per statutum universalis ecclesie communio unius speciei intro-
ducta per singulares personas aut saltem per ecclesias particulares, ista
utique fieri non potuit absque peccato mortali, cum manifeste veniebat
contra consuetudinem habentem vim legis et obligatoriam. Et simile est si
dicatur quod non fuit universalis consuetudo a principio introducta, sed
in quibusdam ecclesiis sic, et in quibusdam, quia planum est, quod sicut
generalis consuetudo se habet generaliter ad totam ecclesiam, sic particu-
laris consuetudo se habet ad regnum vel provinciam in quibus communiter ob-
servatur ab omnibus. Unde dictum est et sepe a doctoribus
allegatum quod sequens latinorum in grecia contra consuetudinem orien-
talis ecclesie sub azimo conficere peccaret et econverso, tamquam agens contra
consuetudinem et morem gentis vel patrie. Cum igitur notum
sit Romanam ecclesiam et omnes sibi subiectas, quondam ritum utriusque
speciei tenuisse, ut patet per multa concilia, et per dicta multorum summorum
pontificum, non videtur quomodo predicta consuetudo in ecclesia Romana

hic post articulum quo adversarius contra omnes predictas soluciones arguebat

Responsio ad argumentum precipuum

sine scrupulo et periculo peccati mortalis tolli potuit, aut contraria
introduci. Dicendum quod consuetudo utriusque speciei numquam fuit generalis aut
universalis in ecclesia, nec fuit per apostolos generaliter introducta, ut
Actuum 2o capitulo, et superius constitit allegatum, ubi dicitur de fidelibus
quod erant perseverantes in doctrina apostolorum et communicatione fractionis etc.
ubi nulla mencio fit, ymmo nec in toto libro Actuum apostolorum de bibitione
vini aut sanguinis Christi, videlicet quod laici seu fideles promiscue sepius sumerent
Christi sanguinem sub specie vini, ymmo in tota doctrina apostolica non legitur
quod communio utriusque speciei observata fuit, nisi tantum apud Corinthios
quibus scripsit apostolus, unde huiusmodi ritus diversitas fuit a principio
ecclesie, et perduravit usque ad hec nostra tempora, et per consequens nec omnes
ecclesie que erant subiecte Romano pontifici habebant eundem ritum, sed
quedam sic, quedam sic. Et ulterius dico quod tali stante diversitate
in ecclesiis potuit sine peccato in aliqua particulari in qua erat consuetudo
utriusque speciei urgente necessitate ex causis in precedentibus enarratis
obmitti usus utriusque speciei exemplo illarum ecclesiarum in quibus unius
speciei consuetudo servabatur. Quatuor ex circumstanciis concurrentibus a peccato
excusabant in huiusmodi transitu aliquam personam aut ecclesiam particularem
a sumendo utriusque speciei ad communionem unius. Prima erat necessitas
effusionis et erroris, et nulla fraus fidelium aut diminucio rei aut
effectus huius sacramenti. Secunda consideracio quod hic ritus et modus
non cadebat sub precepto Christi aut apostolorum. Tercia exemplum aliarum
ecclesiarum que consuetudinem unius speciei observabant. Quarta consideracio
promissionis Romani pontificis et ecclesie que huiusmodi ritum unius
speciei non solum permittebat, sed eciam multo laudabant. Unde si eciam
nunc huiusmodi iiiior circumstancie concurrerent in confectione huius sacra-
menti in azimo pane vel fermentato, utique et grecus apud nos in
fermentato, et latinus apud grecos in azimo impune et sine peccato
ymmo meritorie celebrare posset et conficere, et ne aliquid omittatur
de hiis que per adversarium dicta sunt, ante predictas auctoritates in
principio, ubi incipit impugnare consuetudinem ecclesie, inducit di-
versa dicta mea, quasi sibi ipsis dissona et contraria, cum dicit
Verumtamen attendens ad consuetudinem etc. Sed quatinus sint sibi consona
et adinvicem quadrata, si oculos aptos habuisset et perspexisset luce
clarius. Nam cum dicitur quod communio sub una specie ex antiquissimis
temporibus, et multis centenis annorum fuit ubilibet in ecclesia introducta non
contrariatur et quod in fine mee posicionis positum est, quod videlicet nec auctor
nec locus aut tempus reperitur quibus ipsa communio calicis a plebe
subtracta est usque ad Constanciense Concilium in quo unius speciei consue-
tudo confirmata fuit et approbata, quia antiquitas eiusdem universalis
consuetudinis manifestissime arguitur, cum temporis origo omnem humanam
memoriam excedere dinoscitur, et tanto amplius constat nec ex scriptis
auctor vel locus aut tempus quibus talis consuetudo ortum habuit
ostenditur, atque tanto per amplius si eciam antiquissimi doctores
cuiusmodi sunt de posicione principali nominati ut Alexander de Hales
Albertus magnus, sanctus Thomas et alii, nescierunt nec poterunt
originem et principium consuetudinis unius speciei enarrare. Non ergo

in hiis que a me posita sunt contradictio implicatur, sed potius unum
dictum per aliud confirmatur, et ex omnibus elicitur indubitanter, quod communio
sub utraque specie quoad laicos numquam fuit in ecclesia de [illegible] ecclesie consuetu-
dine. Calixtinus post predicta arguit contra id quod dixeram, et etiam iterum
atque iterum replicavit, quod communio sub utraque specie numquam fuit in ecclesia de
universali consuetudine ecclesie. Sed sicut, variando exemplum, Christus varia fuit
semper habita consuetudo, et dictus quod hoc non potest esse, quia unquam esset
et si talis diversitas fuisset ab antiquo, quod doctores de ea non scripsissent
mencionem. Ad hiis que licet sint aliquas sunt difficultatem, non autem de hiis
que in manifesto sunt, et quorum in aperto patet ratio facti, et quorum usus
communis est in ecclesia, de quibus Augustinus loquitur in tercio contra [illegible]
que non nisi tacita ac mystica traditione a patribus ecclesiastico more
ac vivaci diligentia sunt in misteriis observata, magis silencio quam pu-
blico scripto. Unde sunt et est dicta diversitas communionis sub una vel
sub utraque specie, que ut ex superioribus patet originem habet a Christo
qui in cena sub utraque apostolis ministravit, et post resurrectionem apostolis in
Castello Emaus sub una, plus fideles in Ierusalem post receptionem spiritus sancti sub
una specie communicabant. Et Corinthii quibus scribit Apostolus sub duplici.
Et ita consequenter duravit hec diversitas quousque universalis ecclesie consuetudo
propter occurrentia pericula obtinuit ut non conficientibus sub una tantum ministretur.
Immo si dicta communio laicalis sub una specie fuisset noviter introducta
aut esset erronea et contra Christi preceptum ut adversarius asserit, non
est possibile quod fuisset sic universaliter in ecclesia introducta, et quod fuisset
sic ab omnibus tradita et observata atque per tam longa tempora conti-
nuata. Numquam enim potuit aliqua heresis vel aliqua consuetudo simpliciter
mala vi vel astucia ita et taliter in ecclesiam universaliter introduci ut ab omni-
bus teneretur et crederetur, quia omnis heresis et omnis consuetudo scrupulo-
sa statim in sui principio habuit aliquos contradicentes et resistentes
et impugnantes eam et eius periculum detegentes, ut de redditibus ad
vitam [illegible], et de multis aliis que adhuc sunt indecisa et
habent defensores ad utramque partem, et multi dubitant, immo maior pars
eligens partem tuciorem. Quod utique in presenti materia iam amplius a plurimis
centenis annorum nullus umquam contradicens apparuit, immo indubitanter
quicumque sancti et doctores in hac re scripserunt, omnes eam approba-
verunt et confirmaverunt tamquam racionabilem et utilem. [illegible] quod fuisset
verum [illegible] Christus pro omnibus infinita ecclesia in sua communi-
tatem contulit dicens: Et porte inferi non prevalebunt adversus
eam. Si enim in decem tribubus populi Israel quibus ad ydola duce [illegible]
reservavit septem milia virorum qui non curvaverunt genua sua ante
Baal, quo prius dominus ecclesiam suam dereliquisset quam suo precio-
sissimo sanguine redemit et dedicavit, [illegible] sic [illegible]
ut omnes adultos [illegible] tam sacerdotes quam laicos in tam [illegible]
tempore ac heresi maculatos dimisisset, absit hec cogitatus longe
a cordibus fidelium animarum. Non ergo admirandum est si antiquissime
consuetudinis et que ab ipso Christo et a primitiva ecclesia ortum ha-
buit et perduravit usque ad hec nostra tempora, et durabit usque in
finem seculorum, doctores non multa scripserunt mencionem, tamquam

Exemplum quod doctores consuetudinem [illegible] mencionem

Aliud argumentum adversarii contra quod dictum est quod communio sub utraque specie numquam fuit de consuetudine universalis ecclesie. Sed contra variando exemplum Christi varia fuit semper habita consuetudo

cuius rei tempore in consuetudine aptissima et manifestissima habebat, sed
mirandum esset immo omnimode obstupendum, si dicta consuetudo errorem in
se aliquem habuisset et non sibi etiam in ipsa adhuc contradictio fuisset
prout deductum est paulo ante. ¶ Voluit ad auctoritates sanctorum quas ad-
ducebam in quibus non fiunt mentionem nisi de corpore Christi sive de pane
et nullam de potu aut de vino, cuiusmodi erat Ambrosii libro de sacramentis
et in pluribus capitulis de con. di. ii. Respondet quod non sequitur, doctores non
faciunt mentionem nisi de corpore aut de pane, quia sub uno nomine corporis
et nomine panis intelligitur semper alia species scilicet vini. Sed hec postea
in precedentibus multipliciter impugnata est, quia clarissime ostensum est, quod
ubicumque fit mentio de hoc pane sacramentali, sive in sacra scriptura
sive in sacris canonibus sive etiam in dictis doctorum, nil aliud intelligitur
nisi species panis, sub qua plenum perfectum et integrum sacramentum continetur
quia caro Christi et sanguis ipsius et ipse totus et integer Christus, qui
est plena refectio et integra. ¶ Item ad auctoritatem quam adducebam
de libro paradisi Ambrosii in qua idem dictus doctor ita loquitur: Cum
igitur in cibo neque primus sit quia esca se reddit primo, quod ego false alle-
gavi dictum doctorem et [illegible], et quod intelligitur de cibo paradisi, et de
precepto facto primis parentibus nostris [illegible] in paradiso. Dico primo quod salva pace
dicta auctoritas fuit vere allegata, nam ita stat in libro. Deinde in
allegatione sua non dixi de quo cibo ibi Ambrosius loquitur aut precepto.
Sed etiam sensum proprium trahens eam ad meum propositum triplici de causa.
Primo propter eam quam dictus doctor allegat, videlicet cum in cibo neque
primus sit, quia esca nos non commendat deo neque magnum periculum sit
quia non quod intrat in os coinquinat animam sed quod exit de ore,
videtur sine dubio tanto auctore non esse preceptum. Secundo hec causa
que fundatur in dictis Christi et in sancto evangelio est sufficiens ut illa
comestio que ut videtur fuit precepta Ade et Eve in paradiso non obligabat
ad preceptum; a simili, sufficiens causa erit ut nec hoc sit preceptum
quia etiam sacramentalis manducatio intrat in os et per os sumitur.
Tertia propter maiorem evidenciam, quia si tantus doctor dicit, non du-
bium esse preceptum, ubi tamen expressissime replicatis verbis in scriptura ponitur
vocabulum precepti, utique multominus erit preceptum de sumptione huius sa-
cramenti in qua quo ad ad confectionem nullum ponitur explicite
vel implicite preceptum. ¶ De primo quippe ita habetur Gen. ii° ca° pre-
cepitque ei deus, ex omni ligno paradisi comede, de ligno autem sciencie
boni et mali non comedas, in quacumque enim die comederis ex eo morte
morieris. ¶ Item iii° ca° Serpens dixit ad mulierem, cur precepit vobis
deus ut non comederetis de omni ligno paradisi, et infra eodem ca° dixit
deus ad Adam: Quis indicavit tibi quod nudus esses, nisi quod ex ligno
de quo preceperam tibi ne comederes comedisti. Si igitur propter dictum eorum (?)
tam expressum preceptum et totiens in scriptura replicatum tantus
doctor dicit absque dubio non videri esse preceptum, quanto magis dic-
erit preceptum ubi nullum preceptum expresse ponitur. Tertio et precipue ad
dictam auctoritatem Ambrosii de paradiso, propterea dictus doctor passim
dixit non videri preceptum esse, quia ad illum esum corporalem qui
dicatur esse preceptus incolis paradisi [illegible] valeus (?) ostendere si sit preceptum
in hoc intelligatur de spirituali esu inducit hanc auctoritatem

de auctoritate Ambrosii in libro de sacramentis

Item in libro paradisi

in qua adversarius totam suam spem ponit Nisi manducaveritis et cetera. Dic
enim ait, postquam dixerat, videtur sine dubio tanto auctore non esse pre
ceptum nisi hunc cibum ad illum propheticum referas, quod per magnus primus de
sequere cursum in finem. ¶ Deinde quis esset ille panis qui in dictis
verbis intelligitur, declarans subiungit quis ille. Stirpe quem dicat vel
libris ubi apte declarat que sit illa manducatio et bibitio carnis et
sanguinis domini, quia facere voluntatem patris eius qui in celis est.
Et aut dimisit aliquam particulam que non faciebat ad propositum,
vel inicium vel antecedentem vel per mediam vel sequentem, non est inconveniens,
ut alias dictum est, quia si oporteret omnia dicere oportuisset totum
illum librum Ambrosii interserere, propterea cum sit indistinctius ca
ge luca in allegacionibus doctorum quibus sunt contra omnes doc
tores, totum propter earum prolixitatem, ubi in remedio opus fuit
dimittere, semper adiunxi modo consueto dictum et infra. Dicebat ultra
quod licet Ambrosius dictam auctoritatem nisi manducaveritis intelligeret de
spirituali manducatione, non tamen concluditur quod possit intelligi
et intelligatur de sacramentali, quia non est inconveniens quod una
et eadem littera habeat plures sensus litterales. Sed hec responsio fuit
impugnata supra, quia in una littera sacre scripture licet possint
aliquando esse plures sensus, sicut quod fuit declaratum de illa auctoritate Ego
ero ille in patrem, et ipse erit michi in filium, que intelligitur de Salo
mone et de Christo, tamen illi duo sensus habent ordinem ad invicem, quia
unus est principalis et alius minus principalis habet attribucionem
ad principaliorem vel in ratione figure vel in ratione effectus
vel secundum aliquem alium respectum. Alioquin maxima in scriptura
confusio sequeretur, si multiplicarentur sensus, ex quo sequeretur in scriptu
rali et maxima contingeret equivocacio, et cum nomina et
termini sunt prolati significarent id ad quod principaliter significandum
instituta sunt, patet quod cum principalis sensus illius auctoritatis nisi man
ducaveritis, secundum sit manducatio spiritualis, manifestum est quod
doctores loquentes de ea sunt exponentes eam de spirituali manducatione
quod si accipienda est primo, et non de sacramentali manducatione
nisi secundario, et per quandam adaptacionem, ut alias dictum est, satis
clare expositum. ¶ Ad alias autem auctoritates Ieronimi, Augustini quas post
hec cimo, et ex aliis antiquis doctoribus qui loquuntur de cor
pore domini nec facientes mencionem de sanguine sub specie vini. Respondet
modo consueto Romana non sequitur, non sit mirum. Sed dicta
responsio iam expressius fuit impugnata, ideo preter ista auctoritates
Augustini dico quod ego non legi alia loca Augustini in quibus facit men
cionem de sanguine, qui loquens ad Iudeos in quodam loco
ait Iam secure bibite sanguinem quem fudistis, et alibi Accesserunt Iudei
ad Christum ut crucifigerent, nos accedamus ut corpus et sanguinem eius
accipiamus. Item alibi, tunc eis, scilicet Iudeis, Petrus nunciavit
eum calcaverunt quem crucifixerunt, ut eius iam sanguinem bibant
credentes quem fuderant sevientes. Sed dicitur quod per graciam dei
et si non totum legerim Augustinum qui tanta scripsit ut vix
ab ineunte etate usque ad decrepitam senectutem vix posset eum

de Ambrosio, Ieronimo et Augustino

aliquis plegere Kiechilonis apud legem in aliquibus locis, ex quibus potuissem magis reprehendi plures auctores commodari, in quibus Hugo expressissime facit mentionem de corpore et sanguine domini et sepe de duplici specie quo ad sacerdotes, que tamen sepe ad quos laicam sub utraque specie, quam dicit esse de precepto medium pro(f)essuit cum nec dictus doctor nec aliquis alius, unquam dixit aut posuit sive determinavit in scriptis suis duplicem speciem esse de precepto Christi, quo ad laicos vel non conficientes. ¶ Dico igitur ad auctem quam ipse induxit de Judeis, et ad omnes similes eius doctores, qui vere sunt et vere loquuntur, quia etiam sub prima specie, et inde vere biberunt sanguinem Christi quem fuderunt, et omnes fideles biberunt et bibunt, et bibent, donec dominus ad iudicium veniet. ¶ Adduxit insuper auctem Damiani que habetur .i.q.i. Sacerdotes qui eukaristie sumunt et sanguinem domini populis dividunt, impie agunt in legem Christi, putantes eukaristiam in peccantis fore viva, non vitam, necnon esse tanta sollempnitate orationum, et non sacerdotum merita, de quibus dicitur, sacerdos in quantum sunt macula, non accedat offerre oblationes domino, et dixit quod quidem de mente exponebat. Illam autem vetor quietes contra suos, ibi fuerunt puto Sacerdotes qui sanguinem domini simplicibus dividunt impie agunt in legem Christi, quasi divisio sanguinis simplicibus esset contra legem Christi. Sed hoc non est verum, quia intentio Damiani est in dicta auctoritate, reprehendere malam vitam sacerdotum. Et est sensus Sacerdotes qui sanguinem domini simplicibus dividunt male vivunt, et impie agunt contra legem Christi. ¶ Dicendum quod licet satis bene ad meam intentionem dicta auctoritas posset adduci, sed tribus rebus et statuto ecclesie, prout iam sunt. In hoc quod dicit Sacerdotes qui populis sanguinem dividunt vel ministrant sub specie vini impie agunt, quia ex mala causa et contra statuta ecclesie et consuetudinem faciunt, que a Christo ecclesie sponso et capite procedunt, qui per se agit statuit et ordinat quicquid per ecclesiam fit statuitur et ordinatur, propter continuum regimen et assistentiam quam promisit sue ecclesie sancte dicens Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi. Unde dictam auctoritatem Damiani ne sic intelligo, ut ipse dicit quosdam moderne intellexisse pro tempore quo Damianus loquebatur. Sed dico quod Damianus in dictis verbis arguit sacerdotes de malis operibus ipsorum et impietatibus quas agunt contra legem dei, qui tamen deberent propter ministerium eis creditum iustiores et sanctiores esse ceteris. Et ad hunc sensum dicit Sacerdotes qui eukaristie sumunt et sanguinem domini populis dividunt, impie agunt contra legem Christi, quod utique verum est sive sub una specie sive sub duabus dividant, nam sub sola specie panis, vere dividit vel ministrant populis sanguinem Christi, cum ibi totus et integer Christus continetur, quamvis non sub proprio signo. Et cum in illa auctoritate nullam faciat mentionem de utraque specie quo ad laicos, nec de ipsius necessitate, in nullo dicta auctoritas adversariis suffragatur. Agunt enim sacerdotes impie contra legem Christi iuxta dicta doctoris

intencione, qui male vivunt et male viventes hoc misterium frequentant
putantes eucaristiam sufficere ad satisfactionem, non vitam esse necessariam
ad digne scilicet hoc sacramentum percipiendum et conficiendum. Sed in hoc
valde errant, unde Archidiaconus: Quidam sunt qui assidua et
crebra oblatione sacrificii iustificari se credunt, absque vite sanctitate
sed decipiuntur, cum per hoc provocetur tam presumptuosa temeritate
sacrificium, unde Apostolus i ad Corinthios xi: Qui manducat indigne, iudicium
sibi manducat. Sed contra tales loquitur textus Johannis, et ad
hunc finem. Post predicta veniens ad dictam posicionem doctoris
qui ex intencione et in expressis terminis moventes hanc materiam disceptatam
tamen et loquentes de communione sub utraque specie que ad laicos et
non conficientes, quorum quidam prefixerunt hanc novitatem per du-
centos annos et ultra, quidam vero per trecentos quinquaginta et quidam
omnes adminus per 20 annos, et in effectu negant omnes suum propositum
tamen tangit aliqua. Et primo ad Innocentium et ad Albertum magnum
qui duo doctores grandes scribunt in 4 Sententiarum et in regionibus in
quibus alter non potest reperiri, licite potest alterum sine altero consecrari et
ex quo primi contra hoc dicit, quod ego dixi quod sub pena sacrilegii sa-
cerdos non debet in consecrando et sumendo alteram dimittere, et tunc
dico cum Innocencio et Alberto, quod in illo casu potest deponi altera. Ad
hoc dico primo, quod non reperiet me in tota posicione mea declinasse
ad alteram istarum opinionum, sed solum induxisse testes et opiniones
doctorum. Ex quibus arguo ad principale propositum, quia si secundum
intencionem Innocentii et Alberti ecclesia vel summus pontifex potest
dispensare, ut sacerdos in dicto casu posset sub altera specie con-
ficere et sumere, tunc multo magis ex racionabilibus causis ecclesia potest
dispensare quo ad non sacrificantes. Et si ex primo arguitur non
esse preceptum, ex quo ecclesia potest dispensare, et sub altera specie tantum
posset hoc sacramentum conficere, eadem racione posset utramque speciem
deponere, quod esset hereticum quia esset contra legem Christi. Secundo
in dicto quod celebrare sine confectione huius sacramenti et consecracione in
ecclesia sit de immediato precepto Christi ut maior pars doctorum, tamen quod non
sequitur, quod si ecclesia posset dispensare in una specie, quod eadem racione
posset utramque speciem deponere, quia in dispensacione unius speciei
non tollitur substancia sacramenti, sed solum quidam modus. In de-
ponendo utramque speciem tolleretur substancia sacramenti, et ita diceret
contra legem dei, nec posset assignari aliqua racionabilis
causa quam ecclesia deberet tollere substanciam nobilissimi sacramenti
sicud in sublacione alterius in casu Alberti et Innocencii. Unde male
arguit et procedit ulterius quod si ecclesia non potest deponere, nec eciam papa
ex toto utramque speciem ex hac, quia faceret contra legem et preceptum Christi
pari racione non potest subtrahere alteram speciem, neque de sacramento sacerdote
celebrante neque de communione layca, quia utraque est de precepto Christi,
ut dictum est, quod licet hoc sacramentum esset de precepto Christi sicud illud xxx q. 1. Dicunt quidam ...
tamen quo ad celebrantes, quo ad non celebrantes non tamen
utraque pars speciei est de precepto Christi, precipue in communione laycali.
Unde in omnibus suis aut responsionibus aut argumentacionibus

presupponit id quod habet probare, quod non probavit nec probabit, nisi tamen. Secundo autem circa precepta ecclesie, et alia que in ecclesia ecclesie precipiuntur et dogmatizantur, sicut ipsa ecclesia accepit sibi tradita a deo, ostensum sunt in penultimo capitulo, nec positionis satis diffuse. Ultimus dicit quod sanctus Thomas dicit in 4to, quod propter defectum vini, vinum non est conficiendum sine alio, cum utrumque sit de perfectione sacramenti, et quod sacerdos non sumens utrumque sacrilegium, ac per sedem canones incurrit. Exquatenus ad primum dictum sancti Thome, dico quod sane intelligendum est, quia sanctus Thomas non ponit se in illo extremo casu, in quo nec ullo modo, et in quo possit haberi vinum, quia in tali casu extremo, credo quod sanctus doctor similiter diceret et teneret cum Innocentio et Alberto magno. Loquitur igitur doctor de communi modo se habendi terrarum fidelium, in quibus licet non nascatur vinum vel triticum, tamen de facili potest ad partes illas deportari. Unde dicit in tertia parte: licet in aliquibus terris non nascatur triticum et vinum, tamen de facili ad omnes terras fieri potest quantum sufficit ad usum huius sacramenti, nec propter alterius vinum sine altero vel econverso est conficiendum, quia non esset perfectum sacrificium. Quando enim in terris in quibus vinum non nascitur, et aliquis apportaret, et forte aliquis non tunc utitur ad tempus, potius est a confectione desistendum quam vinum sine altero conficere. Et hoc modo intelligo doctorem sanctum. Secundo enim in hoc sacramento sunt duo attendenda, res videlicet ipsa cum suo effectu et ipsa representatio dominice passionis, sed utrumque res ipsa huius sacramenti cum ratione sui, cum ratione sui effectus principalis et principalius in hoc sacramento intentum, ipsa vero dominice passionis ratio ex quo cum utrumque tali extremo casu posito probabiliter. Admodum cum dictis doctoribus, quod potius esset sub una specie conficiendum quam totaliter omittendum. Non enim est verisimile quod Christus propter huiusmodi representationem passionis sine extrinseca voluit populum suum vel ad impossibile obligari vel tanto sacro et sua pura in eadem privari totaliter, cum sub altera specie integer et perfectus continetur.

Ad secundum dictum predicti doctoris dico quod sacerdos extra predictum casum positus qui posset habere vinum et sub altera conficeret et sumeret, vel sub utraque conficiens et tamen alteram sumeret, reus esset sacrilegii secundum canones, specialiter secundum canonem Gelasii pape, quod manifeste datur intelligi ex verbis eius, cum dicit, quia divisio unius eiusdem misterii sine grandi sacrilegio non potest provenire; cum igitur in casu predicto non est divisio unius et eiusdem, sed quod ibi non committitur sacrilegium. Ultimo dicit quod Albertus in dicto casu loquitur opinative, vel sic habetur per revelationem dei qui supra precepta sua potest dispensare. Et ideo dicit ad Innocentium. Sed salva pace sua, nec Innocentius nec Albertus loquitur opinative aut presupponunt revelationem aliquam, sed solum auctoritatem ecclesie per cuius dispensationem hoc fieri potest. Legatur Albertus, quod expresse dicit quod videtur sibi quod de hoc consultatio ad curiam fieri deberet propter intollerabile dampnum etc., quod nititur ex parte defectu.

de c° 1a glo Ambrosii de indignitate sumentium

Ultimo adducit auctoritatem Ambrosii que habetur in glosa super 1a ad Corinthios xi°: Quicumque manducaverit panem vel biberit calicem domini indigne reus erit corporis et sanguinis domini. Ita dicit: Indignus est qui aliter celebrat misterium quam a Christo traditum est. Ad hoc dico quod dicta auctoritas intelligitur de sacrificantibus, unde dicit notanter: Indignus est qui aliter celebrat

Celebrare ipse est sacrificatum quam indignitatem concludit ille
extremus casus positus per Albertum, ut dictum est. Vel dicendum aliter
quod hec indignitas potest contingere tripliciter. Uno modo ex ipsa celebra
tione, ut si quis in celebratione non servaret essentialia a Christo instituta
vel etiam accidentalia nondum per consuetudinem vel eciam statutum ecclesie
variata, ut patet qui aliud panem quam triticum et aliud quam vinum offerret
et nunc contra statutum ecclesie sine sacris vestibus et aliis et sic votatus
ipse populo ministraret. Et sic posset intelligi dictum Ambrosii. Secundo
hec indignitas potest contingere ex parte sumentis, quia videlicet sunt
cum voluntate peccandi mortaliter de futuro, vel quia est impenitens
de peccato. Tercio modo ex defectu devotionis, quia ex occupatione temporalium
distracta mente accedit ad hoc tam venerabile sacramentum, retinens tamen
habitualem reverentiam debitam. Prime due dignitates semper faciunt
reum corporis et sanguinis domini, tercia vero non. Sed tamen ipsa impedit
fructum spiritualis dulcedinis, quam non sentit distractus ab actuali de
votione. Et hec tres dignitates sumuntur ex dicta glosa Ambrosii
si lucubranter et diligenter consideratur; dicit enim indignus est qui
aliter celebrat quantum ad primum, et qui non devota mente accedit
ad eucharistiam quantum ad tercium, vel in voluntate peccandi manet
quantum ad secundum. Item querebat de libaminibus ut dictum sibi, que liba
mina sumebant sacerdotes dum essent circa altare in offerendis sa
crificiis domino. Ad hanc secundam interrogationem visum est supius quod dice — de libaminibus
batur quod sacrificia veteris legis consumabantur non in sumptione per
modum cibi sed in combustione ignis, unde non oportebat quod circa
altare aliquid sumerent sed oblationes que fiebant a populo de liquida
materia que non consumebantur in sacrificiis de illis post sacrifica
salis sacerdotibus licebat edere et non populo etc. ¶ Post predicta — de modernis doctoribus
aliqua de modernis circa doctores scolasticos ipsos adducti pro
consuetudine ecclesie catholice. Dixit primo quod negans eos sine causa
non est bonum secundum illud ecclesiastici: ne despicias narrationem presbiterorum etc.
Unde inter doctores distinctio attendenda est, quia secundum suppositionem
meam quadam doctores antiqui preferendi sunt modernis doctoribus
qui frequenter loquuntur secundum consuetudinem quam vident, potius ad
consuetudinem quam ad rationem vel scripturas attendendo et specialiter que
consuetudo vel aliquid aliud videtur tangere ecclesiam Romanam vel ab ea
procedere, quia vel ratione reverentie quam volunt eidem ecclesie Romane
exhibere, vel ratione timoris quo eam reprehendere non audent, vel
ratione scolastice collationis, qui doctores semper contradicunt sibi invicem.
Et ecce unus eorum doctor sepe et sepissime est sibimet contrarius
et contraria in dictis suis. Et dixit quod ipse habet articulos ultra
XL in quibus sanctus Thomas sibi ipsi contradicit. Ratione igitur
istarum causarum dixit tenendum pro regula de istis doctoribus modernis
quod ipsis tantum credendum est quantum se fundant in lege divina vel in
doctrina doctorum antiquorum. In aliis vero ratione contradictionis mutue
in dictis ipsorum non est ipsis credendum. Sed circa predicta est
aliquid dicendum. Primo quod inter doctores antiquos et modernos

et etiam inter omnes doctores generaliter simul sumptos facienda est
comparatio respectu unius et eiusdem materie sententie et conclusionis. Non
enim esset comparatio bona respectu diversarum scientiarum aut facultatum
ut puta si Augustinus scripsit in materia trinitatis et deitatis, et Iohannes
vel Gregorius in materia moralium, non est facienda comparatio quibus medis
scripsit Augustinus vel Gregorius in materia trinitatis vel eiusdem in materia
moralium, sed comparatio attenta circa idem, et hoc modo intelligenda
est una ex suppositionibus meis generalibus, in qua dixi debere fieri
comparationem inter doctores antiquos et modernos in admissione
quadam in alia sequenti suppositione videlicet quod dicta doctorum compa
rentur ad canonicam scripturam referantur scilicet intentionem et intellectum
ecclesie catholice, secundum quod dixi in prima ecclesie, velud dixi quod obiectum fidei
est prima veritas secundum quod in sacris scripturis revelatur scilicet secundum quod
ecclesia eam suscipit et approbat, Fateor igitur quod si Augustinus et sanctus
Thomas exponunt unum textum scripturarum vel loquuntur de eadem
conclusione, quod ceteris paribus pariter esset standum Augustino quam sancto Thome
Sed si fiat comparatio Augustini et sancti Thome, secundum quod conformius
quem auctor intendit scripture et acceptabilior quod etiam quod in tali
sententia Thomas esset Augustino preferendus, cum igitur dicta comparatio doctorum
ut dictum est facienda sit circa idem, nec aliquis doctorum antiquorum
in forma aut in materia tractaverint, utrum generis laicalis sub utraque specie
quod omnes moderni per me adducti doctores tractaverunt, neque in
hac materia doctores antiqui non sunt modernis comparandi neque
preferendi, et ita dictum suum de hac comparatione doctorum nichil valet
neque deservit sibi ad aliquid, cum non tractant eandem materiam nec oppositum
contradicunt. ¶ Plures quod omnes doctores a ducentis et ultra annis
usque in presentem diem propter favorem aut timorem ecclesie Romane defen
derunt contra rationem et veritatem scripturarum consuetudinem unius speciei
dampnabile et presumptuosum sit dictum videat qui dicit et asserit
asserere enim aliquid de precepto Christi quod nullus doctorum dixit, et asserere
omnes doctores qui dixerunt oppositum favore vel timore impugnasse
veritatem iudicio meo summe temeritatis et presumptionis est. Nam
omnes ille auctoritates quas adducit pro se ex sanctis scripturis Iam
a mille et tot annis fuerunt per sanctos doctores in sancta dei ecclesia
predicate et exposite et ruminate, et nunquam aliquis asseruit quod utriusque
speciei sumptio esset de precepto Christi aut de necessitate salutis, nec dicat quod
usque ad ipsorum tempora ecclesia doctores sui aut non curaverunt et neglexerunt
considerare aut non intellexerunt, aut intellectam veritatem prodere noluerunt
favore vel timore, aut aliqua alia passione ut dicit adversarius
quia cum ipsi erant ardentissimi inquisitores divine voluntatis et prec
eptorum eius et devotissimi observatores non est verisimile, quod in tanta
re et sacramento fuissent negligentes ad divinam voluntatem investigandam
ex scripturis sanctis, et cum essent preclarissimi ingenii, studiosissimi et exer
citatissimi in scripturis sanctis, presumptuosum est dicere, quod ipsi non potuerunt
intelligere, et cum fuerint quod plures ex ipsis sanctissime vite ita ut ex
episcopalibus omnibus renunciaverint pompas honores divicias

fama et omnia huius seculi contempserint propter Christum, claruerintque et in vita et post mortem miraculis, nullo modo dicendum est, quod ipsa aut propter divicias seu dulcedinem voluptatis, aut propter depressionem laicorum aut favore sive timore curie Romane, aut quacunque alia ex causa sinistra equitatem, veritatem tanti misterii, aut celebrationis apparatum et consuetudinem impugnare voluerint, presumptuosum est ergo et omnino dampnabile dicere quod a tot centenis annorum ecclesia universalis, et tanta doctorum ac sanctissimorum virorum turba, totque preclarissime universitates preceptum utriusque speciei non intellexerint, et quod unus modice litterature vel circa decem dicant se invenisse et intellexisse quod mundus per mille quadringentos annos intelligere non potuit. Quibus propterea congruit Jeronimi ad Oceanum et Pammachium: Respondebo, inquit, quisquis es assertor novorum dogmatum, queso te ut parcas Romanis auribus, parcas fidei que apostolica voce laudata est. Cur post quadringentos annos docere nos niteris quod ante nescivimus, cur profers in medium quod Petrus et Paulus edere noluerunt? Usque ad hanc diem sine doctrina tua mundus Christianus fuit; illam senex tenebo fidem in qua puer renatus sum. Hec Jeronimus. Patet autem quod nec Petrus nec Paulus docuit communicare sub utraque specie esse de precepto Christi, nec eorum laicum sub una specie docuerunt sacrilegum. Si ergo Jeronimus de aliis novorum dogmatum inventoribus post quadringentos annos conquerebatur, quanto magis nos immo ipsa ecclesia catholica conqueri debet de inventoribus novitatum quas nec Petrus nec Paulus in medium edere voluit post mille quadringentos annos. Et si iuxta Jeronimum usque ad hanc diem sine doctrina istarum novitatum mundus Christianus fuit, pro deo illam in senectute seculi cum Jeronimo vel ipsa senes teneamus fidem in qua pueri renati sumus. Valde mirum et admiranda, immo et miseranda quorundam ruditas, ut postposita universalis ecclesie tantorum sanctorum doctorum et suorum progenitorum atque patrum doctrina unius, trium vel quatuor deceptorum novitates et inanes fabulas sequantur, cum Jeronimus ait illam senex tenebo fidem in qua puer renatus sum. Nam si ratio naturalis dictat et ratione probatum est, ut unicuique in arte sua perito et docto credendum sit, utique multo magis dictabit credendum esse decem vel centum vel mille doctoribus in arte eadem aut sciencia peritis et doctis quam uni soli, et adhuc multo amplius dictabit esse credendum centum aut mille doctoribus ut premittitur quam uni soli aut tribus vel decem imperitis in arte et indoctis, sicud si in medicinali sciencia questio oriretur super sanatione alicuius infirmi, et centum doctissimi et peritissimi medici una ex parte unanimiter et concorditer suaderent sic vel sic faciendum, essentque alia ex parte tres vel quatuor, et quod amplius est rudes et indocti, dicerentque contrarium faciendum, utique centum essent sequenda ab infirmo, et esset maxima fatuitas et maximum periculum oppositum facere. Cum igitur in sacro Constanciensi Concilio ecclesiam universalem congregata fuerint ultra mille doctores peritissimi et doctissimi in utroque divino pariter et humano et unanimiter concorditerque nemine discrepante in unam sententiam convenerint, videlicet communionem quo ad non sacrificantes utriusque speciei non esse de precepto Christi nec etiam spectare de necessitate ad salutem, et ita per totam ecclesiam confirmatum et declaratum fuit, fuerintque

ex parte altera in Regno Bohemie dampnate memorie sepe nominatus
Jacobellus, indoctus existens, nec in theologica facultate graduatus
cum paucis sibi adherentibus similiter iniustis et indoctis dogmatizans
communionem sub utraque specie esse de precepto Christi et de necessitate salutis
utique maxima ruditas et miseranda simplicitas fuit et est in populo
Regni Bohemie, ut dimissa sententia et doctrina tam peritissimorum
virorum et ecclesie sanctitatis fuit et sequitur paucorum et rudissimorum personarum
nostrorum hanc in tanta ut novitatem, cum qua novitate totum regnum
Bohemie quod olim tam gloriosum fuerat, et spiritualibus ac temporalibus
bonis habundans destruxit et deduxit ad perpetuam confusionem et infa
miam. Item si ratione contradictionis qua doctores moderni contradicunt
sibi invicem non sit credendum doctrine eorum, aut alicui parti sic, et alicui
parti non. Non est dicendum primum, quia tunc suspenderetur omnis doctrina
ipsorum, sed ergo quod credatur eis in hiis videlicet in quibus concordant cum scriptura
sancta et cum sanctis doctoribus, sicut etiam adversarius concedit. Sed
cum in interpretatione scripturarum tam inter antiquos doctores quam inter
modernos, circa unum et eundem passum sepe contingit multiplex va
rietas, utique remanebit dubium quis ipsorum bene vel male dicat, quis
ergo erit Judex, ut cui magis adhereatur quam alteri in interpretatione scrip
ture. Ad quod tamen ex parte scripture quam ex parte doctorum multiplicitas
sensuum reperitur, ulterius cum multi moderni doctores declaraverunt
tam de passibus sacre scripture, quam in dictis sanctorum doctorum, que nec per
ipsam scripturam aperte erant manifestata, nec per dicta antiquorum
doctorum declarata, novis emergentibus occasionibus et causis, et in ipsis
multi in multis sibi invicem contradicunt, et in multis concorditer et
unanimiter sentiunt. Rursus iterum erit Judex ut predicti ipsorum sententie
acceptentur vel respuantur. Sed dicendum quod in omnibus predictis contradicti
onibus et convenientiis tam antiquorum doctorum quam modernorum hec duo
singulariter attendenda est, quia dicta contradictio ipsorum aut convenientia
aut est in hiis que fidei sunt, et de necessitate salutis, aut in hiis que imper
tinenter se habent vel indirecte ad salutem, et si secundo nichil curandum
est de ipsorum contradictione, cum sermo non precise sit de hiis que pertinent
ad salutem. Si autem sermo eorum versetur in hiis que fidei sunt, et de necessitate
salutis, tunc aut omnes conveniunt sine quacumque disceptatione et contrarietate,
aut si in aliquibus difficilibus pertinentibus ad fidem contraria senciunt
nullus tamen sibi usurpat presumptuose auctoritatem diffinitivam, sed quilibet
eorum se subiciat melioris sententie, et specialiter determinationi ecclesie catholice.
Sed cum igitur communio sub utraque vel sub una specie vel indirecte sit de
hiis que pertinent ad fidem et ad salutem fidelium, utique notum est cum
tanta multitudo doctorum in pretitum consenserit et consentiat sine quacumque con
tradictione et sine quacumque disceptatione in unam sententiam videlicet
quod communio sub utraque specie laicalis non sit de precepto Christi et quod sub una
sit licita et honesta credere ita esse ut ipsi senserunt, maxime ecclesia
ipsorum sententiam approbante. Non ergo ex hoc quod moderni doctores
sibi invicem contradicunt in aliquibus sicut in hiis precipue que fidem non continent
respuenda est et refellenda reprobanda communis ipsorum sententia in materia
fidei cuiusmodi est presens, omnino reprobanda sed omnino et acceptanda, et
cum devotione imitanda et veneranda, ex quo eam precipue universalis
ecclesia acceptavit et approbavit — Post hec dicebat, quod nullus

de Contradictione docto[rum]
24

aliorum doctorum prius allegatorum dicit communionem sub utraque specie esse hereticam aut erroneam sive etiam non esse de precepto, et ideo dixit quod auctoritates ipsorum in nullo militant contra eum, et dicit quod loquebantur scilicet de communione sub una specie ad excusandum consuetudinem quam in ecclesia invenerunt. Ipsorum dicta non est necesse recipere ex quo militant contra veritatem sacre scripture, et adhoc induxit multas auctoritates doctorum quibus probat nichil valere dicta doctorum conciliorum summorum pontificum et aliorum doctorum quorumcumque pro quanto reperiuntur esse contraria veritati sacre scripture aut precepto Christi. Non est autem nunc dictas auctoritates hic causa brevitatis inserere, quia pro quanto assumuntur pro probatione maioris propositionis, que posset admitti, conceduntur; quia vero dicit contra minorem, videlicet quod communio sub una specie quam allegati doctores et decreta sanctorum patrum defendunt et approbant sit contra veritatem sacre scripture aut contra preceptum Christi et per consequens quod utraque species sit de precepto Christi, semper falsissime presupponit, quod nec probavit nec probabit unquam, nec una minima quantumcumque minimi doctoris catholici auctoritate aut ratione. Quod autem dicit quod dicti doctores per me allegati non dicunt communionem sub utraque specie esse hereticam, dico quod nec ego dico, nec aliquis nostrorum dicit, nisi prout superius et sepe in hac audiencia declaratum est, videlicet inquantum practicantes eam dicunt esse de precepto Christi et de necessitate salutis, et per consequens communionem sub una specie sacrilegam, propter quod hac principaliter scismata asserunt, et inquantum principaliter scismata faciunt in ecclesia dei. Similiter ad illud quod dicit, quod doctores non dicunt communionem sub utraque specie esse de precepto Christi, dico quod licet fortasse illa non exprimant expresse, tamen de necessitate sequitur ex dictis ipsorum, scilicet quod agere conformiter precepto Christi est bonum et laudabile atque meritorium, sequitur a contrario quod agere contra preceptum Christi sit malum et culpabile atque demeritorium et dampnabile; cum ergo doctores laudent et approbent communionem sub una specie de necessitate, sequitur non esse preceptum sub utraque, alioquin approbarent malum et culpabile, quia approbarent factum contra preceptum Christi. Et finaliter quo ad dictos doctores allegatos et ad alias, quod in tantum sunt accipiendi in eorum dictis nisi doctrina in scripturis conformiter loquitur ecclesie primitive et non aliter, que sunt quam communis est, et sic tota ecclesia dei esset deducti allatura si teneretur et pendetur in practica, audiat Augustinum di. xi c. ecclesiasticarum, ubi ita dicit: Ecclesiasticarum institutionum quasdam scripturis, quasdam vero apostolica traditione per successores in misterio confirmatas accipimus, quasdam vero consuetudine roboratas approbavit usus, quibus par ritus et idem utriusque pietatis debetur affectus. Unde quis vel antiquatum sanctarum expertus scripturarum hesitaverit, si eum attenderimus consuetudines ecclesie non nisi per scripturas a patribus traditas nichil estimare, totum religionis detrimenti latura sit, ante eum de spiritualibus liquido constabit? Idem et inde ordine scripture sanctificate crucis signaculo fideles docuit insigniri etc., que ibidem sequuntur. Ecce quod apertissime Augustinus declarat, quantum detrimenti religio christiana passura esset, si tantum illa vellemus recipere que scripturis aut apostolicis traditionibus pervenerunt ad nos, spretis consuetudinibus ecclesie et multomagis aliorum sanctorum doctorum ecclesie dictis scriptis et documentis.

Post hec pessime dicit inter malos et bonos prophetas, quia mali et falsi prophete in hiis que incipiunt falsa dicere, prophetant

quod communionem sub utraque specie allegati non dicunt hereticam, sed solum tenent eam esse de necessitate salutis contra hereticam et esse de precepto Christi

magnum detrimentum religio christiana pateretur si tantum ea vellemus recipere que scripturis et apostolicis traditionibus pervenerunt ad nos spretis consuetudinibus ecclesiasticis

dicit inter malos et bonos prophetas

in falsitate, quam reputant boni vero prophete quibus loquentes ex spiritu falsa
credentes se loqui, a spiritu sancto statim post corrigunt suam falsam quam
locuti sunt. Posuit exemplum de Nathan propheta et de Ysaia dum ipse Ysaias
falso dixit Ezechie Regi: dispone domui tue, quia morieris et non
vives, quapropter et statim mutavit suam, et reintegressus ad Regem
dixit oppositum, non morieris vel cetera. Ergo hoc videndum est quod dicunt doctores de

de mutatione duplici scilicet in una quantum ad causam erroris vitandi

Item loquendo contra unam causam mutationis dupliciter,
videlicet contra causam erroris vitandi, scilicet in unam
vitandi quem possent incurrere vulgares, debet deponi una species, et arguit: Si propter errorem
hac facto, ergo eadem ratione multa debent deponi de sacra scriptura, quia
multi passus scripture sunt causa multarum heresum, prout etiam
per dominum auditorem fuit deductum satis diffuse in sua positione.
Sed tamen propter dictam causam non fuit deposita aliqua scripture
pars, ergo eadem ratione non debet deponi, nec deponi debuit altera species de
sacramento. Dico quod magna differentia est inter sacram scripturam et speciem
sacramenti, quia additio vel subtractio a sacra scriptura est manifeste prohibita
a deo, ut patet in multis locis, non autem sic est prohibita subtractio
secunde speciei, et ideo non est simile vel dicendum, quod duplex est error:
unus qui causatur ex occasione iuris, et alius qui causatur ex occasione
facti, et inter hos errores magna est differentia. Error qui causatur
ex occasione facti dupliciter contingit, sicut quod duplex est factum. Est enim quoddam
factum quod dependet ex precepto iuris, quoddam non, quod preter dispensationem
divinam, quia quoddam factum dependet ex precepto iuris scilicet et modum,
ut sic fiat, et etiam quod tali modo fiat, quoddam vero secundum substantiam
tantum et non modum, quia licet dependeat a precepto iuris ut fiat
tamen quo ad modum indifferenter se habet ut sic vel sic fiat. Si igitur error
causatur ex occasione iuris, aut causatur ex insufficientia dispositionis
iuris, quia videlicet est insufficienter traditum, et tunc utique tale
tollendum aut supplendum, ut ex se non sit occasio erroris, ut periculis
errantis contra ius. Quod causa non ex insufficientia iuris, sed ex insufficientia
ignorantia aut ex malicia, et infinitis aliis modis quibus mali
homines impingunt occasionem sumptam non ab ipso iure, sed a proprio corde,
est tollendum ne ... contra veritatem, et tale ius nullo modo est
detrahendum, et lex sufficientissima, et hoc modo sacra scriptura est ius
meum suppositione generali, et in declaratione fuit multum diffuse, in quo
meridiana offendens non sol, aut meridies, sed per ... quia cecus ambulans in plena luce
nec debet sol vituperari aut tolli, quia cecus offendit, et nec lux
divine sapientie debet eclipsim pati, quia privatione homines et
heretici offendunt ex ipsa veritate, et cadunt ... varios. Secundo
si occasio erroris contingat ex facto quod lex precipit, et eo modo quod
lex precipit dicendum est, quia error non est ex defectu facti quod
iure dispensatur, sed ex defectu occasionem accipientis error oritur.
Si autem occasio erroris contingat ex facto quod precipitur a iure

non ratione sui, sed ratione modi quo sic vel sic non percipitur a communi
fieri. Tunc summa cum diligentia pensatis et ponderatis utrimque modi
rationibus, difficultatibus, periculis et occasionibus errorum vel errorum,
illa pars eligenda et manutenenda est, que convenientior et congruentior est
tempori et conditioni presenti hominum, et sic non est inconveniens quod
permanente substantia precepti modus operationis varietur, sicut ubi
sic secundum exigentiam ut dictum est temporum et personarum. Hoc autem factum dependebat
et secundum substantiam et secundum modum non a lege que utrumque imponit
sub debito, sed a propria voluntate, et est occasio multorum periculorum et
errorum utrimque et quo ad substantiam et quo ad modum, debet auferri et tolli.
Ex istis dicta ad argumentum replicantis, quod non est simile de errore
qui causatur ex lege divina et ex dictis eius, et de errore qui causatur
ex duplici specie, qui non est de precepto divine legis, quantumque sit
de substantia sacramenti, quia error qui causatur ex scriptura sancta
non est ex insufficientia ipsius, sed ex defectu credentis, quare non
debet per hoc aliquid detrahi; error autem qui causatur ex duplici specie
occasionaliter sunt ex facto, cum modus in exequendo non cadit sub precepto,
sed indifferenter se habet, ut sic vel sic fiat, et per consequens modus
ille qui est errorum occasio debet tolli, cum quod est oppositum ut declaratum
est. Post hec arguit contra illud quod dixi, quod istud sacramentum
potest considerari duobus modis, vel quo ad efficaciam vel quo ad
significationem. Quantum ad primum dicebam sufficere sumptionem huius
sacramenti sub una specie; quantum vero ad secundum dicebam quod non est perfecte
representationis et significationis, exigit utramque speciem. Contra istum
igitur modum dicendi primo instat, quod non sit tanta efficacia sub
una sicut sub duabus. Secundo quod species in hoc sacramento aliquid causant
et per rationem sumptionis secundum speciem tantum hoc aliquid gratie
et efficacie. Arguit igitur primo: duplex species sacramenti est instituta a
Christo propter usum magis et efficaciam quam propter significationem, quia
usus est finis et nobilior, ergo duplex species in hoc sacramento magis requiritur
propter efficaciam quam propter significationem. Assumptum probat per Gratianum
in v° di. ij c. ij, ubi dicit quod sumere est magis utile quam conficere,
et corpus domini eucharistiam velle sumi a quolibet christiano dicente
Joh. vi°: Nisi manducaveritis; et sic concludit quod significatio huius
sacramenti est minus principale quam sumptio. Secundo ad assumptum quando
hoc sacramentum magis dicitur est attendenda inter efficaciam significationem et usum,
quia efficacia et significatio sunt tamquam quidam fines institutionis huius sa-
cramenti. Efficacia quidem sicud finis principalis et centralis et intrin-
secus. Significatio vero quasi quidam finis extrinsecus et minus principalis.
Usus autem non se habet proprie ut finis sed ut medium quo dicti
fines attinguntur, quod est esse finem sub fine. Dicam igitur hoc presup-
posito considerantem indifferenter se habet ad predicta tria, quia ordinatur ad
usum efficaciam et significationem, sed duplex species proprie et determinate ordi-
natur ad significationem. Et assumptum replicantis stante sic sacra-
[illegible] hoc institutum est a Christo magis propter usum et efficaciam

De efficacia et significatione istius sacramenti

Primo arguit quod non est tanta efficacia sub una specie sicut sub duabus

Responsio

quod propter significacionem concederem, et tunc conclusio nichil faceret contra me
sed quia dicit duplex species sacramenti etc. negatur assumptum simpliciter
quia appositum verum est, nec probatur per Decretum adductum, sed bene sufficit
quatenus in aliquo, quod Decretum non dicit, quod duplex species instituta sit
magis propter efficaciam, sed dicit quod sumere est magis necessarium quam consecrare
et hec concedo prout alias fuit responsum in posicione principali
contra quia nichil replicans replicavit. Et licet dicat Decretum quod
Christus docuit eukaristiam velle sumi a quolibet Christiano, non tamen dicit
2° ad idem arguit sic quod sub utraque specie. Item arguit sic, Christus dicit accipite et man-
ducate, et iterum, accipite et bibite, in quibus verbis Christus expressit
usum huius sacramenti tamquam finem et non significacionem. Et idem
apostolus in loco sepe allegato. Ego enim accepi a domino etc. Et ex hiis
infert quod populus non debet quiescere in significacione, sed debet tendere ad
confirmat glosam, accipite vos et aliis date. Et per Nicolaum
visio de Lyra hic iungit usum sacri, et non debet separari. Ad istud iam dictum
est, quia Christus dedit apostolis hoc sacramentum sub racione efficacie, sed
sub duplici specie precepit eis usum non racione efficacie, sed racione sig-
nificacie ut dictum est, nam ipsis solis quos in sacerdotes instituit
precepit ut facerent in suam commemoracionem. Ad glosam cum dicitur est
quod quod Christus distincte precepit fieri a sacerdotibus, glosa dicit aliis
dari indifferenter nec separari sit. Aliud Nicolaus dicit Christus iungit
huius sacramenti, non dicit duplicem speciem iungi communioni laicali,
unde non est verum quod usus utriusque speciei sit consecracionis ipsos
ordinatur, ad efficaciam scilicet et significacionem. In laico quia in significacione usus huius sacramenti ad duo
3° ad idem arguit sic tendit, ad quod sufficit altera species. In laico autem ad efficaciam
ad idem, quod ... plenus et totus Christus datur, ut sepe dictum est. Item arguit
gratia sit sub utraque specie, non tamen per idem sacramentum datur omnes
sicud dicit sanctus Thomas, ita est et hic, quia licet non sit dualitas
sacramenti nisi materialiter, tamen sunt duo instrumenta ad causandum
effectum in nobis spiritualem ... et confirmat per exempla. Sicud
enim sol in terra per diversa media facit diversos effectus, quia
alibi dissolvit, alibi constringit, et alibi desiccat, et alibi mollificat.
Ita verus sol iusticie Christus dat ut per diversa media dat nobis
effectus suos, et sicud in effectibus solis deficiente medio deficit
effectus, ita in effectibus Christi, deficiente sacramento vel specie de-
ficit effectus. Aliud exemplum posuit de cibo et potu, quia naturali
quia remoto potu, deficeret effectus nature quem dat de potu
Ita de proposito subtracta una specie scilicet vini, subtrahitur effectus
potabilis in ea. Et ideo concludit, videant qui contempnunt has species
quia Christus dicit Johannis vi° nisi manducaveritis etc. Et ... sic dicit
nisi quis renatus etc., et ita licet sit totus sub utraque specie, non
tamen permittit se diffundi nisi per speciem utramque, et ita duplex
gracia accipitur, qui sub utraque specie assumitur, tunc scilicet quod hec
visio sit hic. Sed dicendum quod verum est quod Christus per diversa sacramenta ...

per diversa instrumenta causat gratiam in suis fidelibus. Sed due species
in hoc sacramento non sunt duo sacramenta nisi materialiter, sed unum
ratione perfecte unitionis quam dicta duplex species representat, unde
dicte due species non possunt causare nisi unum effectum et unam gratiam
et cum perfecta unitio anime non causetur ex speciebus sed ex rebus
in hoc sacramento contentis, clarum est quod tunc operabitur in sumente si su-
matur sub una, quemadmodum si sumatur sub utraque, cum sub altera contineatur
quantum sub duplici communicatur licet non tantum perficiatur. Unde sicut
agens principale se habet in ordine sue actionis, ita quod non agit nisi
in quantum est unum per formam suam, sic etiam agens instrumentale non
agit nisi secundum quod est unum per formam suam conformiter ut posset eo-
pari principali agenti, et ita est hic quia utraque species, sive quelibet
per se sumpta se habet ut unum instrumentum coagens principali agenti, et ita
per illas duas species nullo modo potest causari duplex effectus, nec duplex
gratia sed una tantum. Nec est simile de sole qui est agens naturale
nec effectum efficit in inferioribus nisi secundum dispositionem mediorum, cuius
actio determinata est. Similiter nec de cibo naturali qui in se non habet sufficientiam
perfecti nutrimenti sed solum secundum partem. Sed si dicat sicut et superius
dixit, quod licet Christus non sit alligatus sacramentis ut aliter non posset
causare gratiam, tamen ita est quod ipse pepigit et iniit fedus ut qui
susceperit hec sacramenta habeat gratiam ipsorum, que per ipsa sacramenta
ministratur, et non aliter. Dico quod licet ita sit de sacramentis secundum perfectam
celebrationem sacramentorum, non tamen pepigit fedus in modo usus vel
ritus suscipiendi sacramentorum, nisi eum respicit, neque fedus neque
preceptum neque aliquam obligationem in tota serie scripturarum qua Christus
voluit obligare laicos ad se vel ad se sumendum. Et ad auctoritatem
Johannis Nisi manducaveritis, superius dictum est quod est et sit de sa-
cramentali intelligetur et preceptive, non tamen preceptum determinat
species, sed tantummodo res, carnem scilicet et sanguinem que sub altera specie
vere et sufficientissime comeduntur et bibuntur et sumuntur. Unde sicut
Nisi quis renatus ex aqua et spiritu sancto, includit aquam et spiritum
ita et hoc preceptum carnem et sanguinem, et nichil aliud. Unde patet
quod nulla efficacia nec maior habetur in simplici et laica communione
sub utraque specie quam sub una. Item ad pertractationem confirmationis adducunt
auctoritates Augustini, sancti Thome et Alberti magni, que in responsione
mea prima sufficientissime sunt solute, et cum contra dictas solu-
tiones nichil hic replicet, quia licet speraret non potuit, ideo dictas
solutiones causa brevitatis hic replicare omitto. Item dicit quod Item pro
si aliquis dicat quod fidelibus Christi sufficit sub prima specie, et ita
non proficit secunda vice sumere, hoc non sufficit, quia duplex est
modus proficiendi, unus qui est quolibet opere bono, alius qui
est sacramentalis, quo pepigit deus se daturum gratiam suscipientibus
sacramenta cum fide. Et si dicat quod recipiendo sub secunda specie capit
aliud perfectum etc. Sed in hoc decipitur, quia credit has duas species
distinctas, quasi essent duo sacramenta, quod omnino non est verum. Item
dicit Christus, dum instituit hoc sacramentum, precipiebat quod sub utraque specie Item pro quod non sufficit sub sub 2a specie

quod nec ex perceptione nec solum duplex effectus nec duplex gratia

dabatur totus et integer ac plenus Christus, similiter sancti patres in
primitiva ecclesia sciebant idem scilicet quod sub utraque specie totus et integer
Christus continebatur, et tamen neque Christus neque predicti sancti patres dando
et ministrando sub utraque specie crediderunt se frustra facere. ¶ Sed sicud
in utraque tamen Christus quod sancti patres sciebant predicta nec frustra
fecerunt, Christus enim instituens apostolos sacerdotes, dedit eis formam non
solum pro efficacia acquirenda sed etiam pro perseverancia facienda
quam dixit, hoc facite in meam commemoracionem, et ita non frustra
sancti patres in primitiva ecclesia hoc idem faciebant in aliquibus locis
etiam laicis ministrando propter casus, sed non eodem modo, Christus enim
sacerdotibus hoc sacramentum precepit fieri vacare utrumque simul se ministrabat
laicis. ¶ Sed ut per speciem sacrificii contemperata fervorem quem habebat
minimum in eisdem quasi quodam sopore extincto pamplius esset

Nota arguit doctores probando quod species in hoc sacramento causant graciam

dicit augeat et confortarent. ¶ Post hec volens probare in
species in hoc sacramento causare graciam, quod esse inconveniens
dare, inducit, quod sacramenta nove legis causabant graciam, scilicet causa
hoc inducit sanctum Thomam 3a parte q. 62. art. 1. et ad
totum articulum ad plenum, et volebat inducere alios doctores qui
dicunt conformiter ad sanctum Thomam, quod sacramenta causant graciam, per modum causare
instrumentaliter, et quod palagizabant aliquando
pro eodem non advertentes quod sacramentum sacrum et species huius sacramenti
se habent per modum materie, virtus autem impressa per benediccionem
aut consecracionem se habet per modum forme in ipsis sacramentis et
ex ipsis speciebus seu elementis, et ex ipsa virtute impressa fit
unum veluti ex forma et materia compositum, cui proprie competit
agere ut instrumento, ¶ Unde sanctus Thomas in 4o di. 8a art. 3o ita
dicit ¶ Quod ad species sensibiles aliorum sacramentorum se habet virtus que
interius inest que sanctificatorem accipit ex qua sacramentum efficitur. scilicet
Hugonem ¶ Ita in hoc sacramento se habet ipsum corpus Christi quod per
consecracionem sub illis speciebus fit, unde sicud in aliis sacramentis
materiale elementum non est causa dicte spiritualis
spiritualis effectus in homine nisi mediante virtute, que in ipso est, neque aliquis
quasi unum efficitur, ita in hoc sacramento scilicet quod ex elemento et virtute
corpus neque aliquem effectus in anima spiritualis nisi mediante corpore
Christi vero. scilicet quod ex speciebus et corpore Christi fit unum sacramentum, hec sanctus
doctor predictus di. et art. in instancia ¶ Sed secundum ante predictum dicit in tercia
parte q. 83. in instancia art. 3o in solucione 2a arti sub tali verbo
forma ¶ Quod enim se habet virtus spiritus sancti ad aquam baptismi ita se
habet corpus Christi ad species panis et vini, unde species panis et vini non
efficiunt aliquid nisi virtute corporis Christi veri, hec ille. ¶ Ex quibus patet
in species sensibiles et virtus impressa in sacramentis efficiunt unum sacramentum
cui proprie est instrumentaliter agere, et sic sacramentum accipiendo, verum
est secundum doctorem sanctum quod sacramentum causant graciam, et nullo modo
ipse species scilicet se considerate habent aliquid efficere in anima. ¶ Unde sicut aqua
baptismi circumscripta virtute spiritus data ad ablucionem anime scilicet illud
Augustinus super Io. ¶ Aqua baptismi corpus tangit, et cor abluit, nulla

penitus habet virtutem spiritualem ad aliquid huiusmodi faciendum in anima
Ita species iste circumscripto corpore Christi nullam penitus habent efficaciam
ad aliquem effectum spiritualem causandum in anima. De hac materia in
responsione ad sua dicta fuit manifeste deductus Albertus magnus
quem iam non oportet hic adducere propter quod tamen michi videbatur addenda sua
dictis. Dum itaque longum processum faceret de causalitate gratie sacramentorum per
plures doctores inducendo dixi quod non loquebatur ad propositum quia non
dixeram quod sacramenta non causarent gratiam, sed quod species non erant causa gratie.
Quod ipse replicavit, quod species ille non separantur a re, ergo non debet fieri mentio Item argumentum quod species non separantur
de ipsis secundum consideracionem absolutam. Dicendum quod licet in re non fiat separatio specierum a re
ab ipsa re, sed tamen quod constituunt unum sacramentum, tamen intellectus unumquodque con-
siderat per se et res racionaliter inter unumquodque distinguens unicuique quod proprietatem
et ita tamen actio etiam secundum rem, que fit a forma intellectus, dicit quod species
secundum se considerate nullum effectum spiritualem causant in anima nisi mediante
virtute impressa vel mediante in hoc sacramento vero corpore Christi. Causa autem
quare introducta fuit hec materia de causalitate vel non causalitate specierum est
quia ipse dicebat, quod sumens sub utraque specie ceteris paribus plus sumebat
de gratia quam sumens sub una, quod sibi fuit negatum. Ipse vero dicebat quod species
ipse causabant gratiam, et ita cum due species capiuntur due gratie accipiuntur
contra quod induxi auctoritatem Alberti magni in quadam distinctione
Si enim plus caperetur de gratia sub utraque specie quam sub una, aut hoc
esset racione rei, aut racione specierum. Sed non racione rei, tamen totus et integer
Christus continetur sub una sicut sub duplici racione cuius ut dictum est omnis
gratia et effectus spiritualis causatur in anima. Ergo maior est gratia. Hoc
est racione specierum, et hoc ut patet per dicta doctorum iam allegatorum. Aliud
est. Adduxit etiam quod sacramenta dicuntur vasa gratie, quod valde placet michi Item quod sacramenta sunt vasa
sive intelligatur de toto sacramento videlicet sed quod consistit et integratur gratie
ex virtute et elemento, sive etiam intelligatur de ipso elemento, quia utroque
modo sacramenta dicuntur vasa gratie. Item contra illud quod dixeram
quod corpus Christi sive caro eius et sanguis, et ipse Christus eundem modum
essendi habebat sub specie panis et sub specie vini, arguit, quia Item arguit contra hoc quod corpus Christi
sub specie panis est caro Christi ex vi sacramenti, et sanguis non est ibi ex sive caro eius et sanguis
vi sacramenti, non autem corpus Christi, sed tantum ex naturali concomitancia eundem modum essendi habent
Responsum fuit sibi, ut ego intelligebam, eundem modum essendi, quantum sub specie panis et sub
ad rem, quia sanguis sub prima specie, sanguis Christi non est extra venas specie vini
ipsius effusus sed intra corpus et venas ipsius inclusus et totus et
integer Christus, sic ex parte rei sub speciebus vini, eundem modum essendi habet
sanguis Christi, quia similiter intra venas inclusus, et non extra corpus
ipsius effusus nisi forte intelligeret, quod totiens Christus occiditur et sanguis
a corpore eius funditur, quotiens hoc sacramentum celebratur, quod est
omnino hereticum, et contra illud: Christus resurgens ex mortuis iam non
moritur etc. Sed contra hoc adduxit Nicolaum de Lira, et sanctum
Thomam, quia aliter Christus est sub una specie, et aliter sub alia.
Dicendum quod aliter adverbium potest determinare Christum, aut quantum ad ipsum sive
esse reale et naturale, quod habet in seipso, et hoc modo dicere, quod aliter visio
est Christus sub una specie, et aliter sub alia, non solum falsum est, sed est
hereticum. Aut determinat aliter modum quo Christus hic incipit esse

sub una specie, et alter sub alia, sicut verum dicit, quia alius modus est quo incipit esse corpus Christi consecratione et corpus Christi sacramenti sub specie panis et alius quo incipit esse corpus Christi sacramentaliter sub specie vini, scilicet tamen vinum et quod esse naturale, et eodem modo sub utraque.

Item articulus pro Petro de Tharantasia

¶ Item fecit magnum festum primo quod non complete posuimus autem Petri de Tharantasia obmittendo quod greci communicando sub utraque specie bene faciunt, sed latini melius quam ex parte et ipsi Bohemi bene faciant communicando sub utraque specie. Sed si primam huius doctoris partem voluit trahere ad se Bohemi, faciant et aliam partem eiusdem doctoris nobilissimi, videlicet quod nos latini et Romani melius facimus quam ipsi, et quod qui melius faciendo non debemus appellari sacrilegi aut contra Christi preceptum facere. Verumtamen declarandum est nec primam partem huius doctoris eiusdem in aliquo suffragari, quod licet greci quantum ad hoc bene faciant, tamen Bohemi sic faciendo male et pessime faciunt. Primo quia greci numquam dixerunt quod communicare sub utraque specie sit de precepto Christi, nec umquam ecclesiam Romanam propter unam speciem dampnaverunt, nec eam sacrilegam vocaverunt vel vocant. Non enim dicunt hoc esse preceptum Christi quod in veritate nullo modo est preceptum, quod tamen Bohemi faciunt dicentes esse preceptum Christi et condempnantes ecclesiam Romanam et eam sacrilegam appellantes. Secundo greci nullam novitatem in ecclesia fecerunt in communicando sub utraque specie, sed ritum quem a principio ecclesie habuerunt retinuerunt et retinent sine prejudicio cuiusque, nec contra statuta ecclesie aut ordinacionem cum essent sub obediencia ecclesie Romane et de ritu unius speciei. Bohemi temporibus antiquissimis novitate gaudentes scisma et divisionem in Christi ecclesiam induxerunt, separantes se ab universali ecclesia, et eius monita statuta et decreta contempserunt. Non ergo subticui predictam partem sive particulam Petri de Tharantasia quasi nollem applicare ritui eorum, sed licet tacere hec dicere, que dixi propter honestatem ipsorum, etenim optimum fuit michi possibile esse custodiri me in tota porcione mea prima ut salva vitare ne aliquid dicerem quod eis posset in displicenciam venire quoquomodo; bene sciebam quod statim assumpsissent pro se, si greci bene faciunt communicando sub utraque specie ergo et nos, et sic oportuisset me, sicut et nunc oportuit stimulatum per eos declarare, quod illa quam modicam eisdem suffragatur.

greci dicunt hoc sacramentum esse de necessitate salutis

¶ Sed contra dicebat replicans quod greci dicunt istud sacramentum esse tante necessitatis sicud est baptismus. Responsum fuit quod licet dicant hoc sacramentum esse tante necessitatis, non tamen dicunt quod utraque species sit tante necessitatis, nec hoc dixit Nicolaus de Lira nec aliquis doctor sive grecorum sive nostrorum.

Item articulus

¶ Post hec adducit illud de solempnitate corporis Christi, et ut tanti beneficii iugis in nobis etc., faciens sensum in eo quod dicitur sub specie panis et vini sumendum fidelibus reliquit. Sed dicendum quod tunc fideles sumunt sub specie panis et vini, quia et ipsi fideles sunt, et in persona omnium fidelium et tamquam communes sacerdotes id faciunt et sumunt. Et predicta auctoritas nullam mencionem facit de precepto, et indiffinite loquitur; ad cuius veritatem sufficit ut aliqui fideles, cuiusmodi sunt sacerdotes, sic sumant.

de Scoto

¶ Ulterius dicit me facere mencionem Scoto etc., quia sibi attribuo eandem partem ipso scribens, quamvis tamen ipse nec in sua nec in eius ponit illam, videlicet laicus autem non habet aliquod mandatum etc. et inducit ad longum dicta

ipsius doctoris. Ad ostendendum quod praeteritus non ita sufficit in sententia ut sibi asser-
bo quod ceteris et rudis sit hic adversarius fidei, intelligendo doctorem iuxta
intentionem loquentem. Adducat lector ultimam particulam dicti doctoris per eundem
adversarium inductam, cum dicit, et sic arguitur contra id quod dictum est
de integritate sacramenti etc. certe quod apte et clare hic doctor dicit quod integritas
illa requiritur in consecratione, non autem in qualibet perceptione, quia laicus
bene percipit corpus non sanguinem scilicet sub specie vini, et tamen illa integritas
non requiritur in consecratione nisi propter perceptionem Christi scilicet et ecclesie vel saltem
potius ecclesie, patet quod non erat preceptum mixtum dicti doctoris intentionem in
qualibet perceptione, et per consequens laicali, et sic 2a pars nec proportionis est manifesta
de intentione huius doctoris, nec est semper opus dicta et verba doctorum
in ipsa forma adduci, sed satis est ut in proposito sententia non careatur dum
allegantur. Item contra ad quod dixi sub specie panis vere bibitur
sanguis Christi secundum propositum et secundum Thomam de Argentina, dicit quod hoc non
est verum, et sic negat predictos doctores, et similiter Petrus de Tarentasia
qui id dicit, in bibitur sanguis Christi licet non proprio signo. Et adducit
in oppositum sanctum Thomam qui dicit quod sub specie panis est sanguis non
ut in ipsum fidelium sed ex concomitancia. Et similiter Innocentium quem alias
adduxit qui dicit quod sub specie panis non bibitur nec sub specie vini co-
meditur. Sed dicendum quod auctores dictorum duorum doctorum sunt salvi in redditione
principali, quia licet non sumatur ut in ipsum fidelium et ut in signo proprio
ut dicit sanctus Thomas nec bibatur in signo proprio ut dicit Innocentius, tamen ex
quo ibi realiter et veraciter continetur, realiter et veraciter sumitur et bibitur.
Tamen enim in hoc venerabili sacramento sub specie panis veraciter continetur corpus
et sanguis Christi, utique ratione corporis sumentes sub specie panis manducant
et ratione sanguinis bibunt. Hoc est quod ipse dominus dixit Caro mea vere est cibus
et sanguis meus vere est potus. Exemplum in simili: sicut panis intinctus
et dimixtus cervisie vel vino, homo vescens illo cibo seu comedens panem sic
illam, utique ratione panis manducat, et ratione cervisie vel vini
cum ipsi bibit satisfaciens nature quo ad utrumque, sic in proposito in hoc
dignissimo sacramento sub specie panis corpus Christi unitum est sanguini
et econtra, et sic simul sumunt fideles corpus Christi et sanguinem simulque man-
ducant et bibunt. Et quod simul sumitur simul exprimi non potuit, ideo dominus
salvator expressit successive. Sic tamen de sacramentali intelligendo. Nisi man-
ducaveritis carnem filii hominis etc. Sicut patet in simili cum dicitur In prin-
cipio creavit deus celum et terram. Notum autem est secundum doctorem quod deus
simul et semel creavit celum et terram. Sed quod simul et semel factum
est, dici non potuit. Vel potest dici quod manducatio et bibitio non accipiuntur
in sumptione huius sacramenti proprie, quia manducatio et bibitio non
terminantur directe ad carnem Christi et sanguinem, sed ad ipsas species
visibiles, in manducatione enim corporis Christi sub specie panis, caro
Christi non premitur dentibus, non masticatur, non laceratur, non frangitur. Et
simpliciter in bibitione sanguinis Christi, non colatur nec dividitur, sed terminus istorum
actuum sumit proprie ipse species, et sic proprie nec caro comeditur, nec sanguis bibitur,
sed vere et proprie utrumque sumitur, et sic manducatio et bibitio non
accipiuntur in hoc sacramento ut sunt actus distincti, sed ut conveniunt in quadam
generali scilicet in sumptione vel in perceptione sive in communicatione, ut sic

Item contra quod dicit quod sanguis Christi sub specie panis vere bibitur

sensus nisi sumpserit carnem et sumpserit sanguinem quod utrumque sit sub una specie quia cum utrumque continetur sub utraque ut compositum est quia sunt duarum specierum sunt utraque, quod expresse declarat circa cum post communionem dicat sacerdos Quod ore sumpsimus domine pura mente capiamus etc. Idem corporis in sua collecta observat dicens Corporis quod sumpsimus, et nostra sit sacramenti vectura. Unde unum prandium multis etc. Et illud idem est de participatione et communicatione, ut sit corpus nisi participavit et carnem et sanguinem, et etiam nisi communicaverit carni et sanguini. Et licet apostolus I Cor. 10 communicationem sanguinis et participationem corporis distribuat dicens Calix benedictionis cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis est et panis quem frangimus, nonne participatio corporis domini est. Nichilominus idem apostolus in sua epistola utrumque scilicet participationem et communionem utrique scilicet carni et sanguini tribuit, et de participatione quidem statim subiungit dicens apostolus quoniam unus panis et unum corpus multi sumus, nam omnes de uno pane et de uno calice participamus. Et subdit, videte Israel secundum carnem nonne qui edunt hostias participes sunt altaris. Et infra Nolo autem vos fieri socios demoniorum demonum, quia non potestis calicem domini bibere et calicem demoniorum, non potestis mense domini participes esse et mense demoniorum, in quibus expresse apostolus tam pani quam calici participationem tribuit, et ultimus bibitionem calicis et participationem mense que utrumque comprehendit, ad ostendendum quod hac variatione participationis et bibitionis unum accipi pro reliquo, et ad ostendendum quod preceptum non vis pit neque declinat vocabula sive nomina, sed res ipsas et effectus. Communicationem etiam idem apostolus utrique tribuit ad Hebr. 2o, quia ergo pueri communicaverunt carni et sanguini, et ipse similiter participavit eisdem etc. Volumus contra id quod dicitur quod sub una specie scilicet panis non solum bibitur sanguis Christi vere, sed etiam sacramentaliter. Contra dicit ipse, quod sanguis non est ibi sacramentaliter ergo non sumitur sacramentaliter. Assumptum patet, quia sanguis Christi non est sub specie sacramenti scilicet sub specie vini, ergo si non est ibi sacramentaliter non potest sumi sacramentaliter. Sed idem negando assumptum, et ad probationem dico, quod aliquid esse sacramentaliter vel sub potest duobus modis intelligi, uno modo primo et principaliter et hoc modo illud specie dicitur esse et accipi sacramentaliter, quod sub una specie sibi appropriata incipit esse, et sub qua ex vi verborum incipit, et eodem modo accipitur, sicut corpus Christi specie sacramentali est et accipitur sub specie panis sub qua ex vi verborum sacramentalium incipit esse. Alio modo dicitur aliquid esse et sumi sacramentaliter secundario et ex consequenti, sicut non sumitur sanguis Christi sub specie panis quamvis ibi utrumque non est ex vi verborum sacramentalium nec sub specie sibi appropriata scilicet vini, sed sub specie corporis ex parte rei sumpte et ex naturali concomitantia, et tunc non sumitur sub specie speciei sanguinis, quemadmodum intellexerunt videri, tunc non potest aliquis incidere in vita Christi sumere aut bibere sanguinem Christi nisi aut sub specie propria aut sub specie sacramentali utrumque ex quo sanguis Christi non sumitur in propria et naturali specie scilicet sanguinis, et quod sumitur sacramentaliter, sed ex consequenti ex quo non habet appropriatam speciem, quod sic declaratur manifestius. Circa cum sit sacramentum sacrum vel signum. Signum autem est res que preter

Item arguitur contra hoc quod dicit quod sub una specie scilicet panis non solum bibitur sanguis Christi vere sed etiam sacramentaliter

speciem quam ingerit sensibus facit in aliquid aliud venire cognitionem
et cum sacramentaliter veniat a sacramento ille proprie sacramentaliter comedet
sive sumet qui per speciem quam sumit venit in cognitionem alterius. Tertius autem
sacramenta nove legis non sunt signa naturalia, sed dato respectu rerum
quas significant, utrumque id et tamen ac eo modo significent secundum quod instituta
sunt ad significandum. Quo igitur requiritur ad plenam et perfectam sacramentalem
sumptionem ut ipsa species ad significandum modo et ordine debito instituta
et quod sumens sumendo ipsam speciem actu vel habitu utatur ea in ratione signi
quod nichil aliud est quam referre eam ad id cuius signum est, et per ipsam
tamquam per signum venire in cognitionem signati, et quia species sacramenti nove legis
sunt signa divinitus instituta ad designandum res spiritualiter in eis contentas vel per ipsas significatas. Patet in sumptione sacramentali quod sacramentaliter
sumentis requiritur cognitio supernaturalis que est fides, qua ut sumens
credat sub illis speciebus vere corpus christi contineri et ipsum sumere. Sunt
autem predicta duo, hec est dicta [illegible] usus sive fides est principale et formale
in sacramentali sumptione, species autem quod cibi et quasi materiale. Unde
qui sumunt species et non utuntur eis ut signo vel sacramento per fidem
et intentionem nullo modo sunt sacramentaliter, et quanto erit remotior ab
intentione et fide tanto erit remotior a sacramentali sumptione, unde creatura
irrationalis sive animal brutum nullo modo sumit sacramentum aut sacramentaliter
generaliter [illegible] casu sumet speciem et verum sub eisdem contentum. Similiter
fidelis sive infidelis qui manducant hostiam consecratam nesciens
tamen eam esse consecratam nullo modo manducat sacramentaliter, quod quo
non utitur ea ut sacramento. Et ne dicat a bruto in ratione humana manducata
est aptitudo actus ad sumendum sacramentaliter, quod nullo modo competit bruto
et per quod talis [illegible] requiritur ut sit cognoscens sumendo
aut fidelis sumens hostiam non consecratam utique sumit sacramentaliter,
quia accipit signum et utitur eo in ratione signi licet
non capiat rem signatam, quod quo non continetur sub ea. Item infidelis sicut hostiam consecratam, nec intendens facere quod ecclesia
facit nec credit ibi esse corpus christi, et sumit eam per modum aliorum
ciborum licet sumat sacramentum et rem, nullo modo tamen sacramentaliter, quod quo non
utitur eo ut tali, sed infidelis sumens hoc et intendens facere quod ecclesia
facit licet credat nichil esse, tamen aliquo modo utitur eo, ideo aliquo
modo manducat sacramentaliter, fidelis autem vere et complete sacra
mentaliter manducat, qui fide vera credit sub illis speciebus debite
consecratis esse corpus christi, et intendit facere quod ecclesia facit.
Et ex hiis patet quod formale in sumptione sacramentali est ipsa relatio
per fidem signi ad signatum. Et sic ad principalem rationem sacramentalis
sumptionis consistat in ipsa relatione per fidem manifeste patet
quod fidelis sumens sub una specie quod quo sub ipsa continetur vera
caro christi et verus sanguis ipsius, et sic fide credit, et facit quod
ecclesia intendit vere sacramentaliter sumit ambo predicta, licet non
ambo ibi sint sub eis appareat signum, quia unam et eandem speciem
per fidem refert ad ipsam carnem christi et etiam ad sanguinem. Et

An deitas christi et anima eius sint sub specie panis sacramentaliter

divinitate

si queratur de deitate christi et anima ipsius que continentur in prima specie
ex reali concomitantia si ibi sint sacramentaliter et si sacramentaliter
sumantur, vel etiam ipse totus et integer christus est videtur quod sic quia
non videtur ratio diversitatis quare corpus et sanguis christi predicta, scilicet anima
sint ibi ex naturali concomitantia. ¶ Sed dicendum quod licet omnia predicta
propter realem unionem sint in sacramento et in sacramento sumantur, non tamen
sacramentaliter, nec est similis ratio de anima et de divinitate christi atque
eius corpore et de sanguine ipsius, quia sacrificii accomodata est certa et
determinata species sub qua possit sacramentaliter sumi specialiter, non autem deitati
aut anime, unde quia sanguis habet aliam speciem sub qua potest proprie
et principaliter sacramentaliter sumi, etiam cum sub aliqua specie sumitur
potest dici quod sacramentaliter sumatur, ex quo aptus natus est sumi sub propria
et ita intelligendum est de carne, cum sub 2a specie sumitur, non autem sic
potest dici de deitate et anima, ex quo nullo modo habent sibi appropriatas species.

Contra quod dicit quod sub specie panis comedere et non debet bibere etc.

¶ Post hec dicit quod populus sub prima specie debet comedere, et non debet
bibere, et sub 2a specie debet bibere et non comedere. Mirandum igitur est
quod cum christus dicat hec comedite et hic bibite, quo ego audeo dicere quod sic
bibatur et comedatur quod populus non debet. Videamus ergo cui magis
debemus credere christo inquit vel magistro Johanni. ¶ Concludit igitur
quod si aliquis doctorum dicat, quod sanguis christi bibitur sub prima specie
intelligendum est de spirituali bibitione et non de sacramentali. ¶ Sed dicendum quod
illa verba quod populus distincte preposita sunt in cena distribuendo diversis speciebus
discipulis actus debet apostolis quos in sacerdotes instituebat ostendendo
non qualiter laici erant communicandi, sed qualiter ipsi sacerdotes deberent
hoc sacramentum conficere ut sepissime dictum est, unde per hoc quod debent
accipere et manducare porrigendo primam speciem non excluditur bibere
realiter, sed tamen attribuit quod prime speciei competit secundum se. ¶ Cum
tamen vero debet bibere sibi non excludit manducationem realem nisi in
ratione signi. Quare et christo dico credendum est tamquam prime veritati necnon
sancti et ipsi ecclesie catholice sponse christi qui eam non sinit errare
in hiis que fidei sunt et necessaria ad salutem, et per consequens magistro Johanni
de Ragusio veritatem et honorem ipsius defendenti, qui primo et secundo
tractatu profitetur quod sub una specie quilibet fidelis catholicus fideliter corpus
christi accipiens verum carnem christi et sanguinem eius accipit et sumit
et per consequens vere manducat et vere bibit, quare et illud quod iste quidam
adversarius ecclesie infert quod si aliquis doctorum dicat quod sub prima
specie sanguis christi bibitur intelligendum est de spirituali bibitione et
non de sacramentali omnino falsum est et erroneum, quia sub prima prime
speciei ratione sacramenti christi sumitur sanguis et caro eius licet non in

Iste dicit quod adversarius dicit quod nullus doctorum umquam dixit quod communio sub utraque specie non sit de necessitate salutis vel de precepto christi

signo sibi appropriato. ¶ Item post predicta prosequendo dicta doctorum
quos allegavi dicit, quod nullus vero debet, quod quis sub utraque specie
non sit de necessitate salutis vel de precepto christi, et ideo dicti doctores
et allegationes ipsorum nichil faciunt contra ipsum. ¶ Sed ista profecto est
mirabilis et admodum fatua responsio dicere quod tot et tam sancti ac
profundissimi doctores dicant aliquid in preiudicium fidei ad salutem

sacramentum dicitur de vna specie, et quod non dicant implicite et ex consequenti aliam
non esse necessariam ad salutem neque de precepto christi, cum nemo precipiat
hic locum et preceptum sint sine quibus non habetur sufficiens salus
quare omnes dicti doctores cum determinant sufficere vnam speciem de necessitate
concludunt preceptum et necessitatem alterius speciei. Item dixit euangelica
et primitiua ecclesia consuetuda sunt dictis necessariis. Dicimus quod predicta consuetuda
sunt non solum dictis necessariis sed etiam omnium doctorum catholicorum, in eo tamen
sensu quem sponsus in eis efflagitat, et non secundum sensum erroneum
quem fingunt heretici. Cum igitur neque euangelica christi neque primitiua
dicat quoniam sub vtraque specie de necessitate salutis aut de precepto christi
patet quod allegantes euangelium et primitiuam ecclesiam pro precepto male et false
allegant heresim doctrinam inducentes. Item induxit quod in fine papatus
dixerunt quod posito quod vtraque species esset de precepto christi quod adhuc ecclesia
ex racionabilibus causis et vrgentibus posset dictam duplicem speciem ad tempus
commutare, quod ipse negat fundans se super illud apostoli quod si angelus de
celo aliud predicaret etc. Ad quod dicitur hic non eundo quia in loco pro-
prio in vltimo intendo hanc materiam plenissime et sufficientissime declarare.
Finaliter quo ad numerum doctorum vtrorumque cum fratribus comparationem
inter illos quos allegant doctores videlicet Innocentium tercium Alexandrum
de Halis, Albertum magnum, sanctum Thomam de Aquino, dominum Bonauen-
turam, Petrum de Tarantasia, Petrum de Palude, Scotum, Thomam de Argen-
tina, Huguccionem, Cardinalem, venerabilem Nicolaum Lyram, glosam
ordinariam in multis locis doctorum, Hugolinum Laurentium, Johannem
Archidiaconum, Johannem in summa confessorum, Astesanum in summa sua et
Rudolphum in pastorali nouello, quorum allegationes non in papiris
excerptionibus sed in ipsis originalibus libris et voluminibus plurimum
fuit in conspectu et in presencia tocius multitudinis huius venerabilis
auditorii producte et allegate, quorum et de nouo si placet dicta
bene et ordinate atque cum attencione legantur attendantur et bene
intelligantur. Cum itaque inter dicta et allegata doctorum com-
parationem fecerim dicendo que pars habet doctores potiores, Re-
spondet aduersarius quod pars sua habet potiores doctores expresse
loquentes, et inducit multos doctores videlicet Lyram, Thomam et ceteros
quos ibidem nominat qui de necessitate huius sacramenti loquuntur. Sed quantum
hoc sit ad propositum sponte cognoscit quilibet intelligens animaduertit prius
et precipue instructus in theologica disciplina, et cum vt ex supra-
dictis patuit et in posterum fuit clarissime demonstratum, multum
interest inter has duas propositiones, vtrum hoc sacramentum simpliciter et absolute
sit necessarium et de precepto, et vtrum vtraque species sit de necessitate et de precepto
semper in laicali communione intellecto. Licet igitur aliqui predicti
doctores loquantur de necessitate sacramenti, nullus tamen de necessitate
vtriusque speciei aliquid dixit, nec aduersarius vsque in presentem diem potuit
aliquem adducere qui ex intencione dixerit vtramque speciem quo ad laicos
esse de necessitate aut de precepto, nec sperat adducere. Inclinando Innocen-
tio ac singuli dicti doctores per ipsum in proposito adducuntur, et ad ma-
iorem ipsius ruditatem ostendendam, ad auctoritatem vero Alberti, rufinum

Quod dicit quod euangelica et primitiua ecclesia consuetuda sunt

Quod dicit quod dato posito quod vtraque species esset de precepto quod adhuc ecclesia possit ex rationabilibus causis ad tempus commutare

De comparacione doctorum vtriusque partis

de Jacobello

est in posicione et ad singulas per incipiend replicatas. Sed cum dictam cau-
sam prosequerer inter doctores meos et quendam Jacobellum qui sing-
ularitate in Regno Bohemie dicentem se legem in libris dicta
campatam multa dictus replicatus dixit de dicto Jacobello. Et plures
diceret quod deberem alteram animam tenere ad quendam partem et hac modo
speciali Bohemos condempnando illos quos plures hic audiunt dimittas
illos divino iudicio et nos condempnes eos quorum nullum cognoscimus
et multa circa hac. Ad hac dixi quod ego nunquam scripsi interitum vestrum
de Jacobello vestro de Wickleff vestro de Johanne Hus vestro de quorum
hereticis aliis iam per ecclesiam vlcam et catholicam pro hereticis condempnatis
nisi redirent dum promoveres coram ecclesia per ecclesiam condempnatos
canonicassent et tamen sepe laudibus extulissent eos doctores et
predicatores evangelicos nominantes quos potius dyabolicos et tartareos
si recte sentirent debuissent appellare. Et que ipsi causas operati darum
sunt sibi ipsis debent ad culpam reputare latratus canum fateor cum
et presertim quod nunquam dampnate memorie Johannes Wickleff Johannes
Hus et Jacobellus nec ipsorum sequaces nichil venissent ad memoriam
nisi prefati promoveres eosdem in medium protulissent ubi que imputerunt
nos nobis. Ultimo dum peterem ubi sunt prefati Jacobelli miracula
vite sanctitatem declarancia. Respondit quod fecit mirabilia in vita
sua ut illa de quibus dicitur in scriptura: post aurum non abiit nec spe-
ravit in pecunie thesauris. Fecit enim mirabilia etc. fugit cum hostes
fuit parcus et devotus et multa huiusmodi. Sed hec mirabilia ad veritatem
seu miracula non arguunt vite sanctitatem quia etiam multi philosophorum et nostri
dum vel propter sapienciam vel humanas laudes acquirendas divicias et
opes huius seculi contempserunt quos enumerare longum esset. De quorum
uno ille erat de quo Jeronimus refert in epistola ad Paulinum presbiterum de
institucione clericorum de quo ita dicit: Crates ille Thebanus homo quondam
ditissimus cum philozophandum Athenas pergeret magnum auri pondus ab-
iecit nec putavit se posse virtutes simul et divicias possidere. Hec ille.
Multi etiam hereticorum hec eadem fecerunt, cuiusmodi erant quorum dicta heretice
secta qui apostoli vocabantur, sicud et multi ypocritarum, in quorum persona
dicit apostolus in epistola ad Corinthios: Et si tradidero omnes facultates meas
in cibos pauperum etc. Ex quibus et multis aliis patet quod insufficienter
probat sanctitatem suam Jacobelli et ita ipsius et hussitarum defensione etiam
si ita esset ut refert, cum tamen multi dicunt oppositum qui eum cognoverunt
et cum eo conversati sunt. Item quod ipse fuit parcus et devotus male de-
monstravit, nam si devotus fuisset Deo et ecclesie potius ecclesie et doctrina
sue credidisset quam suo sensui proprio, nec fecisset tantum scisma
nec tantum in ecclesia Dei sancta scandalum excitare, et si fuisset pa-
cificus non provocasset Regnum Bohemie ad tam inanes et crudeles
occisiones et tam horribilia et inaudita mala. Deinde quod ipse
fuit magister artium et baccalarius in theologia et in divina doctrina
profundus male ostendit ex articulis quos ipse tenuit prout per
eiusdem dampnacionem publicati sunt quorum tenor sequitur in
hec verba

Ar[ticu]li Jacobelli heretici

Primus quod beata virgo maria non est aliud reputanda nisi quod
alia mulier nec potest inuocari quoque et ymago eius non est vene-
randa et si ceciderit homo per deum obuiaret sibi non discooperi[ret] 29 ar[ticulus]
caput suum coram ea sicud coram alia ¶ Secundus heresis est genua
flectere coram sancto corpore christi cum ibi non sit vere corpus christi
sed tamen panis et vinum, quia christus pleno corpore ascendit in celum
et non remansit aliud hic nisi panis et vinum consecratum ut de hac
homo recipiat ad aliquam confortacionem corporis et anime ¶ Tercius 3
Roma non est aliud nisi spelunca latronum, et papa est antichristus
¶ Quartus non est opus quod aliquis confiteatur presbiteris nisi soli 4
deo vel laicus laico ¶ Quintus homo debet cottidie communicari sub 5
pena eterne dampnacionis nec debet retrahi per ullum modum a tali
communione sive sit legittimus sive non ¶ Sextus uxor debet esse pa- 6
rata viro suo ad reddendum debitum quandocumque voluerit, et si esset in 7
ecclesia, et presbiter statim debet accedere ad eum sine confessione et ¶ Sep-
timus Johannes huss maior est omnibus sanctis quia nullus sanctorum
tam grauiter passus est pro christi fide sicud ipse et sanctus eius Jero-
nimus magnus martir christi ¶ Octauus Nullus presbiterorum vel laicorum debet 8
iniungere aliquam penam penitentibus nisi vade et noli amplius peccare
¶ Nonus officium misse inuentum propter astuciam populi presbiter debet abbreuiare 9
incipiendo Te igitur vel obmittere ¶ Decimus homo non debet orare 10
nec ieiunare nec plurales horas dicere nisi primam ¶ Undecimus 11
Infantuli post baptismum communicandi sunt sacramento altaris sub utraque
specie quod iam omnibus communiter practicatur ¶ Duodecimus vir potens 12
prolificare et habens uxorem que non est apta ad prolificandum illa obmissa
potest ducere aliam ribaldam vel uxorem viue eiusdem ¶ Tredecimus Nulla 13
festa sunt celebranda nisi dies dominicus ¶ Decimusquartus nullum 14
est purgatorium, et quando homo moritur anima statim aut ascendit in celum
aut descendit ad infernum nec datur medium aliquod purgatorium
¶ Quintusdecimus presbiteri laicales possunt per se ipsos communicare de sacramento 15
altaris dummodo per sacerdotem eis sacramentum ad altare ponatur
¶ Sedecimus manus sacerdotis consecrati non est dignior ad per- 16
tingendum sacramentum quam manus cuiuslibet laici vel ribaldi ¶ Decimus 17
septimus Nullus potest aliquem hereticum facere vel condempnare nisi solus
deus ¶ Decimusoctauus Oblaciones offerende decime laicales 18
et alia omnia iura ecclesiastica nichil valent nec sunt danda ple-
banis et capellanis, nec debent aliqua premia obtinere seu habere nisi
mendicare inter laicos ¶ Decimusnonus Aqua benedicta et sal 19
benedictum et omnia sacramenta infirmorum nichil sunt nec prosunt
¶ Ex predictis igitur blasphemiis in deum in gloriosissimam matrem
suam et omnes sanctos dei in ecclesia triumphanti in omnes sunt
viuos et mortuos patet quod detestabilis vite et doctrine fuit predictus
heresiarcha. Nec aut dicit ipsum non fuisse effractorem consuetudinis
ecclesie, sed quod quidam alius magister parisiensis Bohemus tamen na-
cione Mathias nomine primo incepit predicari et communicari sub utraque

quod Jacobellus non fuit effractor consuetudinis ecclesie sed quidam Mathias

specie. Sed placati eum cum protestacione erant magne partis prohibuit, dicendo quod bene pervenerunt ad manus meas articuli predicti magistri Mathie et revocacio qua dictos articulos revocavit, inter quos tamen non reperi articulum de communione sub utraque specie sumenda, tamen non reperi practicam quam habuisset progressum. Revocacio vero dicti magistri Mathie que pervenit ad manus meas est talis forme et tenoris. Isti errores predicti sunt per me apud sanctum Nicolaum in antiquacivitate Pragensi.

Revocacio errorum per magistrum Mathiam

Isti errores et revocati sunt isti articuli et errores per predictum virum dominum sub sequenti tenore in synodo Pragensi facta Anno ab incarnacione domini millesimotrecentesimo octuagesimo nono. Noverint omnes fideles quod ego magister Mathias, magister universitatis Pragensis, Parisiensis, predicavi aliqua non tam recte caute et provide sicud debuissem et opportunum, per que vel fui vel esse vel potui causa vel occasio errorum et scandalorum. Ideo ad tollendum ista et ne veritas lateat, et quod fideles sciant quid in hiis credere debeant vel tenere, dico primo quod ymagines Christi et sanctorum non dant causam et occasionem ydolatrie, nec quod propter aliquem abusum debent comburi vel deleri, sed quod secundum consuetudinem et institucionem sancte matris ecclesie debent ymagines ad honorem illorum quos designant adorari et venerari. Confiteor adoro et veneror eas et volo venerari, et quod dictum et visum est dicere meo et certum ymaginibus flectere genua et candelas accensas ammittere, et quod miracula que fiunt venerantibus ymagines pie credendum est fieri virtute divina, et contrarium horum contrarium dixi, non recte dixi, et plures volo tenere vel dicere ut melius informatus. Item de sanctis et ossa eorum alia quoque sancta et sanctuaria corpora et clenodia Christi beate virginis et sanctorum sicud vestes ipsi sancti hic in terra sunt venerandi, et ipsi sancti cum Christo in patria plus possunt et prodesse sunt nobis intercessionibus suis quam sancti existentes in via, et si quis occasione et contrarium eum ad illum errorem induceret vel induxisset, dico et credo. Item dico et credo quod habens sumendo digne corpus Christi sit misterium melius Christi, et ex hac non est dubium quod manus peccatoris vel oculus aut aliud melius misterium Christi, et si aliquid dixi quod contrarium hiis sonaret non teneo et dico non tenendum. Item dico quod laici et presbiteri non sunt inducendi vel hortandi ad cottidianam communionem divini sacramenti. Item quod non quilibet penitens incipiens mox inducendus est ut ad sacram communionem accedat. Item quod non quilibet indifferenter admittendus est ad cottidianam communionem corporis Christi, et contrarium horum si dixi hoc detestor nolo facere nec dicere sed parvis vitari.

Revocacio quorundam articulorum suspectorum per Jacobellum

Similiter in eadem synodo Pragensi supradictus Jacobellus quasdam articulos de suspecta civitate reperitur revocasse in modo qui sequitur. Noverint universi fideles quod ego Jacobellus talia predicavi aliqua non predicanda inter que sunt hec aliqua que fuerunt erronea scandala presumptuosa fatua et falsa. Hec tria sunt tria. Primo quod beata virgo non possit nobis in aliquo subvenire. Secundo quod sancti in patria non possunt nobis prodesse

Tercium quod suffragia facta pro mortuis eis non prosunt. Hec tamen quia
heretica sunt, ideo revoco, et iam bene informatus contrarium credo
et credendum dico. Credo quod beata virgo possit nobis multum subvenire
suis meritis et oracionibus apud deum. Secundo credo quod sancti in patria
sunt nobis prodesse. Tercio credo et credendum dico quod suffragia facta pro
mortuis prosunt ipsis mortuis. Que sapiunt heresim sunt quinque.
Primum quod beata virgo non possit fidelibus aliquam graciam facere. Secundum quod
homo quandocumque et quocienscumque voluit possit sumere corpus Christi et
de manu presbiteri recipere qui consecravit et ponere ad os suum et comedere.
Tercium quod ossa et reliquie sanctorum non sunt decoranda vel veneranda et
quod nichil esset si quis ea ad ignem proiecerit et pedibus conculcaret.
Quartum quod homo non debet ex voto vel devocione ieiunare alicui sanctorum.
Quintum quod pro tanto deus matrem suam sanctificavit, quia mitis et
humilis fuit et deo servivit, et si non fuisset talis non elegisset eam
in matrem nec sanctificasset, et sic fuisset dampnata sicud pagani.
Ista predicta quia heresim sapiunt, ideo revoco et contrarium teneo
et tenendum dico quod non quandocumque quocienscumque homo voluit possit sumere
corpus Christi et recipere de manu presbiteri qui deum consecravit et ponere
ad os suum et comedere. Item dico quod ossa et reliquie sanctorum sunt de-
coranda et veneranda, et quod grande peccatum est si quis ea ad ignem
proiceret vel pedibus conculcaret. Item dico et teneo quod homo licite
et meritorie ex devocione vel voto sanctis ieiunare. Item teneo quod deus
matrem suam sanctificavit priusquam esset mitis et humilis et deo
servivit, et quod non propter hoc quia mitis et humilis fuit elegit eam deus
in matrem cum ab eterno elegerat eam, et quod non sequitur quod fuisset dam-
pnata sicud pagani si non fuisset ita mitis et humilis et in matrem
electa, quia cum maiori humilitate peccare potuisset. Erronea sunt
sex. Primum quod magis credendum sit dictis sanctorum doctorum quam michi
vive ymagini. Secundum quod dominus archiepiscopus non recte fecit dando in
dulgencias venerantibus ymaginem beate virginis. Tercium quod signare
se signaculo sancte crucis non prosit malis hominibus. Quartum
quod michi pro horis canonicis sufficit predicare et studere. Quintum
quod beata virgo non sit aliter plena gracia quam homo cibo et potu repletus
vel vas plenum liquore. Sextum non debent flecti genua coram
ymaginibus. Ista premissa quia erronea sunt, ideo revoco et
contrarium teneo et dico. Dico ergo quod magis sit credendum dictis sanctorum
doctorum quam michi vive ymagini. Item presumptuosum est dicere quod
dominus archiepiscopus non recte fecit dando indulgencias venerantibus
ymaginem beate virginis. Item dico quod signare se signaculo sancte
crucis prosit malis hominibus. Item dico et teneo quod non sufficit
studere et predicare pro horis canonicis. Item dico quod beata virgo multo
aliter plena gracia est quam vas plenum liquore vel homo potu et
cibo repletus. Item teneo et tenendum dico quod secundum institucionem
et consuetudinem sancte matris ecclesie decent ymagines Christi et aliorum
sanctorum ad honorem quorum depinguntur adorari et venerari, et
ego eciam adoro et veneror eas et volo venerari, et quod dignum et iustum
est dicere coram ymaginibus flectere genua, et candelas accensas

annecte etiam non solum grauiter excessit in verbis contra virginem gloriosam
sed etiam in facto fecit, fecit enim beate virgini ... filium eius ymaginem
et dixit quod cum tali ymagine et cum aliis vellem pisum decoquere. Dud-
dicatis fecit ... secundum formam quam fecit dictus Jacobellus
in articulo de ymaginibus qui est ultimus inter errores et erroneos
articulos eius. Et si placet queratur a magistro Mathia quare neglexit
horas canonicas et de beata virgine dicere, vel si dixit quare eas ab-
breviavit quod predicare volebat cum sit omittenda propter studium vel pre-
dicationem. Patet igitur qualis doctrina et vita fuit prefatus Jacobellus quem
magister Johannes de Rokyczana suum magistrum vocans semper reputat et
catholicum. Sequitur etiam de quodam ipsorum magistro alio qui vocabatur Johannes
Jesnicz et cum ipse cum aliis duobus presbyteris sua facinora fuisset contentus
... cum vice de duobus conspiraverunt ... penitentia esse ...
voluit, propterea dictus Jesnicz ... suo ... cum ... invenit
et devoraverunt et ... in partibus corporis sui quas attingere potuit
comedit, et ita miserabiliter iusto dei iudicio vitam suam finivit. Dum hec
scriberem pervenit ad manus meas etiam quidam alii articuli, quas
quidam de predictis hereticis ... in dieta Wormacensi combustus non
quam ab ecclesia catholica apostatavit et ad ipsorum heresim ... fuit
... tangebantur, que ad maiorem ipsorum detestandam infamiam et heresim hec
imitanda non est. Item quod excommunicatio pape etiam Cardinalium, Archiepiscoporum, Episcoporum
et aliorum ecclesiasticorum quorumlibet prelatorum sui et super temporalibus nullius sit roboris
vel momenti, et talis excommunicatio pluribus non obest, immo magis prodest
ad salutem. Item obedientia nulla nullatenus obligat subditos quales-
cumque. Item dominium rerum temporalium apud papam Cardinales Archiepiscopos
Episcopos et prelatos, alios ecclesiasticos et religiosos personas quascumque
nullatenus esse debet, et omnes tales huiusmodi dominia possidentes
sunt heretici et in statu dampnationis. Item graduati in studiis
privilegiatis sunt ecclesie ita utiles, ut dyabolus et ad ministeria dyaboli
ecclesiam impugnantes. Item missa ... per ... et aliis ordinibus
... qualiscumque cum aliis consecrationibus ... etiam cuiuscumque
duntaxat, dici ... et patrari ... fatetur ... celebrasse.
Item laicus utriusque sexus etiam infantes ... baptizatos sub
utraque specie sacramentum communicandos, ... plures et plures tales ...
fatetur. Item indulgentie nichil valent penitus quibus dantur
a quibuscumque et conceduntur. Item pueri si statim baptizati et eadem
vitam defecerint sub utraque specie communicari. Item scientes sacram scripturam
non communicantes laicos sub utraque specie sunt in statu dampnationis.
Item ecclesia Romana ... potuit ... communicationem ... specie
sub sacramentis ... Item ecclesia non consistit in papa Cardinalibus Archiepiscopis
Episcopis et prelatis aliis iurisdictionem temporalem habentibus, sed in illis hominibus
tantum qui sunt in confessione vere fidei. Item papa Silvester in hac
peccavit quod dominium ... super temporalibus ab imperatore acceptavit. Item Con-
ciliis generalibus non est credendum, sed illa tantum credenda sunt que in sacra
scriptura posita sunt. Item quilibet presbyter ... et quibuscumque ... placuit

Mgr. Joh. Drachendorff etc.

predicantes. Item dicit Martinus papa quintus hec aurea et preciosa in equis
dimittit auro et argento, sed non dicit, nec consentit cum hec peccata
et aurea in ecclesia dei. Item intinctum nisi est contra deum et ecclesiam
catholicam. Item ille diligentissime legit horas canonicas qui biblia
legit et psalterium. Item error aut confessionis talis est primo ad — confessio quod ab ecclesia apostotancium etc.
sacerdotem, quod confessus sum credens, quod sacerdos posset me absolvere
a peccatis. Item penitencias assumpsi et omnia que mandaverunt fieri, ad que tamen
non tenebar, nec sum legittimus. Item eciam eucaristie recepi tamen sub
una specie panis que non fuit totalis. Item ne quidam omni die sed
propter actum coniugalem anni. Item offertoria dedi et alias offertoria oblata
tonos que mandaverunt michi sacerdotes pro penitencia psalmi decimas
ova et caseos et de hiis plebanus nupciar lauciris et expendit pro
concubinis. Item celebrari missas gradualiorum sicut eos esse tales. Item
dedi pro confessione unum helensem medium vel grossum. Item papam quoque
una coram cruce de mandato confessoris dicendo. Item prius et
ieiunavi pro penitencia credens diminui penam purgatorii. Item exercui
pro defunctis offerre quod tamen non est opus nec valet aliquid nisi quantum pro
presbitero faciat. Item nutrivi pauperes et presbiteros per totum mensem et ipsi inebriati
fuerunt. Item in exequiis mortuorum misi pro presbitero utrumque dyaconem et
ab illa omni tamen dedi unum grossum. Item candelas et unum grossum
ut plures veniret nomina mortuorum proclamare. Item credidi esse purgatorium
quod tamen non est nisi hic bene facere et post mortem nullus
pro me faceret. Item dedi pro copula duos grossos quod tamen
non fuit necessarium quia ianuas est vetitum. Item missas vigilias psalteria
psalmi quod tamen nichil prodest. Item missarum officiis apposui
collectam pro amicis carnalibus meorum et pro hac aliquid recepi
Item non restitui cottidie symoniam propter labores et instrumentum
non credens quod hec omnia addicerentur michi. Item pro edificio
ecclesiarum et ornamentis dedi, credens hanc esse deum templum, nam ubique
est orandum. Item transivi pro indulgenciis et magnam partem
adiutores credens recipere indulgencias. Item credidi quod indulgencia
aliquid valeret ad dimissionem culpe vel pene. Item ne postulam
communionem eukaristie sub utraque specie. Item confessus sum presbitero
et ipse fuit peyor me. Item nulli debet fieri confessio nisi soli deo quia
solus deus dimittit peccata. Item scio quod post mortem anima statim
transit ad celum vel ad infernum. Item ieiunia et vota per se licere sed
nullus tenetur et nichil prodest. Item credidi quod sancti possunt me
iuvare quod non est verum quia ipsos non possunt. Item affixi
candelas isti vel isti sanctorum et offertoria dedi. Item beata virgo
non plus potest nisi ut alius sanctorum. Item restitui sepultura sacre
et decem genua coram eis. Item ymaginibus reverenciam feci curvando
genua vel candelas ponens. Item ossa sanctorum postulavimus sunt que
tamen nisi sunt ut alia ossa in ossario. Item calices omni et alia orna-
menta ecclesie quod non est nisi inanis gloria. Item in missa non
necessarium nisi confectio corporis et sanguinis Christi. Item ad omnia sa-
cramenta non est opus solempnitate nisi sola forma sacra verba
Item unctiones et consuetata non sunt de necessitate salutis

quia melius est ita mori quam eius sumere dari. Item dari alicui de ordi-
natione melius est quam laicum et officiatum. Item auctoritas pape non extendit
se magis quam altius potest. Item papa non potest dimittere penam et culpam
per aliquas indulgencias. Item pape non debet fieri obediencia si est malus
nec alicui prelatorum si sunt mali. Item nulli homini debet fieri obediencia nisi
soli deo. Item qui potest conficere corpus et sanguinem christi et ministrare
cuncta sacramenta et ecclesias consecrare. Item quicumque potest confi-
cere corpus christi et sanguinem. Item ieiunus et non ieiunus potest recipere
corpus et sanguinem post cenam et ante cenam. Item horas ca-
nonicas dicere non est de necessitate nec peccat quis obmittendo eas
quia sunt institutiones humane, sed tamen utile est dicere aliud de vij psal-
mis ex corpore se instituit etc. Item dicebat adversarius ut quod Johannes
Episcopus Pragensis communicavit sub utraque specie dominum Karolum impera-
torem pie memorie patrem gloriosissimi et serenissimi Regis Romanorum
et Vngarie, et quod ita factum fuit dixit et omnes sui confirmaverunt.
Asseruit etiam adeo serenissimus Imperator testimonium perhibuit. Sed
ad hoc dicendum quod dato quod ita fuisset, et quod dive bone memorie Im-
perator ita communicavit sub duplici specie, non tamen illa intentione qua
moderni Bohemi communicant, scilicet ex obligatione precepti, nec contra
prohibitionem universalis ecclesie faciebat, quam sancti principes in nullo
plus suffragantur. Deinde privilegium speciali et principalis domi-
ne non debet extendi ad omnes velut rusticos et plebeios. Et
similiter dicendum de sancta Ludmilla de qua idem asseruit scilicet quod sub
duplici communicavit, si ita fuit ut narratur. ¶ Post hec incepit
narrare processum, ut magister Johannes Huss dictus, quod quando dictus
Huss fuit novus sacerdos factus, cepit predicare valde graciose, et
erat valde dilectus et acceptus populo, et vagabatur per omnes a
singulis ecclesiis ut predicaret. Insuper erat etiam in magna gracia
et dilectione Archiepiscopi, sed postmodum quando fuit graduatus, videns vitam
prelatorum multum abhominabilem et deformatam et multa peccata vigere
in clero, attemptavit predicare in latino sermones synodales in synodis
continentes exhortationes, monitiones et excitationes, in quibus quos
clerum monuit tamen sepe et sepius Archiepiscopum et officiales quod corrigerent
clerum et reformarent, et cum nichil fieret nec sua exhortatione proficeret,
predicare incepit coram populo maliciam cleri et factus est odiosus
prelatis, ex quo adeo moti surrexerunt contra eum ad curiam
Romanam ipsum de multis coram summo pontifice accusantes, misit
procuratores suos qui eum defenderunt, sed prelati ad peccata prevaluit
et impetraverunt unam bullam quod nullibi fieret predicatio nisi in parochiis
tantum ut ipsius impediretur predicatio quia in Capella Bethlehem
predicabat. Religiosi etiam qui primo erant inimici ad plebanis fuerunt
tunc omnes contra Johannem Huss et imposuerunt ei multa crimina
plus quam sexcenta coram populo. Et ideo dualis? peccati prelatorum factum
est interdictum in tota Praga propter eum, vitando cum ipse venit ad
Concilium Constantiense, ubi contra eum falsis testibus fuit adiunctum quod
natus, sed tamen iudices quod dicti testes reddent deo racionem in die iudicii

Hec multa aliaque in laudem dicti condempnati heretici Johannis Huss retulit
et narravit occasione cuius false narracionis et mendose ficcionis atque iniuste
iustificacionis fui coactus ob reverenciam sancte matris ecclesie ad informacio-
nem de vita et doctrina predicti heretici ab hiis qui eum cognoverunt et qui
cum eo conversati sunt et qui plenissime noverunt huius pestis originem et
ad futuram rei memoriam hec inserere curavi. Et primo quid qualis fuerit
quo ad doctrinam ut non michi quasi fingenti imputetur sentenciam condempnato-
riam ipsius sacri Constanciensis concilii hiis interponere iudicavi, cuius tenor
in bullis felicis recordacionis pape Martini quinti ponitur et est talis

Sacrosancta synodus Constanciensis ecclesiam catholicam representans in Spiritu sancto legitime congregata, ad perpetuam rei memoriam. Quia Bulla concilii Constanciensis in qua dampnantur articuli ipsius Joh. Huss et ipse declaratur hereticus
teste veritate arbor mala fructus malos facere consuevit, hinc est quod vir
dampnate memorie Johannes wicleff sua mortifera doctrina non in
Christo Jhesu per ewangelium ut olim sancti patres fideles filios genuere
sed contra Christi salutiferam fidem veluti radix virulenta plures genuit
filios pestiferos quos sui perversi dogmatis reliquit successores, adversus
quos hec sancta synodus Constanciensis tamquam contra spurios et illegitimos
filios cogitur insurgere et eorum errores ab agro dominico tamquam vepres
nocivas cura pervigili et cultro auctoritatis ecclesiastice resecare ne ut
cancer serpant in perniciem aliorum. Cum itaque in sacro generali concilio nuper
Rome celebrato decretum fuit doctrinam dampnate memorie Johannis
wicleff dampnandam esse et libros eius huiusmodi doctrinam continentes fore
tamquam hereticos comburendos et doctrinam ipsam dampnatam et libros eius talem
doctrinam insanam et pestiferam includentes combustos fuisse in effectu
et huiusmodi decretum huius sacri auctoritate concilii fuit approbatum. Nichi-
lominus tamen quidam Johannes huss in hoc sacro concilio constitutus
personaliter, non Christi sed potius Johannis wicleff heresiarche disci-
pulus post et contra condempnacionem et decretum huiusmodi ausu temera-
rio contraveniens, errores eius plures et hereses tam ab ecclesia Dei quam eciam
a certis reverendis in Christo patribus dominis archiepiscopis episcopis diversorum regnorum
et magistris in theologia plurium studiorum condempnatos dogmatizavit asse-
ruit et predicavit, presertim condempnacioni scolastice ipsorum articulorum Jo-
hannis wicleff sacre pluries in universitate Pragensi cum suis compli-
cibus in scolis et in predicacionibus publice resistendo ac ipsum Johannem
wicleff virum catholicum et doctorem ewangelicum in favorem eius
doctrine coram clero et populi multitudine declaravit, certos eciam
articulos infrascriptos et plures alios merito dampnabiles tamquam
catholicos asseruit et publicavit qui in libris ipsius Johannis
huss et opusculis notorie continentur. Quapropter habita primitus ple-
naria informacione de premissis diligentique deliberacione reverendissimorum
in Christo patrum dominorum sancte Romane ecclesie Cardinalium patriarcharum
archiepiscoporum episcoporum et aliorum prelatorum ac doctorum sacre pagine et iuris utriusque
in multitudine copiosa hec sancta synodus Constanciensis declarat
et diffinit articulos infrascriptos qui facta collacione per plures magistros
in sacra pagina reperti fuerunt contineri in eius libris et opusculis manu
propria scriptis et quos eciam idem Johannes in publica audiencia
coram reverendis patribus et prelatis huius sacri concilii confessus fuit
in suis libris et opusculis contineri non esse catholicos nec tamquam
tales esse dogmatizandos sed ex eis esse plures erroneos, alios

scandalosos aliquos piarum aurium offensivos, plurimosque eorum esse te-
merarios et sediciosos, et nonnullos eorum esse notorie hereticos et iam
dudum a sanctis patribus et generalibus conciliis reprobatos et dampnatos
ipsosque predicari dogmatizari aut quovis modo approbari districte inhibendo.
Et cum infrascripti articuli expresse contineantur in libris seu tracta-
tibus suis videlicet in libro quem intitulat De ecclesia et aliis suis
opusculis, ideo libros predictos et doctrinam eorum et singulos alios
tractatus et opuscula in latino sive vulgari Bohemico per ipsum
editos et in quodcumque aliud ydeomate per alium seu alios translatos
Hec sacrosancta synodus reprobat atque dampnat ipsosque comburendos
sollempniter et publice in presencia cleri et populi in Civitate Con-
stanciensi et alibi decernit diffinit, adiciens propter premissa omnem eius
doctrinam merito esse et fore suspectam de fide et ab omnibus christifide-
libus evitandam, et ut de medio ecclesie illa perniciosa doctrina eliminetur
hec sancta synodus precipiens iubet per locorum ordinarios tractatus
et opuscula huiusmodi per censuram ecclesiasticam etiam si sit opus ad adiec-
cionem pene et fautorie heresis diligenter inquiri et reperta igni
publice cremari. Et quis aut huius sentencie aut decreti violator
aut contemptor extiterit statuit eadem sancta synodus fore per locorum
ordinarios et Inquisitores heretice pravitatis contra talem ut tales
veluti suspectos de heresi procedendum. Visis igitur actis et actitatis
in causa inquisitionis de et super heresi contra prefatum Johannem
Huss habitis et factis et habita prius fideli et plenaria commissa-
riorum in huiusmodi causa deputatorum relatione aliorumque magistrorum in theo-
logia ac doctorum Juris utriusque in et super actis et actitatis et dictis
testium fidedignorum et plurimorum que dicta ipsi Johanni Huss palam
et publice lecta fuerunt coram patribus et prelatis huius sacri Concilii
per quorum testium dicta apertissime constat eundem Johannem Huss
multa mala scandalosa sediciosa et periculosas hereses dogma-
tizasse publice et per multorum annorum curricula predicasse. Christi
nomine invocato hec sacrosancta synodus Constanciensis solum
deum pre oculis habens per hanc diffinitivam sentenciam quam fert in his
scriptis pronunciat decernit et declarat dictum Johannem Huss
fuisse et esse verum et manifestum ipsiusque errores et hereses ab
ecclesia dei dudum dampnatas et dampnatas ac plurima scanda-
losa piarum aurium offensiva temeraria et sediciosa dogmatizasse
et publice predicasse in non modicam offensam divine maiestatis
ac universalis ecclesie scandalum et fidei catholice detrimentum claves
etiam ecclesie et censuras ecclesiasticas vilipendisse in quibus per
annos multos perstitit animo indurato christifideles per suam perti-
naciam nimium scandalizans cum appellacionem ad dominum Jhesum Christum
tamquam ad supremum iudicem obmissis ecclesiasticis mediis interposuit
in qua multa falsa iniuriosa posuit et scandalosa ipsius sedis
apostolice censurarum ecclesiasticarum et clavium in contemptum. Ideo propter pre-
missa et alia plura prefatum Johannem hereticum fuisse hec sancta
synodus pronunciat et fore hereticum iudicandum et condempnandum

fore iudicat et condempnat per presentes dictamque appellacionem tamquam in-
iuriosam et scandalosam et illusoriam in iurisdictionem ecclesie reprobando ipsum
Johannem Huss populum christianum maxime in Regno Bohemie in predica-
cionibus suis publicis et scriptis per eum compilatis seduxisse ac
eundem populum christiani non veritatem predicatorem ewangelii Christi secundum
exposicionem sanctorum doctorum sed verius seductorem fuisse. Verum
quia per hec ea que hec sancta synodus vidit et audivit cognoscit
eundem Johannem Huss pertinacem incorrigibilem et adeo talem qui non
appetebat ad gremium sancte matris ecclesie redire nec hereses et
errores per eum publice predicatos et defensatos abiurare velle
Decrevit hec sancta synodus Constanciensis eundem Johannem Huss
ab ordine sacerdotali et aliis ordinibus quibus extitit insignitus
deponendum et degradandum fore declarat et decernit. Committens vene-
rabilibus Reverendis in Christo patribus Archiepiscopo Mediolanensi Feltrensi Astensi
Allexandrino Bangorensi et Lavanten. episcopis ut in presencia huius sacro-
sancte synodi dictam degradacionem secundum quod ordo iuris requirit de-
beant exequantur. Hec sacrosancta synodus Constanciensis Johannem
Huss attento quod ecclesia dei non habeat ultra quid agere valeat
iudicio seculari relinquit, et ipsum curie seculari relinquendum fore decernit
Tenor vero triginta articulorum Johannis Huss premisse dictorum
sequitur in hunc modum. Unica est sancta universalis ecclesia que — arti inserti in bulla papali
est predestinatorum universitas et infra sequitur. Universalis sancta
ecclesia tantum est una, sicud tantum est unus numerus omnium predestinatorum
Paulus numquam fuit membrum dyaboli licet fecit quosdam actus actibus
ecclesie malignancium consimiles. Presciti non sunt partes ecclesie
cum nulla pars eius ab ea finaliter excidat, eo quod predestinacionis
caritas que ipsam ligat non excidit. Due nature divinitas et
humanitas sunt unus Christus. Prescitus et si aliquando est in gracia secundum
presentem iusticiam tamen numquam est pars ecclesie, et predestinatus semper
manet membrum ecclesie licet aliquando excidat a gracia adventicia sed
non a gracia predestinacionis. Sumendo ecclesiam pro convocacione
predestinatorum sive sint in gracia sive non secundum presentem iusticiam
isto modo ecclesia est articulus fidei. Petrus non est nec fuit caput
ecclesie sancte catholice. Sacerdotes quomodolibet criminose viventes sacerdo-
cium polluunt potestatem, et sicut filii infideles sentiunt infideliter de septem
sacramentis ecclesie, de clavibus officiis censuris ceremoniis et sacris
rebus ecclesie veneracione reliquiarum indulgenciis et ordinibus. Pa-
palis dignitas a Cesare inolevit, et pape perfectio et institucio
a Cesaris potencia emanavit. Nullus sine revelacione assereret racio-
nabiliter de se vel de alio quod esset caput particularis ecclesie nec Romanus
Pontifex caput Romane ecclesie. Non oportet credere quod iste quicumque
Romanus pontifex est sancte caput cuiuscumque partis ecclesie sancte nisi deus
eum predestinavit. Nemo gerit vicem Christi vel Petri nisi sequatur
eum in moribus, cum nulla alia sequela sit pertinencior nec aliter
recipiat a deo procuratoriam potestatem, quia ad illud officium vicariatus
requiritur et morum conformitas et instituentis auctoritas. Papa non est

manifestus et verus successor principis apostolorum Petri, si vivit moribus
contrariis Petro, et si querit avariciam, tunc est vicarius Jude Scarioth.
Et pari evidencia cardinales non sunt veri et manifesti successores
collegii aliorum apostolorum Christi nisi vixerint more apostolorum, servantes mandata
et consilia domini nostri Jhesu Christi. Doctores ponentes quod aliquis per
censuram ecclesiasticam emendandus, si corrigi noluerit, seculari iudicio
est tradendus, pro certo sequuntur in hoc pontifices, scribas et
phariseos, qui Christum non volentem eis obedire in omnibus, dicentes
nobis non licet interficere quemquam, ipsum seculari iudicio tradiderunt,
et quod tales sunt homicide graviores quam Pylatus. Obediencia ecclesiastica
est obediencia secundum adinvencionem sacerdotum ecclesie, preter expressam
auctoritatem scripture. Divisio immediata humanorum operum est, quod sunt vel
virtuosa vel viciosa, quia si homo est viciosus et agit quicquam, tunc agit
viciose, et si est virtuosus et agit quicquam, agit virtuose, quia
sicut vicium quod crimen dicitur seu mortale peccatum inficit universaliter
actus hominis viciosi, sic virtus vivificat omnes actus hominis
virtuosi. Sacerdos Christi vivens secundum legem eius habens scripture
noticiam et affectum ad edificandum populum debet predicare, non obstante
pretensa excommunicacione. Et infra: quod si papa vel aliquis prepositus mandat
sacerdoti sic disposito non predicare, non debet subditus obedire. Quilibet
predicantis officium de mandato accipit, qui ad sacerdocium accedit, et
illud mandatum debet exequi, pretensa excommunicacione non obstante.
Per censuras ecclesiasticas excommunicacionis, suspensionis et interdicti
ad sui exaltacionem clerus populum laicalem sibi suppeditat, avariciam
multiplicat, maliciam protegit et viam preparat antichristo. Signum autem
evidens est, quod ab antichristo tales procedunt censure, quas vocant
in suis processibus fulminaciones, quibus clerus principalissime
procedit contra illos qui denudant nequiciam antichristi, quam clerus
pro se maxime usurpavit. Si papa est malus et presertim si est
prescitus, tunc ut Judas apostolus est dyabolus, fur et filius perdicionis
et non est caput sancte militantis ecclesie, cum nec sit membrum eius.
Gracia predestinacionis est vinculum, quo corpus ecclesie et quodlibet
eius membrum iungitur ipsi capiti insolubiliter. Papa vel prelatus malus
et prescitus est equivoce pastor et vere fur et latro. Papa non debet
dici sanctissimus etiam secundum officium, quia alias rex deberet dici eciam sanctissimus
secundum officium, et tortores et precones dicerentur sancti, immo eciam
dyabolus deberet vocari sanctus, cum sit officiarius dei. Si papa
vivit Christo contrarie, eciam si ascenderet per ritam et legittimam electionem
secundum constitucionem humanam vulgatam, tamen aliunde ascenderet quam per Christum,
dato eciam quod intraret per electionem a deo principaliter factam. Nam
Judas Scarioth rite et legittime est electus a deo Christo Jhesu ad
episcopatum, et tamen ascendit aliunde in ovile ovium. Condempnacio
quadraginta quinque articulorum Wicleff per doctores facta est
irracionabilis et iniqua et male facta, et ficta est causa per eos
allegata, videlicet quod nullus ex eis est catholicus, sed quilibet
eorum aut est hereticus aut erroneus aut scandalosus. Non

corpus quo quis electores vel maior pars eorum consenserit unica voce
secundum ritum humanum in personam aliquam corpus illa persona legitime est
electa, vel ex corpore verus et manifestus successor vel vicarius Petri
apostoli vel alterius apostoli in officio ecclesiastico. Unde sive electores bene
vel male elegerint operibus electi debemus credere. Nam corpus quo
quis copiosius operatur meritorie ad profectum ecclesie habet a deo co-
piosius ad hoc potestatem. Non est scintilla apparencie quod oporteat esse
unum caput in spiritualibus regens ecclesiam quod semper cum ipsa militante
ecclesia conversetur. Christus sine talibus monstruosis capitibus per suos
veraces discipulos sparsos per orbem terre melius suam ecclesiam
regularet. Apostoli et fideles sacerdotes domini strenue in necessariis ad
salutem regularunt ecclesiam antequam pape officium fuit introductum, sic fa-
cerent deficiente per summe possibile papa usque ad diem iudicii. Nullus
est dominus civilis, nullus est prelatus, nullus est episcopus dum est in
peccato mortali. Postmodum vero prefata synodus salvosconductus
hereticis seu de heresi suspectis quovis modo suspectos concessos
non fore servandos declaravit, prout sequitur in hec verba: Pre-
sens sacrosancta synodus ex quovis salvoconductu per imperatorem
reges et alios seculi principes hereticis vel de heresi diffamatis
putantes eosdem sic a suis erroribus revocare quocunque vinculo
se astrinxerint concesso, nullum fidei catholice vel iurisdictioni
ecclesiastice preiudicium generari, vel impedimentum prestari posse seu debere
declarat, quominus dicto salvoconductu non obstante liceat iudici
competenti ecclesiastico de huiusmodi personarum erroribus inquirere, et alias contra
eos debite procedere eosdemque punire quantum iusticia suadebit
si suos pertinaciter recusaverint revocare errores, etiamsi de salvo
conductu confisi ad locum venerint iudicii, alias non venturi, nec
sic promittentem cum alias fecerit quod in ipso est ex hoc in aliquo
remansisse obligatum. Tenor vero condempnacionis dicti Jeronimi
per prefatum Constanciense concilium facte talis est: In nomine
domini amen. Christus deus et salvator noster vitis vera cuius pater agricola
est, discipulos ceterosque fideles suos in illis instruens inquit: Si quis
in me non manserit mittetur foras sicut palmes et arescet. Cuius
summi doctoris et magistri doctrinam sequens et precepta exequens
hec sacrosancta synodus Constanciensis in causa inquisicionis
heretice pravitatis per eandem sanctam synodum mota, fama publica
referente et clamorosa insinuatione instruente contra Jeronimum de
Praga magistrum in artibus laicum, ex cuius causa actis processibus
constat eundem Jeronimum tenuisse, asseruisse et dogmatizasse nonnullos
articulos hereticos et erroneos dudum a sanctis patribus reprobatos,
quosdam vero blasphemos, alios scandalosos, alios piarum aurium
offensivos, temerarios et sediciosos, dudum per dampnate memorie
viros Johannem Wicleff et Johannem Huss assertos, predicatos
et dogmatizatos ac in nonnullis eorum libris et opusculis insertos,
qui quidem articuli doctrina et libri prefatorum Johannis Wicleff et Johannis
Huss, ac ipsius Johannis Wicleff memoria, dictique Johannis Huss
persona per eandem sanctam synodum et eius sententiam de heresi
dampnati et dampnate fuere, propter dampnacionis sententiam

Idem Ieronimus postmodum pendente huiusmodi inquisitionis causa, in eadem
sancta sinodo conquiescens et profitens veritatem catholicam et apostolicam fidem
approbavit et eandem confessus, anathematizavitque omnem heresim precipue
eam de qua extitit infamatus et se confitebatur infamatum, et quam
preteritis temporibus dogmatizaverunt et tenuerunt Johannes Wicleff et Johannes
Huss in suis opusculis sermonibus et libellis, et ipsos quam seu quos dicti
Johannes Wicleff et Johannes Huss cum suis dogmatibus et erroribus
ab eadem sacrosancta sinodo dampnati fuerunt tamquam heretici, et ipsorum
doctrina similiter dampnata, premissaque omnia dampnata professus est,
et iuravit se in hac fide veritate permansurum, et si ipse aliquid quicquid
contra sentire vel predicare presumpsisset, canonum severitati subiacere
et eterne pene voluit obligari. Illamque suam professionem manu sua
conscriptam eidem sacrosancte sinodo obtulit atque dedit. Post quas confes-
sionem et abiurationem multis transactis diebus sicut canis ad vomitum
rediens, ut virus pestilentissimum quod in suo latebat pectore publice
evomeret, audientiam publicam sibi dari in eadem sacrosancta sinodo
postulavit, qua sibi concessa in eadem sinodo publice congregata asseruit
dixit et professus est in effectu, quod prefate sententie dampnationis dictorum
Johannis Wicleff et Johannis Huss inique consenserit, et illam suam
approbando mentitus fuerit, nec verebatur se confiteri mentitum, quod
primo confessionem approbationem et professionem suam super illorum dampnatione
revocabat, nunc et nunquam asserens se in libris dictorum Johannis
Wicleff et Johannis Huss unquam ullam heresim vel errorem legisse,
licet ante fuerat confessus, et probaretur sic evidenter, ipsum libros ipsorum
diligenter studuisse legisse et dogmatizasse, et in quibus constat
plures errores et hereses contineri. Verum idem Ieronimus de sacramento
altaris et transsubstantiatione panis in corpus Christi professus est se tenere
et credere quod ecclesia credit et tenet, dicens se plus credere Augustino
et ceteris ecclesie doctoribus quam Wicleff et Huss. Constat insuper ex
premissis eundem Ieronimum predictorum Wicleff et Huss dampnatorum
et eorum erroribus adhesisse, illorumque fautorem fuisse et esse, propter
que eadem sancta sinodus eundem Ieronimum palmitem putridum aridum
a vera ecclesie vite non manentem foras mittendum decrevit, ipsumque
hereticum et in heresim relapsum ac excommunicatum anathematizandum pronunciat declarat
et dampnat. Nos igitur declarationes decreta diffinitiones replicationes
mandata inhibitiones statuta necnon condempnationes et sententias supra
scripta contra hereticos et contra illarum auctoritate apostolica ex certa scientia
tenore presentium confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus,
supplentes quoque omnes defectus si qui forsitan ipsis solempnitatibus
iuris in procedendo in premissis intervenerint in eisdem. Volumus etiam et
eadem auctoritate decernimus quod declarationes diffinitiones replicationes mandata
inhibitiones statuta necnon condempnationes et sententie prefate plenam
vim plenumque robur et vigorem perpetuo habeant, et ad ea volumus
probandam hec nostre littere plene sufficiant, quocumque et ubicumque eas
sive in iudicio vel alibi exhiberi contigerit vel ostendi. Nulli ergo
omnino hominum liceat hanc paginam nostre approbationis ratificationis

confirmacionis communicacionis suppletionis voluntatis et constitucionis
infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemp-
tare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli
apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Constancie viii kal. marcii
Pontificatus nostri anno primo. Item post predictam narra-
cionem produxit quendam libellum in quo legebat quod dictus Jo-
hannes Huss scripsit de communione laica sub utraque specie, qui dum
esset in Constancia in vinculis, scripsit ad Bohemiam contra Gallo
qui opponebat se Jacobello predicanti et practicanti predictam communionem,
dicens in suam: Dilectissime frater domine Galle, noli resistere sacramento
calicis, quia et christo precepto est et apostolo. Ideo non opponas te Jacobello
predicanti etc. Item in una alia littera quam idem Huss scripsit facta condemp-
nacione in Constancia in materia dicte communionis dicit: O quanta deme-
ncia ewangelium Christi et epistolam Pauli condempnare etc. Sed dicunt quod huic
dicti heretici non sit adhibenda auctoritas. Rokyczana ut ipse adversa-
rius videat in suo magistro manifestam contradictionem et eadem exhibeat.
Ecce testimonium eiusdem Johannis Huss in tractatu quodam quem idem
Johannes Huss edidit de corpore Christi de necessitate sacramentalis
communionis, quem tractatum et idem Johannes de Rokyczana in pu-
blica audiencia replicavit, verbis nec intelligente in communione, et te-
stificatus est esse tractatum eiusdem Johannis Huss heretici. In quo tractatu
circa finem ita quod quibusdam precedentibus infert: Ex isto patet quod man-
ducacio spiritualis in tantum superat sacramentalem quod est
magis necessaria, nam spiritualis cadit sub precepto iuxta illud Johannis VI:
Nisi manducaveritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem non ha-
bebitis vitam in vobis. Sacramentalis vero non est de necessitate salutis
cum pueri salvantur sine illa. Sed tamen est de necessitate salutis prout
cadit sub precepto ecclesie, ut scilicet omnis debite homo fidelis confitens vere
utens valens aggredi debito tempore manducet corpus domini in ve-
nerabili sacramento nec frustra aut vane vel ypocritice recipiat graciam,
sed specialiter ut passionis Christi crebra memoria a peccato cohibeatur, in bono
confortetur, corpori Christi mistico fervens incorporetur, amplius iustifi-
cetur, ad futuram vitam preparetur, in intellectu illuminetur, a malo preserve-
tur et habeat vitam eternam et in novissimo die resuscitetur. Unde dicit
Salvator Joh. VI°: Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem
habet vitam eternam et ego resuscitabo eum in novissimo die. Hec
Johannes Huss dampnate memorie in predicto tractatu, quem passim
idem adversarius nunc ipse in predicta audiencia et disputacione publica
legit ad maiorem sui confusionem, cui nec respondere valuit. In quibus
verbis magister contradicit discipulo et discipulus magistro in tribus. Primo
quod dicta auctoritas Joh. VI° Nisi manducaveritis etc. intelligitur precipue
de spirituali manducacione. Secundo quod sacramentalis manducacio non est de
necessitate salutis nisi ut cadat sub precepto ecclesie. Tercio quod pueri salvan-
tur sine sacramentali sumpcione. Videat igitur magister Johannes de Rokyczana
ut magistrum suum vel ad concordiam revocet vel eam partem decipiat

Quod Huss scripsit de ista communione sub utraque specie

quam sine turbacione posuit et scripsit in dictis suis verisimile
quippe est, quod in carceribus positus aut dictas conclusiones non scripsit
vel si scripsit, in perturbacione mentis et in desperacione vite positus scripsit
quod non debuit, et fortasse quod non intellexit. Timor enim mortis
precipue qui ex violencia evenit maxime perturbat mentem, et
intellectum obfuscat ut non possit cernere verum. Et hic sunt lab ore
ipsius Johannis Huss in examine suo in Constancia audierunt
quod Marsilius [?] male faciebat inducendo talem novitatem in Regno
Bohemie. ¶ Ulterius invehit prefatus Stephanus contra me
de eo quod dixerim absit quod legerim vel legam in libris Wicleff dampna
tissime memorie dicens, quod in Concilio Carthaginensi dicitur, quod libri
hereticorum sunt legendi. Et sentit Augustinus in libro de vera religione et
Jeronimus [?], et allegavit idem [illegible] de libris Lactancii. Et dicit [illegible]. Et
ita concludit quod Johannes Wicleff fuisset et esset hereticus non de
bebam dicere quod absit ut legamus in libris hereticorum, cum sicut et
legamus philosophos. Sed dicendum quod magna differencia est inter libros philoso
phorum maxime ad erudiendum ingenium proficiunt, et libros hereticorum qui
nituntur in mentibus fidelium veritatem fidei extinguere. Item inter
libros hereticorum iterum attendenda est differencia, quia quedam dampnata
est prava doctrina et heresis que in libris ipsorum reperitur. Sed
lectura ipsorum non est prohibita propter multa alia utilia que in
eis reperiuntur maxime doctoribus et ecclesie prelatis in doctrina
exercitatis, qui sciunt et valent inter lucem et tenebras discernere, inter
lepram et lepram, verum et falsum, fidem et heresim iudicare. Quo
rundam vero hereticorum propter pravitatem doctrine et modicam vel nullam utili
tatem non solum sentencie et hereses ipsorum condempnantur sed eciam
libri comburuntur, scribi et legi penitus prohibentur, ne lectura eorum
pestifera et venenosa incautas mentes inficiat, et periat memo
ria eorum cum sonitu, et hoc modo doctrina Johannis Heresiarche con
dempnata est et lectura ipsius prohibita, quia plena est heresibus
et veneno pestifero, nullam habet aliquam utilitatem ut patet clerum [?]
vel alium alterius profectus. Tenor vero predicte condempnacionis
facte in Concilio Romano per Johannem vicesimumtercium ad maiorem
dictorum evidenciam sequitur et est
Johannes episcopus servus servorum dei, Venerabilibus fratribus universis
Archiepiscopis et Episcopis ac dilectis filiis Electis Abbatibus prioribus
prepositis decanis Archidiaconis et aliis ecclesiarum et monasteriorum prelatis
ac Inquisitoribus heretice pravitatis, ad quos presentes littere pervenerint
Salutem et apostolicam benediccionem. Nuper in generali Concilio
quod adhuc in Basilica principis apostolorum de urbe pro reformacione
et confirmacione prosperi status universalis ecclesie celebratur eodem
approbante Concilio quosdam libellos vel tractatus quondam Johannis
Wicleff seu per ipsum editos inscriptos et intitulatos dampnavimus
et reprobavimus et alia fecimus prout plenius continetur in nostris inde con
fectis litteris quarum tenor sequitur in hec verba. ¶ Johannes episcopus
servus servorum dei Ad perpetuam rei memoriam. In generali concilio

De isto quod libri hereticorum non sunt legendi articulus [illegible]

Differencia inter libros philosophorum et hereticorum

inter omnes apostolice sedis instancias, quas ad regimen gregis christi nos urgenter impedit, illa videtur esse precipua, ut cum aliqua doctrinarum pravorum senserit, que oculos divine maiestatis offendere, et grave in se periculum animarum generare possent, eam ne propagetur ulterius, et per eam mentes fidelium dampnabiliter capiantur, maxime studeat exstirpare. Sane quod nonnullis nuper temporibus quidam curiosi ac diserti atque doctrinam non que ad animarum salutem et augmentum fidei, sed ad suum fastum animarum perdicionem et catholice fidei subversionem cedunt, quosdam libellos seu volumina vel tractatus et opuscula que dicti Johannis Wicleff videlicet dyalogum trialogum et alios plures libros per quos predictus heresiarcha volumina per expressis nomine dicti Johannis Wicleff inscriptos et intitulatos non solum in scolis frequentare sed etiam ad populum in sermonibus exponere nituntur, in quibus libellis voluminibus seu tractatibus multa heretica dogmata, multique continentur errores et in fide minus recte sapientes, et per quos simplices et indocti a vitalis tramite deviare, experti vero atque docti nimium scandalizari probabiliter que ad notum et huius sacri concilii deducta sunt publicam notionem. Nos ut ex iniuncti nobis pastoralis officii debito tenemur volumus in hiis quantum cum deo possumus occurrere animarum periculis, [illegible] aut apostolus variis et peregrinis doctrinis populi fideles in devium abduci quos eciam summus ecclesie salvator ammonuit ut caveant a fermento phariseorum, huius vero pestiferosissimarum pestiferarumque maliciarum optimo fermenti manifestat exemplo, nam veluti fermentum testimonio apostoli totam massam corrumpit, sic hereticorum falsa doctrina, omnem catholicam eruditionem cui admiscetur velut rabidum venenum [illegible] inficit, quam etiam doctrinam abhominatorum desolationis idem salvator appellavit dicens: cum videritis abhominacionem desolacionis, quem locum doctor sacer Jeronimus exponens abhominationem dicit posse intelligi omne dogma perversum. Volentes autem in premissis licet notoria sint maturius procedere et omne scrupulositatis dubium amputare certis ex venerabilibus fratribus nostris sancte Romane ecclesie Cardinalibus atque nonnullis episcopis sacre theologie utriusque iuris professoribus et aliis commisimus de premissis inquirere et negocium huiusmodi diligenti examine discutere, ex quorum processu et relacione nobis et eidem sacro concilio constitit atque constat premissa tam per facti evidenciam quam per plures diffinitivas sententias tam auctoritate apostolica quam nonnullorum archiepiscoporum in suis conciliis et locis in regnibus et diversis fuisse et esse notoria atque vera. Nos igitur eodem approbante concilio declaramus et determinamus illa esse notoria que nulla sunt tergiversatione tueri, et super illis fore tamquam super notoriis procedendum, et exsurgentes in dei virtute contra hanc falsam perversam pestiferamque doctrinam, eodem sacro approbante concilio, dictos libellos tractatus et opuscula videlicet dyalogum trialogum et omnes alios huiusmodi libellos et alia que eiusdem Johannis Wycleff nomine inscribuntur et intitulantur, cuiuscumque auctoritatis et facultatis

continent, attento maxime quod et si in eis licet aliqua vera scripta
sunt, falsa tamen illis velud lepra in humano corpore permixta sunt
et in eorum lectione periculose tamquam inter scorpiones et colubres pestiferos
conversantur, dampnamus et reprobamus, atque salvatoris nostri sequentes
dictum Si quis in me non manserit mittetur foras, et sicud palmes
arescet et in ignem mittetur et ardet, igne iubemus publice cremari.
Sed etiam auctoritate concilii districtius inhibentes ne quis cuiuscumque
conditionis audeat aliquem vel aliquos seu aliqua ex dictis li-
bellis tractatibus et opusculis dicti Johannis Wicleff nomine
inscriptos aut intitulatos legere exponere docere vel tenere aut
illis ac nomine et auctore illo Wicleff uti, vel illum ut auctorem
nisi forte in illorum reprobacionem allegare publice vel occulte, et ut
de medio ecclesie illa periculosa spurcissimaque doctrina eliminetur
ordinarie iubemus per locorum ordinarios libros tractatus et opuscula
huiusmodi etiam auctoritate apostolica per censuram ecclesiasticam etiam si per opus cum
adiectione quod contra non parentes procedatur tamquam contra fautores heresis
diligenter inquiri, et repertos ignibus publice concremari. Si quis autem
huiusmodi sententie inhibitionis decreti atque iussionis violator aut contemptor
extiterit, statim eadem applicante concilio contra ipsum velut suspectum
de fide procedi. Monemus insuper auctoritate premissa omnes et singulos
qui voluerint tueri memoriam dicti Johannis Wiclef ut infra
novem menses proxime futuros quos pro primo secundo tercio atque
peremptorio termino assignamus compareant apud sedem apostolicam coram
nobis vel nostro successore cum Romano [illegible] vel in hoc sacro concilio
vel alibi ubi contigerit nos vel successorem predictum residere, dicturi
et allegaturi quicquid voluerint, ne idem Johannes licet ab huiusmodi
corruptus de heresi condempnetur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc pa-
ginam nostre deliberationis decreti dampnationis reprobationis iussionis inhi-
bitionis statuti monitionis et assignationis infringere vel ei ausu te-
merario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem
omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit
incursurum. Datum Rome apud sanctum Petrum iiij Nonas Februarii pon-
tificatus nostri anno tercio. Ad nostrum fere ad cunctorum non sine displicentia
grandi fidedigna relatione pervenit auditum quod in nonnullis regnis et
provinciis plerique clerici et laici eorum libellos et tractatus seu eorum copias
aut transcripta tam in latino quam vulgari ydeomatibus compositos per eos
se retineant, et errores hereticales dicti Johannis Wycleff in eis de-
scriptos dampnabiliter teneant approbent et defendant, ipsorumque clericorum
aliqui in derogationem catholice fidei et eorum periculum animarum in sermonibus
publicis in ecclesiis, quidam vero eorum etiam in scolis eos legere atque dog-
matizare nimis asserere etiam et publice non formidant, non atten-
dentes quod secundum canonicas sanctiones perpetue tenentur heretici et
errores devios a fide probata et a determinatione sanctorum patrum generalium
conciliorum et doctorum per ecclesiam approbatorum, et etiam tenentibus
ipsis in prefatis erroribus fautores aut quolibet consiliantes seu
ipsis quolibet publice vel occulte participantes, cuiuscumque status gradus
ordinis vel conditionis fuerint, etiam si regali vel pontificali

aut alia quavis prefulgeant dignitate ipso facto sint excommunicati
et maiori anathemate laqueati a quo nisi per summum pontificem
preterquam in mortis articulo et suos [?] errores et eorum publice
abiurantes possint absolvi. Nos igitur per huiusmodi clericorum et laicorum
ac eorum heresis labem et gestum ac actus detestabiles omnem [?]
tingat dominium in eisdem regnis et provinciis infirmari iusticie vel despergi
sed totius populi christiani illarum partium animarum saluti paterne providere
super premissis pastorali sollicitudine cupientes, discretioni vestre per
apostolica scripta committimus, quatenus in eisdem regnis et provinciis illis videlicet
in quibus ecclesie et vestre dignitates existunt ac vicinis locis insigni-
bus ubi commode et tute fieri poterit vos et quilibet vestrum in solidum
per vos vel alium seu alios presentes litteras auctoritate nostra sollempniter
publicetis et publicari faciatis et omnes ac singulos huiusmodi errores perti-
naciter tenentes et defendentes seu ipsis quolibet publice vel occulte parti-
cipantes excommunicatos maiori anathemate publice innodatos et innodari faciatis
et contra eosdem omnes et singulos clericos et laicos utriusque sexus huiusmodi
errores tenentes approbantes defendentes dogmatizantes seu astruentes
ac fautores acceptores et defensores eorundem seu ipsis quolibet publice
vel occulte in divinis vel aliis locis quomodolibet participantes exemptos et
non exemptos ac quoslibet ipsorum de quibus vobis constiterit cuiuscunque
gradus ordinis status seu dignitatis vel conditionis existant super erro-
ribus ipsis auctoritate nostra diligenter inquirere studeatis, et eos quos per
inquisitionem huiusmodi heresis vel errorum labe respersos inveneritis auctoritate
predicta, etiam per excommunicationis suspensionis et interdicti, necnon privationis
dignitatum personatuumque, officiorum et beneficiorum aliorum ecclesiasticorum ac feudorum
que a quibuscunque ecclesiis seu monasteriis aut aliis locis ecclesiasticis
obtinent, necnon honorum et dignitatum secularium ac graduum scientiarum quarum-
cunque facultatum ac per alias penas sententias censuras ac vias
et modos quoscunque quos ad hoc quomodolibet expedire seu oportunos esse
videritis, etiam per captiones et incarcerationes personarum et alias per penas
corporales quibus heretici puniuntur seu puniri solent iuxta canonicas
sanctiones. Etiam clericos ipsos et ecclesiasticas personas usque ad degrada-
tionem inclusive si eorum pertinacia seu rebellio id exigat aut re-
quirit corrigatis et corrigi faciatis et debite ac diligenter puniatis
et puniri faciatis, ipsosque ad tradendum et exhibendum vobis codices
sive libros eorum etiam in vulgari compositos ut prefertur in quibus
dictos libellos seu tractatus forsan habent inscriptos, et ad [illegible] et
abiurandum expresse etiam sollempniter et publice ipsos errores per
predictas censuras compellatis, et eosdem libellos quos vobis forsan
tradi contigerit etiam in detestationem tanti criminis in aspectu populi cleri
illius loci in quo illud fieri contigerit per vos ad id primitus [?] convo-
cato etiam comburi publice faciatis. Et nichilominus universos et singulos
utriusque sexus homines, etiam si ut premittitur regali vel pontifi-
cali aut alia quavis spirituali vel temporali prefulgeant dignitate, videlicet
constitutis inhibendo ne ipsi aut aliquis ipsorum dictos errores sive
libellos aut tractatus per nos ut premittitur dampnatos et etiam
reprobatos vel contenta in eis seu aliqua ipsorum sint pati [illegible]

a catholicis moribus respuenda tenere deinceps audeant vel audeat seu defensare quomodolibet vel docere, et alias contra predictos tam clericos quam laicos et ipsorum laicorum filios de quibus tibi habere verisimilis suspicio contra eos super predictis omnibus iuxta formam canonum procedere cum omni diligentia studeas. Contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, invocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis. Non obstantibus tam felicis recordationis Bonifacij pape viij predecessoris nostri qua cavetur ne quis extra civitatem suam et diocesim nisi in certis exceptis casibus et in illis ultra unam dietam a fine sue diocesis ad iudicium evocetur, seu ne iudices a sede apostolica deputati extra civitatem et diocesim in quibus deputati fuerint contra quoscunque procedant sive alij vel alijs vices suas committere aut aliquos ultra unam dietam a fine diocesis eorundem trahere presumant, et de duabus dietis in concilio generali, quam alijs quibuscunque constitutionibus a predecessoribus nostris Romanis pontificibus tam de iudicibus delegatis quam personis ultra certum numerum ad iudicium non vocandis aut alijs editis que possent tue iurisdictioni aut potestati eiusque libero exercitio quomodolibet obviare. Seu si aliquibus communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum quod interdici suspendi vel excommunicari aut ultra vel extra certa loca ad iudicium evocari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi eorumque personis locis ordinibus et nominibus proprijs mentionem, et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali cuiuscunque tenoris existat per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam tue iurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, et de qua cuiusque toto tenore de verbo ad verbum in nostris litteris habenda sit mentio specialis. Datum Rome apud Sanctum Petrum vi idus Februarii pontificatus nostri anno tertio.

Dictam autem condempnationem ut premittitur per Johannem vicesimum tertium factam Sacrosancta Constantiensis sinodus generale concilium faciens et ecclesiam catholicam representans ad extirpationem presentis scismatis errorumque et heresum sub eius umbra pullulantium eliminationem et reformationem ecclesie in spiritu sancto legitime congregata ad perpetuam rei memoriam. Fidem catholicam sine qua ut ait apostolus impossibile est placere deo, a falsis eiusdem fidei cultoribus immo perversis impugnatoribus et superbam curiositatem intendentibus plus sapere quam oportet mundi gloriam cupientibus oppugnatam sepius et contra illos per fideles ecclesie milites spirituales apposito scuto fidei defensatam fuisse scriptura atque gestis instruimur. Hec quippe bellorum genera in bellis carnalibus Israheliticus populus adversus gentes ydolatras prefigurata fuerunt. In hijs itaque spiritualibus bellis sancta ecclesia catholica in fidei veritate superni luminis radijs illustrata divina providentia et sanctorum patrocinijs opem ferente semper immaculata permansit, errorumque tenebris velut hostibus profligatis gloriosissime triumphavit. In nostris vero temporibus vetus ille ac invidus hostis nova certamina ut probati temporis huius manifesti fiant suscitavit, quorum dux et princeps extitit quondam Johannes Wicleff pseudo christianus qui dum viveret adversus religionem christianam et fidem catholicam pertinaciter asseruit et dogmatizavit multos

plures articulos quorum [illegible] sacre pagine do-
ctoribus inscrutandos qui sequuntur. Substancia panis materialis
et similiter substancia vini materialis remanent in sacramento altaris.
Accidencia panis non manent sine subiecto in eodem sacramento. Christus
non est in eodem sacramento identice et realiter in propria presencia corporali.
Si episcopus vel sacerdos existat in mortali peccato non ordinat, non con-
ficit, non consecrat, non baptizat. Non est fundatum in ewangelio quod Christus
missam ordinaverit. Deus debet obedire dyabolo. Si homo fuerit
debite contritus, omnis confessio exterior est sibi superflua et inutilis. Si papa
prescitus et malus, et per consequens membrum dyaboli, non habet potestatem super
fideles ab aliquo sibi datam, nisi forte a cesare. Post Urbanum sextum
non est aliquis recipiendus in papam, sed vivendum est more Grecorum
sub legibus propriis. Contra scripturam sacram est quod viri ecclesiastici ha-
beant possessiones. Nullus prelatus debet aliquem excommunicare nisi
prius sciat ipsum esse excommunicatum a deo, et qui sic excommunicat fit hereticus
vel excommunicatus. Prelatus excommunicans clericum qui appellavit ad Regem
vel ad consilium regni eo ipso traditor est Regis et Regni. Illi qui
dimittunt predicare vel verbum dei audire propter excommunicationem hominum sunt
excommunicati et in die iudicii traditores Christi habebuntur. Licet alicui dya-
cono vel presbitero predicare verbum dei absque auctoritate sedis apostolice sive episcopi
catholici. Nullus est dominus civilis, nullus est episcopus dum est in peccato
mortali. Domini temporales possunt ad arbitrium suum auferre bona temporalia
ab ecclesia possessionatis habitualiter delinquentibus. Populares possunt ad
suum arbitrium dominos delinquentes corrigere. Decime sunt pure ele-
mosine, et parochiani possunt propter peccata suorum prelatorum ad libitum suum eas
auferre. Speciales oraciones applicate uni persone per prelatos vel religiosos
non plus prosunt eidem quam generales ceteris paribus. Conferens elemosinam
fratribus est excommunicatus eo facto. Si quis ingreditur religionem privatam
qualemcumque tam possessionatorum quam mendicancium, redditur ineptior
et inhabilior ad observanciam mandatorum dei. Sancti constituentes religiones
privatas sic instituendo peccaverunt. Religiosi viventes in religionibus
privatis non sunt de religione christiana. Fratres tenentur per labores
manuum victum acquirere, et non per mendicitatem. Prima pars est scan-
dalosa et presumptuose asserta pro quanto sic generaliter et indistincte
loquitur, et 2a erronea pro quanto asserit mendicitatem fratribus non
licere. Omnes sunt symoniaci qui se obligant orare pro aliis eis
in temporalibus subvenientibus. Oracio presciti nulli valet. Omnia de
necessitate absoluta eveniunt. Confirmacio iuvenum, clericorum ordinacio,
locorum consecracio reservantur pape et episcopis propter cupiditatem lucri temporalis
et honoris. Universitates, studia, collegia, graduaciones et magisteria
in eisdem sunt vana gentilitate introducta, et tantum prosunt ecclesie
sicut dyabolus. Excommunicacio cuiuscumque prelati non est timenda, quia
est censura antichristi. Peccant fundantes claustra, et ingredientes
sunt viri dyabolici. Ditare clerum est contra regulam Christi.
Silvester papa et Constantinus imperator erraverunt ecclesiam dotando.
Omnes de ordine mendicancium sunt heretici, et dantes eis elemosinas
sunt excommunicati. Ingredientes religionem aut aliquem ordinem eo ipso
inhabiles sunt ad observandum divina precepta, et per consequens

pervenire ad regnum celorum nisi apostotaverint ab eisdem. Item omnes
clerici possessiones habentes sunt heretici, eo quod possessiones habent
et omnes consencientes eis, scilicet domini seculares et layci ceteri. Item ecclesia
Romana est synagoga sathane, nec papa est immediatus et proximus
vicarius Christi et apostolorum. Item decretales epistole sunt apocrife et seducunt
a fide Christi, et clerici sunt stulti qui eas student. Item imperator et domini
seculares sunt seducti a dyabolo ut ecclesiam dotarent de bonis
temporalibus. Item electio pape a cardinalibus per dyabolum est introducta.
Item non est de necessitate salutis credere Romanam ecclesiam esse supremam inter
alias ecclesias. Error est si per Romanam ecclesiam intelligatur universalis ecclesia
aut concilium generale, aut pro quanto negaret primatum summi pontificis
super alias ecclesias particulares. Item fatuum est credere indulgenciis pape
et episcoporum. Item iuramenta illicita sunt que fiunt ad roborandum humanos
contractus et commercia civilia. Item Augustinus, Benedictus, Bernardus dampnati
sunt nisi penituerint de hoc quod habuerunt possessiones, et instituerunt
et intraverunt religiones, et sic a papa usque ad ultimum religiosum omnes
sunt heretici. Item omnes religiones indifferenter introducte sunt a dyabolo.
Idemque Johannes Wycleff libros Dyalogum et Triallogum per
ipsum nominatos et plures alios tractatus volumina et opuscula com-
posuit, in quibus prescriptos et plures alios dampnabiles inseruit
et dogmatizavit articulos, quos libros ad sui pravi dogmatis
publicacionem publice legendos exposuit. Ex quibus multa scan-
dala atque dampna et animarum pericula in diversis regionibus, presertim
in Anglie et Bohemie regnis secuta sunt. Adversus quos arti-
culos atque libros in Dei virtute consurgentes magistri et doctores
universitatum et studiorum Oxoniensis et Pragensis articulos predictos sco-
lastice postea reprobarunt. Reverendissimi insuper patres pro tempore Cantuariensis
et Eboracensis in Anglia in suis provincialibus conciliis et locorum aliis
in partibus ordinarii et Pragensis in Bohemie regno archiepiscopi et
apostolice sedis legati apostolica auctoritate condempnarunt prefatos libros eiusdem
Johannis Wicleff comburendos fore. Dictusque archiepiscopus Pragensis eandem
auctoritate apostolica nihilominus specialiter prohibuit illorum qui tunc erant
leccionem. Rursus hiis ad noticiam prefati Baldassaris tunc Johannis
xxiij et predicti per eum Rome ut prefertur celebrati Concilii deductis,
noticiam huiusmodi libros tractatus et opuscula condempnavit, iubens
illos et illa publice concremari, districtius inhibendo ne quis Christi
nomine insignitus auderet aliquem vel aliquos seu aliqua ex dictis
libellis, voluminibus, tractatibus et libris sive opusculis legere, ex-
ponere, dicere vel tenere aut illis quomodolibet uti, vel illos nisi in reprobacionem
allegare publice vel occulte. Et ut de medio ecclesie illa
periculosa spurcissimaque doctrina eliminaretur, iussit omnes libros,
tractatus, volumina et opuscula huiusmodi per locorum ordinarios auctoritate
apostolica per censuram ecclesiasticam, eciam si opus esset ad adiectionem
pene contra non parentes procedendo, tamquam contra fautores heresis
diligenter inquiri, et inventos et inventa ignibus publice concremari.
Hec autem sancta sinodus prefatos articulos quadraginta quinque
examinari fecit et sepius recenseri per plures reverendissimos

patre ecclesie Romane Cardinales episcopos abbates magistros
in theologia doctores iuris utriusque et plures notabiles in multitudine
copiosa. Quibus articulis examinatis fuit repertum prout in veritate est
aliquos et plures ex ipsis fuisse et esse notorie hereticos et a sanctis
patribus dudum reprobatos, alios non catholicos sed erroneos, alios
scandalosos et blasphemos, quosdam piarum aurium offensivos,
nonnullos eorum temerarios et sediciosos. Compertum est etiam libros
eius plures alios articulos continere similis qualitatis doctrinam
in dei ecclesia nephariam et fidei ac moribus inimicam inducere.
Propterea in nomine domini nostri Ihesu Christi hec sancta synodus sententias pre
dictorum Archiepiscopi ac Concilii Romani ratificans et approbans pre
dictos articulos et eorum quemlibet, libros eius Dyalogum et
Trialogum per eundem Johannem Wicleff nominatos et alios eiusdem
auctoris libros volumina tractatus et opuscula quocumque nomine cen
seantur quorum hic tenorem vult pro sufficienter expressis, hac perpetuo
decreto reprobat et condempnat, eorumque librorum et cuiuslibet ipsorum lectionem
doctrinam expositionem et allegationem nisi ad eorum reprobationem omnibus
Christifidelibus prohibendo. Inhibens omnibus et singulis catholicis
sub anathematis interminatione ne de cetero dictos articulos aut
ipsorum aliquem audeat publice predicare tenere dogmatizare vel
docere, sive libros ipsos docere approbare tenere vel quovis allegare
nisi ad eorum reprobationem ut dictum est. Iubens illos libros et trac
tatus volumina et opuscula predicta publice cremari prout de
cretum fuit in Synodo Romana sicut supra est expressum. Super
quibus exequendis et debite observandis mandat predicta sancta
synodus ordinariis locorum vigilanter intendere prout ad quemlibet
pertinet secundum iura et canonicas sanctiones. Demum vero libris
predictis diligenter examinatis per doctores et magistros universitatis
studii Oxoniensis, ultra dictos xlv articulos ducentos sexaginta
conscribendo collegerunt quorum aliqui cum supradictis in sententia
coinciderunt licet non in eadem forma, et sicut de aliis dictum est
supra continetur, quidam ipsorum sunt et erant heretici, quidam sediciosi
alii erronei, reliqui omnes prave contra bonos mores et catholicam
veritatem sunt. Propterea scolastice per dictam universitatem debite reprobati.

Hec igitur synodus sacrosancta cum deliberatione qua supra
predictos articulos et eorum singulos reprobat et condempnat, pro
hibens iubens mandans et decernens prout de aliis xlv supra
est expressum. Insuper quia auctoritate sive decreto Romani concilii
mandatoque ecclesie et sedis apostolice datis dilationibus debitis processum
fuit ad condempnationem dicti Wicleff et sue memorie edictis propositis
et indicationibus quibusque ad vocandum eos qui eundem sive eius memoriam
defendere vellent, si qui penitus extiterint, nullus vero comparuit
qui eundem vel eius memoriam defenderet. Examinatis demum testibus
super impenitencia finali pertinacia dicti Wicleff per Commissa
rios etiam ante hunc sacri Constanciensis Concilii deputatos
de eius impenitencia et finali pertinacia per evidentia signa testibus
legittimis comprobata fuit legittime facta fides. Propterea instante

precone fiscali edictorum proposito ad audiendum sententiam ad hanc diem
hec sancta synodus declarat diffinit et sententiat eundem Johannem
Wicleff fuisse notorium hereticum pertinacem ac in heresi decessisse ana-
thematizans ipsum pariter et suam memoriam condempnando, decernitque
et ordinat corpus eius et ossa si ab aliis fidelium corporibus discerni
possint exhumari et procul ab ecclesiastica sepultura iactari secundum
canonicas et legitimas sanctiones. Predicet igitur auctoritate con-
cilii et doctorum intellectum de illis libris quorum lectura non est prohi-
bita per ecclesiam sanctam dei. Legat igitur adversarius libros Wi-
cleff contra prohibitionem ecclesie prout voluit, sufficiat autem michi legere
patrum libros et doctores sanctissimos de quorum vita et doctrina
[illegible] affirmat sancta mater ecclesia. Post predicta que in laudem
suorum hereticorum adducit hortatur [illegible] dimittam nec nos amplius
mutuo amaricemus seu ad amaritudinem provocemus. Sed queratis
aliam viam concordie cum uterque [illegible] ad Johannem [illegible]
heretice respondeo [illegible] in partem [illegible] et nos olim [illegible]
gladio infernum, ipse eum hereticos per ecclesiam condempnatos in presencia
ecclesie et in facie laudavit approbavit et eorum canonizavit, ideo
ut vitalis discessit, optimum fuit ut huiusmodi aperiretur materie et
iam deinceps transibo ad alia, pacem querens ad laudem
omnipotentis dei qui est in secula seculorum benedictus amen.

Deinde volens me ad contradictionem inducere dicit quod ego dixerim
quod nullo modo sacerdos debet sine sanguine corpus Christi sumere, et ego alia
parte dico post Albertum quod papa posset dispensare vel ecclesia
in casu necessitatis prout sunt [illegible]. Circa quod [illegible] male at-
tendit ad condiciones contradictionis que sunt superius enumerate, nam
una condicio contradictionis est quod negacio et affirmacio determinant
ad secundum idem pro eodem tempore, cum ergo dico nullo modo sacerdos debet sumere
corpus Christi sine sanguine intelligendum est secundum communem modum
et legem ordinatam. Albertus vero loquitur in casu necessitatis
vel [illegible] secundum quem legem et post in casu aliquo quod accidit
preter legem communem non sunt contradictorie proposiciones predicta ut superius
patuit. Sicut Thomas loquitur quando Albertus in casu necessitatis
vel predicti duo doctores non contradicunt sibi ipsis, et sic si ego
similiter dixissem in aliquo loco [illegible] nec nullo modo
dixit et pro [illegible] non est contradicto, quod tamen non recordor me dixisse
nec in forma talia verba posuisse. Ulterius in alia die replicans
[illegible] istud materiam de doctoribus modernis dicens
quod contra eos et dicta ipsorum est suada magna modestia cum
inter eos sint magne contradictiones, et adducit Albertum magnum
in libro de officio misse qui recitans opiniones prepositivi et aliorum
quorundam circa formas sacramentales dicit quod false sunt et proxime
heresi, et ita propter predictam contradictionem non est eis credendum. Sed
ad hoc dicendum sicut superius, quia in illis est eis credendum in quibus
conveniunt doctores et eos ecclesia approbat vel consuetudine vel statuto
et sic eciam in materia communionis sub una specie omnes concordant
nec est aliquis contradicens, et sunt conformes [illegible] Christo et

[Marginal notes:]
[illegible] ad auctoritatem concilii et doctorum que super allegatorum quod videlicet sancta mater quod libri hereticorum sunt legendi

An liceat aliquem preter sacrificantem corpus sine sanguine sumere

Contra de doctoribus modernis quod sunt credendi et [illegible]

divine legi atque dictis antiquorum sanctorum doctorum approbantiumque et consuetudine et statuto ecclesie utrique tenendi sunt, et negare eos est valde presumptuosum et omnino periculosum ¶ Post hec contra illud quod supra diximus quod nulla utilitas et iniusticiam nulla laicus sequitur magis ex sumptione sacramenti sub duplici specie quam sub una, dicit quod contrarium dicunt doctores videlicet quod maior est efficacia sub duabus quam sub una et adducit Albertum magnum et sanctum Thomam in tercia parte de forma consecrationis sanguinis quorum auctoritates prius per ipsum sunt adducte et per me sufficientissime solute nec replicavit contra solutiones, ideo nec ego respondeo sed remitto ubi supra ¶ Item dicit quod nulla fuisset utilitas ex utraque specie quare in primitiva ecclesia fuit usus cuiuslibet utriusque speciei et nunc eciam in multis locis ¶ Similiter Cyprianus dicebat quod sanguis Christi inflammabat ad effundendum sanguinem, Dicimus quod utilitas meriti aut augmentum gracie attenditur in sacramentis dupliciter videlicet vel ex opere operato vel ex opere operantis ¶ Sed igitur dictum est et dicitur quod nec est maior utilitas in sumente sub duplici specie, intelligitur quantum est ex opere operato, quia tantum sumit de effectu consequente rem qui sumit sub una specie quantum sumit qui sumit sub utraque quia totum et integrum corpus eius cum omni plenitudine gracie ¶ Sed nichil obstat quod ex opere operantis sumentes se extendunt in utilitate, sicut eciam una mulieruncula devota sumens sub una specie excedit in utilitate multos sacerdotes qui sumunt sub utraque ¶ Similiter eciam ipse sumens sub utraque specie, sit habet maiorem utilitatem ex opere operantis ¶ Et concedimus quod aliqui in primitiva ecclesia communicabant sub utraque specie propter utilitatem aliquam quam ex opere operato habuissent maiorem quam sub una, sed quia consuetudo ecclesie hoc habebat, eciam ut per consuetudinem sanguinis Christi animarentur populus ad proprium sanguinis effusionem, secundum quemadmodum ¶ Cyprianus loquebatur quo fervore martirii deficiente crescenteque in devocione populi et multiplicatis periculis optimum fuit ut ad unam speciem populus reduceretur ¶ Ultimo venit ad solutiones seu pocius evasiones racionum mearum ¶ Et ad primam cum arguebam omne sacramentum huius communem confectionem etc., negat minorem dicens quod licet corpus sit totus Christus sub una specie, non tamen per unam speciem causat aliquam efficaciam in homine ¶ Sed quia non videt ad probacionem cuiuslibet minoris, ideo racio stat adhuc in vigore suo ¶ Et confirmatur ¶ Prima sumens efficacia et effectus huius sacramenti est ex ipsa re, et non ex speciebus, patet quia ipse Christus est causa gracie et complementum, ipsa autem species secundum se nichil causat ut patuit supra secundum doctores ¶ Albertum magnum et sanctum Thomam et alios ¶ Sed tota perfecta et integra res ita plene et perfecte est sub una specie sicut sub duplici, nec plus nec minus ergo nec minus causat sub una quam sub duplici ¶ Ad secundam racionem quod arguebam de sacerdotibus quod convenit etc., negat consuetudinem dicens, nescio unde hunc ad argumentum et quibus eam induxerit et peius est quod dividatur sacrificium quod cessant conspiracio illa diu totaliter compro[illegible] contra sacros ¶ Canones et evangelium

quod si non utilitas esset de utraque specie quare in primitiva ecclesia et in aliquibus locis practicabatur

quod ex opere operato non est maior utilitas sub utraque specie, sed ex opere operantis interdum sic

Secundo de replicacionibus contra raciones quas magister adduxit contra quas adversarius opponit

De 2a racione de paste[illegible]

et ita dicit, non applico illam consuetudinem, nisi plus, videlicet
dicit etiam quod allego consuetudinem, sed non allego preter consuetu-
dinem doctores. Dicit etiam quod multi sacerdotes occasionem accipiunt
erroris quia credunt quod dum particula hostie vino intingitur
sine dicta consecratione quod ex tali contactu vinum in sanguinem Christi convertitur
et fit ut sanguinem Christi et adorant et sumunt. Sed dicendum ad illud
quod dicit quod mirum est de illa consuetudine et nescit unde fiat
et unde habeat originem, quod si ipse bene legisset postillam meam,
reperisset rationes quare hoc ecclesia faciat, et cessasset admiratio
sua, vel tunc admiratio hec bona que videtur effectus cuius causa
ignoratur, ut Aristoteles in prohemio methaphisice. Nam huius consuetudinis
in postilla mea assignavi duas rationes. Confirmavi etiam eam
dicto venerabilis Rabani, quod est contra illud quod dicit allego
consuetudinem sed non adduco doctores. Item etiam sibi in dicta po-
stilla, quod invenimus hanc ordinationem et consuetudinem in ecclesia initio
duxit, quam ecclesia approbavit et doctores post sequentes. Item super
predicta causa videantur adducere sibi adhuc sanctum Thomam in 3a
parte q. 83 articulo 2o in responsione ad argumentum secundum, ubi ita dicit:
In veniente veritate cessat figura. Hoc autem sacramentum est figura quedam
et exemplum dominice passionis, et ideo in die qua ipsa passio domini
recolitur prout realiter gesta est non celebratur consecratio huius
sacramenti. Ne tamen ecclesia ea die sine fructu passionis per hoc
sacramentum nobis exhibitum videatur, remanere corpus Christi consecratum
in die precedenti reservatur percipiendum in illa die, sed in die passionis
non autem sanguis Christi propter periculum et quia sanguis specialius est ymago
quedam dominice passionis. Hec Thomas. Item idem in 4to distinctione
xiij q. 1 articulo principali 2do et tercio sub principali assignans
primo quinque causas, quare missa cotidie in ecclesia celebratur. Et eandem
in responsione ad 2m articulum assignat causam quare illa
die non consecratur corpus Christi ita dicens: Ad secundum dicendum
quod ecclesia volens representare circa ipsam diem passionem Christi
in capite suo fuit, mentis occupari statuit ut illa die non conse-
craretur corpus Christi. Ne tamen adhuc ecclesia sine corpore Christi
esset, corpus Christi precedenti die consecratum et reservatum sumitur. Sanguis
autem non reservatur propter effusionis periculum. Hec doctor. Loquitur etiam
adducere omnes doctores qui de hac materia locuti sunt. De eo autem
quod aliqui sacerdotes capiant occasionem erroris, dicendum est quod illa
occasio non est data ab ecclesia, quia ecclesia tradit quod consecratio
non fit sine debita forma verborum. Et per intinctionem hostie in
vinum licet ex contactu illo magnam virtutem vinum accipiat
et magne venerationis efficiatur, non tamen efficitur sanguis Christi.
Et ideo si aliqui ignorantes accipiant errorem hoc fit non provenit
ex parte ecclesie sed ex parte negligentie ipsorum qui non inquirunt nec scru-
tantur sic instituta ecclesie. Canon autem concilii et auctoritas Am-
brosii de consecratione et celebrantibus loquuntur, quando tamen ecclesia
illa die non consecrat nec celebrat sed solum sacerdos sumat
in persona ecclesie ecclesia non incurrit sacrilegium ut hic impudentis

hereticus asserit et affirmat. Ad idem est Gwilhelmus durandi
in racionale divinorum officiorum parte septima, cuius raciones et similiter alias hic
obmitto causa brevitatis. Ad tertiam racionem cum arguebatur: Si
predicta communio laica sub utraque specie esset de necessitate sa-
lutis, sequitur quod omnes sacerdotes et laici essent dampnati etc. (de 2a racione de dampnatione multorum)
Respondetur negando consequentiam quia simplicitas et ignorantia excusat
eos. Unde tamen respondetur ad induxissimas raciones pro denegandis
iuxta consequentiam maioris, tam ad probationem assumpti, videlicet quod omnes
tam sacerdotes quam laici peccassent mortaliter, quam eciam ad probationem
consequencie, quod dicta racio remanet in suo vigore. Sed respondendum (quod ignorantia non excusat)
est ad auctoritates aliquas quas inducit quibus nititur probare pre-
decessores excusari debere ex ignorantia et ex simplicitate. Et
primo adducit auctoritatem Cypriani que habetur de consecratione dist. ii. c. Scriptura
vetamus frater carissime. Si quis de antecessoribus nostris vel ignoranter
vel simpliciter non hoc observavit et tenuit quod nos dominus facere
exemplo et magisterio suo docuit, potest simplicitati eius de indulgen-
tia domini venia concedi, nobis vero non poterit ignosci qui nunc a domino
moniti et instructi sumus etc. Ex quibus verbis patet quod illis venia
concedi potest a domino qui ex simplicitate et ignorantia peccant
contra preceptum domini, illi tamen vetant qui scripturas viderunt
et ex ipsis instructi sunt. Item ad idem adducit auctoritatem Augustini
que habetur xxxiv q. iiii ca. Si virgo. Ubi ita dicit: Si virgo
nesciens viro nupserit alieno, hoc si semper nesciat, numquam ex hoc erit
adultera. Si autem sciat, iam ex hoc esse incipit ex quo cum alieno
cubavit. Sicut in iure prediorum tamdiu quisque bone fidei possessor
rectissime dicitur quamdiu se possidere ignorat alienum. Cum vero scierit
nec ab aliena possessione recesserit, tunc male fidei perhibetur, tunc
iuste iniustus vocabitur. Hec ibi. Et ex istis concludit quod si ex
levi ignorantia et non ex crassa aut supina ignorantia vel
ex contemptu predecessores nostri fuerunt utraque communicantes, alii vi-
deant illi si qui forte aliqua vetare non fecerunt vel non faciant.
Non iudicamus eos, sed deus est qui iudicat ipsos, nec ego dampnavi
omnes predecessores nostros, neque in statu ecclesiastico neque in statu
seculari, nisi si et in quantum ex contemptu vel ignorantia crassa
et supina deliquerint. Sed dicendum ad dictas auctoritates et ad similes
quod ut precedit adversarius dicit quod duplex est ignorantia. Una
que est invincibilis, quando videlicet homo facit omnem diligentiam inqui-
rendo veritatem quantum in eo est per omnem viam et modum possibilem
et non reperit et tamen pervenit ad ipsam, et talis utique ignorantia
excusat a peccato. Alia vero ignorantia dicitur crassa vel supina, que
procedit ex negligentia vel ex malicia, quoniam videlicet aut negligens
est aut per maliciam contempnit scire que necessaria sunt ad sciendum.
Manifestum est autem tunc hic locum ignorantia invincibilis
quod cuius acquisitum (?) sufficiente diligentia in inquirenda veritate eius
vel cognoscenda, que est sibi necessaria ad salutem. Clarum est
autem quod precepta Christi et mandata eius sunt necessaria
omnibus hominibus ad salutem. Si igitur utraque species fuisset

de precepto Christi, utique tam sacerdotes quam laici tenebantur facere diligenciam
ad sciendum hanc veritatem, quia non constat eos non fecisse, utique pecca-
verunt ignorancia non invincibili sed crassa, non adhibentes diligenciam
ad sciendum ea que necessaria sunt ad salutem. Consequenter nullo modo possunt
a peccato et per consequens a dampnacione excusari secundum quod predicte
per me inducte probaciones manifeste probant et declarant. Ad auctoritates
igitur Cypriani et Augustini dicendum quod aliter loquuntur de ignorancia qua
quis per negligenciam admittit scire que scienda sunt, scilicet Cyprianus
cum dicit ignosci potest simpliciter erranti, sicut inquit ignosci, sed non dicit
quod non peccavit, unde non excusat a peccato. Et ad idem est exemplum
Pauli quod inducit, quod quia ignoranter fecerat misericordiam consecutus
est, quia ubi obedivit voci Christi et penituit de peccato per ignoranciam
commisso, quod non legitur de pluribus regibus et sacerdotibus Bohemie
multis iam annis tenentibus annorum quibus regnum Bohemie
unitum ecclesie Romane communicavit saltem sub una specie aliquis sa-
cerdos in fine vite sue, quod se iniustitiam vel laicus quod se communicaverunt
penituerunt aut se peccasse aliquo signo ostendit. Unde qui peccaverunt
nec penituerunt sicut Paulus fecit, utique iuxta veritates in superio-
ribus adductas predecessores eorum et predecessores dampnati sunt. Aliter
vero scilicet Augustinus loquens de origine et de predio loquitur de invincibili
ignorancia, quibus non tenetur facere diligenciam, ut cum possident
aliquam iniusto titulo, quia diligencia facta licet error contingat in
re, error tamen ille non obligat ad peccatum, quia actum est quod
fieri debuit etc. Ulterius enim dicebant sacerdotes non solum amisisse
dari laicis sub utraque specie communionem, sed etiam dicebant sufficere
sub una specie. Respondetur enim Augustinus xx q. i. Quid culpatur ubi
dicit Augustinus quod vir iustus si forte eciam sub rege homine sacrilego
militet, recte potest illo iubente bellare, si vice pacis ordinem quod sibi
iubetur, vel non esse contra dei preceptum certum est, vel utrum sit certum
non est ita, ut fortasse reum faciat regem iniquitas imperandi,
innocentem autem militem ostendat ordo serviendi. Ex hiis igitur dicitur
quod sicut milites ex simplicitate obedientes regi iniquo non peccant
ita obedientes subditi prelato iniquo ignoranter excusantur, excusan-
tur a peccato prelato peccante. Et sic in communione huius sacramenti a clero
precipiente populus ut sub una specie communicent, si ex ignorancia
faciunt et ex simplicitate, utique populus excusatur ex ignorancia
clero in peccato et dampnacione persistente. Sed contra predicta mi-
litat adhuc quod ~~dicit~~ dictum est, quia quibus tenentur facere diligenciam
in hiis que spectant ad salutem. Cum igitur laici non requisiverint
se fecisse utique negligencia et ignorancia que precessit ex ea dampnat
eos. Ulterius enim dicebant quod eadem de causa omnes pagani
et infideles essent salvandi, quia ignorant baptismum etc. Respondetur
non est simile de baptismo et de sacramento eucaristie, quia cum per
baptismum quis efficiatur particeps ecclesiastice unitatis et possit accipere
eucaristie sacramentum, ideo non accipiens baptismum ex ignorancia non
salvatur, sed dimittens ex ignorancia eucaristiam salvatur. Sed contra
omnia precepta Christi sunt quibus non potest haberi vita eterna equaliter

quod omnes infideles et pagani essent salvandi de facto ignorancie

visio

respicit vitam eternam quantum ad amissionem, quia qui in uno
offendit, omnium reus factus est, licet non eodem modo, patet quia sicut
sine baptismo non potest quis salvari ita sine fide, ita sine spe, ita
sine caritate, ita etiam sine quodam hominis facto secundum adversarium
quia anima ista et quodlibet ipsorum de necessitate requiritur ad vitam
eternam consequendam. ¶ Cum igitur quantum ad talia cessat, non potest
contingere circa quemcumque alterum ipsorum sicut circa baptismum, si
in baptismo non exercitat, ergo nec in quodam, et per quem eo quod
requiritur ad salutem sicut et baptismus ut adversarius dicit
ergo stat argumentum in suo vigore. ¶ Volunt enim dicere quod qui-
cumque peccavit mortaliter vel contritus nec in vita nec in fine et ad
mortem dampnatur, et ergo nullus istorum sacerdotum iam a tot
centenis annis nec aliquis laicorum qui hunc ordinem unquam spreverit
fuerunt sunt confessi aut contriti de transgressione precepti supradicti
ipsi ergo dampnandi. ¶ Respondet quod presumptuosum est dicere et iudi-
care quod tales non penituerunt in fine, quia ut quidam dicunt, sibi
contingit in fine vite ut habeat claram noticiam de omnibus que gesserat
sive bonum sive malum, et sicut diabolo contingit qui in clara
noticia per malicia peccavit, ita in clara noticia quilibet recedens
a seculo vel in gratia persistat vel in spiritum sanctum peccet per desperationem
et ita cum de illa clara noticia, nemo potest habere cognitionem nisi sibi
a deo revelatum, utique periculosum est iudicare de aliquo quod non
peniteat in fine. ¶ Sed dico quod valde presumptuosum est temerarium
et fatuum fingere aliquid circa salutem humanam, quod nec ex sacris
libris implicite vel explicite nec ex dictis sanctorum doctorum
elicitur. ¶ Cum ita dicta clara noticia quam ymaginantur fingunt cuilibet in fine
vite sic evenire, nec ex scriptura sancta nec ex dictis doctorum,
qui eam super sacras scripturas sive libros exposuerunt qua eos suscepte
sunt non habeat, utique eam sic fingere presumptuosum est et spiritu temerario.
¶ Item illa clara noticia aut habetur ante exitum, quia tunc sunt
in termino in quo non cadet eis electio desperacionis vel penitencie.
ergo oportet quod ponatur talis electio cum dicta noticia, dum est
in vita et ante exitum a corpore, cum igitur plures contingat
subito mori et in instanti emigrari, non est possibile in talibus
hanc claram noticiam fieri, quia cum talis noticia competet
secundum modum humanum et secundum statum vie, tempore indiget in quo
unum post aliud homo videret et eo discurreret, et sic, utique aliquo
manifestata fuisset doctoribus sanctis huiusmodi noticia, vel per
revelacionem accidentem vel per relacionem eorum qui per miraculum vel
dispensacionem divinam vel a morte resuscitati, vel ab ultimis
punctis mortis redierunt, vel per aliqua signa et alias vias
dicta fieri noticia innotuisset ecclesie, quod nequaquam factum est. ¶ Item secundum
scripturam homo videt ea que foris sunt, deus autem intuetur cor.
unde ecclesia iudicat secundum presentem iusticiam de hiis que videntur.
¶ Sicut igitur ecclesia aliquos sanctificat ex sanctis et bonis operibus
¶ Ita etiam aliquos dampnat et inter dampnatos computat
propter eorum mala opera et hoc non solum opinative sed vere
et certitudinaliter, tamquam sunt aliqui sancti, quorum ecclesia

[De isto quod nullus istorum contritus est de isto nec in vita nec circa finem vite]

[De clara noticia omnium que gessit circa finem vite quod opinio ista falsa]

celebrat ecclesia solempnia, et omnes dampnati heretici qui contra
fidem pugnantes usque ad exitum pertinaciter perstiterunt, utique sicud
sanctos vere sanctificat, ita illos vere dampnat, et inter dampnatos
reputat, quod si restaret illa talis clara noticia in qua quisque posset
penitere vel flecti ad desperacionem, utique falsum esset iudicium ecclesie, et
multos ecclesia coleret pro sanctis quorum anime cruciarentur in inferno
et econverso multi ab ecclesia dampnarentur, quorum anime essent in celo, quod
omnino nephas est credere et [illegible], quia sic cuiuslibet sancti sanctitas
in dubium verteretur et tolleretur fides et spes de eorum suffragiis et adiu
torio quod omnino est hereticum. Item mirabile esset quomodo a tot
centenis annorum in tota multitudine sanctorum doctorum sacerdotum
clericorum et laicorum, et si omnes peccassent mortaliter in sumendo sub
una specie, non fuisset aliquis repertus in extremis positus, qui
in hac clara luce deprehendisset necessitatem huius communionis sub utraque
specie qui vel verbo vel signis ostendisset penitenciam de hac re, ita quod
potuisset deduci ad noticiam ecclesie, quod numquam factum est. Unde
quantum ad iudicium ecclesie, et quantum ad presentem iusticiam, omnes fu
issent dampnati ex quo omnes peccaverunt mortaliter, nec in aliquo
signa penitencie apparuerunt, et sic saltem secundum presentem iusticiam, omnes
essent dampnati, quod non solum impium est credere sed eciam omnino
a fide alienum et hereticum secundum auctoritatem Pauli dictum est, quia ignorancia illa eos excusavit cum a peccato sed bene minuit gravitatem
peccati ex quo faciliter veniam consequentur. Item arguebatur, quod si
communio sub utraque specie esset de precepto Christi, sequeretur quod Christus
precepisset aliquid impossibile aliquibus etc., quia multi sunt qui nec
odorare possunt vinum non solum vinum. Respondetur quod ipse loquitur
de necessitate communicandi secundum debitas circumstancias ut puta temporis
modi et loci et aliis, que circumstancie si desunt sufficit votum
per desiderium. Nec ista responsio est voluntaria, nec fictionis ad pro
positum, quia si utraque species cadit sub precepto Christi, aut igitur respectu
omnium aut non respectu omnium, non est dicendum primum, quia Christus
in illo mandato nullam excepcionem fecit aut distinctionem, et ita
modificare et distinguere ubi Christus non distinxit temerarium
et presumptuosum est. Sequitur igitur quod illud preceptum obliget universaliter
omnes, et sic utique aliquos ad impossibile obligaret, nec valet
si dicatur quod sufficiat in talibus quod vinum tantummodo gustetur dumtaxat, quia
multi sunt quorum natura tantum abhorret vinum ut nec ipsum
odorare possunt, non solum quod permittant dumtaxat gustum. Pre
terea per solum dumtaxat gustum et non adimpletur preceptum Christi
qui dicit, nisi manducaveritis et biberitis; bibere autem et bibere non solum
est dumtaxat gustus sed traiectio alicuius liquoris ad stomachum.
Porro omnia mandata Christi ita sunt [illegible] ita levia quod omni
homini sunt suavia, nec aliquis sit hinc [illegible] occasionem naturalem
vel accidentalem vel quamcumque quin Christi precepta tam affirmativa
quam negativa valeat adimplere. Mirabile igitur esset quod Christus in
hoc sacramento aliquid precepisset quod ab aliquo non posset adimpleri.
Stat igitur ratio mea [illegible] Ratio [illegible] ante firmata, quod si nec

Item quod sic aliqui qui nec odorare possunt vinum, ut b. [illegible]

esset, propter utique aliquibus impossibile praecepisset. Sed dicebat quod deus
etiam secundum Augustinum impossibile praecepit, dicens quod deus praecepit diligere
deum ex toto corde, ex tota anima et ex omnibus viribus etc., et tamen
hoc est impossibile adimplere. Sed dicendum quod ista evasio modica
est, quia in dicto praecepto sicut et in aliis duo sunt attendenda:
substantia praecepti et modus; quantum igitur ad substantiam dilectionis tunc
adimplebitur cum quis est in caritate nec admittit aliquid contrarium
dilectioni divinae in gratia sua. Quantum autem ad modum perficietur in
patria; quantum igitur ad substantiam cadit hoc sub praecepto, non autem
quo ad modum secundum omnem suum gradum. Communio autem utriusque sacramenti
secundum adversarios cadit sub praecepto, et quantum ad substantiam et quantum ad modum.
Praeterea praeceptum de dilectione quantum ad utrumque est possibile
homini licet non secundum eundem statum. Communio autem sub utraque specie
aliquando non est possibilis, nisi vellet dicere quod licet hic sit in vita
praesenti hic ex impedimento naturali non adimpleat praeceptum de utraque
specie, tamen adimplebit in vita aeterna, quia ibi comedemus
et bibemus corpus sub speciebus sacramentalibus, sicut adimplet(?) et praeceptum
de dilectione dei ibi perficietur et complebitur, quia fatuum est dicere.
Ad confirmationem de infantibus(?) Respondetur per concilium Toletanum
per me superius inductum in positione mea, quod quantum dicto(?)
ut clarissime demonstratum est, facit pro intentione nostra, quod ubi
sufficit instrumentum sumere sub una specie. Ad decimum, cum tamen
de figura, scilicet quod sagellus(?) et vinum numquam offerebantur nisi in sa-
crificio per manus sacerdotum etc. Respondetur quod licet ipsi assumant in
offerantur praedicta per modum officii sacerdotalis a laicis, sed a
solis sacerdotibus, aliquid etiam licet ipsi sacerdotes debeant sumere
vinum in altari, ut habetur Levitici x°. Sed haec responsio insufficiens est
utique per ea quae superius dicta sunt cum agitur de figuris,
quia sacrificia veteris legis consistebant in combustione, cuius sac-
rificium vero in sumptione per modum cibi et potus. Sicut
igitur sagellus(?) et vinum non consumebantur in sacrificio secundum modum
illorum sacrificiorum nisi per sacerdotes, ita etiam conveniens est propter
quamcumque figuram ad figuratum, ut etiam in nostro sacrificio per
solos sacerdotes sagellus(?) et vinum consumantur et non dentur laicis.
Ad id tamen quod dicit, quod etiam sacerdotes ibi non debeant sumere
vinum in sacrificio, Responsum est superius ex dicta dicta comparationis
sacrificiorum. Ulterius ad aliud cum dicebant, id autem quod
et verum certum est asserere etc. Respondetur quod ecclesia primitiva approbavit
consuetudinem communionis utriusque speciei et numquam legitur reprobata
usque ad Concilium Constantiense. Sed haec responsio falsa est
et insufficiens, falsa quidem, quia dicit Concilium Constantiense
reprobasse communionem utriusque speciei, quod tamen falsum est, quia
non reprobavit eam ex se, sed interdixit [illegible] quo ad
laicos ex certis et rationabilibus causis, et reprobavit eos qui
eam ex tali causa scilicet tamquam esset de praecepto ipso(?) practicaverunt
et qui alios condemnabant tamquam sacrilegos. Sed ecclesia non

de isto quod deus impossibile praecepit

quo vinum et sagellus(?) numquam offerebant nisi in sacrificio per manus sacerdotum

quod Concilium Constantiense non reprobavit communionem utriusque speciei, sed eius laicis interdixit

reprobauit nec reprobauit quinimmo sub azimis quod obiectum tamen
et heresim quorundam hereticorum dicencium debere in ecclesia cerimonias
legales obseruari ordinauit ut ecclesia sub fermentato conficeret. Ymmo
falsum est quod Christus et ecclesia primitiua ex ea causa approbauerint
consuetudinem communionis sub utraque specie ex qua ipsi eam practicant. Insuper
eciam quia non sufficit Christus sic fecit et in primitiua ecclesia
sic fiebat ut talem consuetudinem ipsi approbauerint, facto ergo et
nunc sic est faciendum contra voluntatem ecclesie consuetudinem et confessam.
Nam Christus post cenam hoc sacramentum confecit et sine vestibus
sacris, similiter in primitiua ecclesia fideles cenati dominicam cenam
sine vestibus sacris hanc communionem sacram peragebant ergo eodem
modo et nunc ita est agendum. Item dicebat nec nos recessimus
ab ecclesia Romana sed ipsa recessit a nobis non obseruato iuris ordine
attendamus. Dicentes quod numquam ecclesia Romana recessit a fide
inclitum Regnum Bohemie nec nobiles eiusdem aut quoscumque alios
sed bene tulit et fulminauit sententias contra nouas hereses inductores
et assertores id esse de precepto Christi quod non erat, et eos qui hac
occasione ecclesiam Romanam catholicam sacrilegam appellabant
omni ordine iuris diuini scripti et humani obseruato in huiusmodi sententiis
fulminatis ut superius tactum est. Nam plures fidei zelatores
Johannem Huss et Jeronimum de Praga et alios eorum complices
seruato ordine tradito a Christo fraterne correctionis eos sepe et se-
pissime fraterne monuit pie et caritatiue inter se corripuerunt
Deinde coram testibus adhibitis, coram archiepiscopo Pragensi coram
vniuersitate, coram pluribus magnatibus et principibus sunt
moniti et correcti pro deo ab huiusmodi nouitatibus desisterent, et ipsi
semper in deterius processerunt, oportuit igitur ut tandem dici ecclesie
diceretur, cum scriptum sit quis non audierit iuxta sententiam domini ut
ethnicus et publicanus deinceps habeatur, et ita factum est.
Quia qui noluit sequi ecclesie sententiam [illegible] sunt
et traditi in manum Sathane iuxta apostoli doctrinam. Item hic auctoris
diuini sed [illegible] quod Jeronimus attulit fidem catholicam sancto pape
Damaso ad examinandum et corrigendum an recte sentiret sed non
ad iudicandum nec ad dampnandum auctoritate propria et ego possem dare
alteri scripta et dicta mea ad examinandum nec tamen propter hoc ad
iudicandum, quia si propria male determinasset utrique nec stetisset ad eo
nec sine determinacione apparuisset. Sed contra, quod si non solum
per modum cuiusdam disputacionis simplicis Jeronimus suam dictam con-
fessionem fidei misit ad papam Damasum sed credidit ipse iudicaret
et auctoritate sua corrigenda corrigeret et emendanda emendaret
patet quia in principio petit ut ipse discuciat, et ubi minus perite
sunt parte caute aliquid positum esset emendaret. Vnde subiungit
si autem hec mea confessio approbatur tuo iudicio comprobatur quicumque
me culpare voluerit. Jeronimus tangit appellacionem fidei per auctoritatem iudicis
ex qua appellacione auctoritatem reddit se securum quod in fide recte sen-
ciat et a latratibus emulorum, vnde cum posset aut deberet aliquis

nota secundum dominum quod sic fecit et in primitiua ecclesia sic fiebat ergo nunc sic est faciendum

quomodo ecclesia seruauit iuris ordinem contra dominos Regni Bohemie et contra hereticos Huss et Jeronimum etc.

quomodo Jeronimus dicta sua et fidem pape et sanctis aliis

impugnat fidem Romani, aut [illegible] aut [illegible] aut
valachus aut non catholicus et hereticus compleant, nisi quia
repugnant fidei apostolice Damasus iudicio comprobatur. Sed iam
eiusdem doctoris auctoritatem dicit, quod si ipsa mandat bona, est ei ta-
cendum. Si autem errat vel ne precipit precipienda, non est ei obedi-
endum. Sed hec videlicet non facit ad propositum, et tantum distat ab in-
tentione Romani et amici, quantum oriens ab occidente. Intentio
enim Romani est quod in hiis que fidei sunt debemus sequi cathedram
Petri, supra quam Petram fecit ecclesiam dei fundatam, nec ab ea
quomodolibet separari, quia quicumque extra hanc domum videlicet extra ecclesiam
Romanam in qua est cathedra Petri, idest auctoritas et plenitudo
potestatis, agnum comederit prophanus est, et si quis in Noe archa
non fuit, periit diluvio. Quis autem est extra hanc archam et
extra hanc domum quicumque separat se a cathedra Petri per
aliquam heresim vel per aliquod scisma, sed de hoc precedenti in
sequentibus clarissime deducetur. Post hec instat contra [Iam sequitur de causis quibus ecclesia mota fuit ad]
causas quas induxi, quibus ecclesia mota fuit ad hanc consuetu- [hanc consuetudinem inducendam continuandam et]
dinem inducendam continuandam et approbandam. Et primo instat [approbandam]
contra id quod dixi, quod ecclesia hunc ritum introduxit, dicit enim vos dicitis
nescire quod tempus et locus nescitur vel a quo fuit introducta
consuetudo unius speciei, et tamen dicitis hoc quod eam ecclesia introduxit, et
sic est contradictio dicendo primo quod credebam iam ipsum dimisisse morem
prius quod est [illegible], stant enim simul nec contradicunt quod ecclesia
aliquid instituit et introduxit, unde multa sunt huiusmodi ut patet per
Augustinum [illegible], tamen introductionis aut institutionis
et tempus et locus et auctor ignorantur, quia nullo modo credendum
est quod aliquid in cerimoniis divinorum misteriorum et sacramentorum ecclesia
teneat in consuetudine, quod non a sanctis patribus vel instinctu spiritus
sancti vel considerabilibus causis introductum sit, et postea consuetudo
eciam in aliquid auctoritatem tribuit, et sic ecclesia utique consuetudinem
non fuisset introducta. Item contra secundam causam que est de periculo [De periculo effusionis]
effusionis arguit, supposito quod magister fuisset in cena cum Christo, cum si [sanguinis]
cepisset sibi hoc argumentum, dum instituebat hoc sacramentum
dicendo, Domine noli hoc sacramentum instituere sub specie vini propter periculum
effusionis, et si Christus propter istam rationem cessasset, et si etiam tunc ipse
Christus aliquid dedisset, quia non providebat pericula, et sic non
fuisset omniscius, et ita nec deus. Si autem non cessasset propterea, nec
cessaret, utique aut ipse male instituisset aut causa nostra nichil
valet. Dicendum ad istam rationem quod si fuissem cum Christo in cena, quod
nichil quamquam pro dispectum concedere peccatum, non apud fuisset quod si
cepissem sibi hoc argumentum, quia et ut deus et ut homo omnia futura
pericula et certa providebat, recepto si dixissem et assignassem dictam
causam, utique divina sapientia respondisset, sicut respondit
Petro: quod ego facio nescis modo, scies autem postea. Et si ego in-
stetissem, o bone Jhesu quid est illud quod sicut Petrus, utique re-
spondisset, saltem importunitati dimittens dicens: Ecce ego instruo

Hic ait adversarius periculum effusionis sanguinis sine diligencia non inducit peccatum

hac sacramentum meis discipulis, quos et in sacerdotes instituo, quos
volo se sub utraque specie et conficere et sumere in mei commemoracionem
non tamen populo et aliis laicis et non conficientibus, deant se nec per
ministrare, sed ipsi et ecclesia cum quibus ero usque ad consumacionem seculi
distribuent et ministrabunt, prout opus erit secundum condicionem temporum
et personarum. ¶ Dico igitur quod populus non cessasset a sacra specie, quia
valebat ut se sacerdotes facerent, non autem quod se laici debent ex
precepto sumere. ¶ Septimo dicit quod periculum effusionis sine diligencia
non ducit in peccatum mortale cum dicitur Hugo, et Hostiensis xxiiij q.
v° ca° De occidendis, ubi ita dicit: Absit ut que propter bonum ac licitum
facimus aut habemus, si quid per hec preter nostram voluntatem cuique
mali acciderit nobis imputetur, alioquin nec ferramenta domestica
vel agrestia sunt habenda, ne quis ex hiis perimat vel alterum interimat
nec arbores plantande, ne quis se cominus suspendat, nec fenestra
facienda ne per hanc se quisquam precipitet. ¶ Et quid plura commemorem
quid est in usu hominum bonum ac licitum, unde non possit pernicies
inrogari. ¶ Ad idem adducit dictum glose ibidem quod si aliquis dat operam
rei licite quod non est ei imputandum si aliquid mali inde sequitur
ut quidquam in di. l. sepe et ca° ¶ Quia te et des. vj ¶ Testium nam
deus inspector est cordis et non operis ut xx q. vj c. ¶ Racio
aut animi preditate est quia non imputatur alicui ad peccatum nisi non
sit voluntarium. ¶ Ad dictum quod falsum assumunt quia magna
devocio et displicencia est nec ea quibus utimur ex precepto vel ex necessitate
vite humane sustentande vel simpliciter vel eciam quantum ad bene esse que
aliquam conferunt utilitatem, et inter utimur rebus talibus, que nec sunt de
precepto nec secundum se conferunt ad utilitatem vite humane sive vite
spiritualis sive corporalis, quia utendo ipsis cum debita diligencia
et cautela et eo modo quo uti debemus ¶ Si preter intencionem et casu
aliquod eveniat malum vel periculum eveniat, utique non est nobis
ad culpam mortalem imputandum, sicud si sacerdos conservans, qui
sive ex precepto ecclesie tenetur sub utraque specie conficere et sumere
effundat calicem vel aliquod aliud periculum circa divina misteria
contingat non ex negligencia aut ex culpa sua utique non peccat
quia agendo id quod erat sibi preceptum cum omni diligencia et
cautela, accidit sibi absque culpa sua quod non intendebat. ¶ Similiter
scandendo terram cum frumento, scindendo ligna cum securi, et sic
de singulis consimilibus ad vitam humanam cum diligencia et cau-
tela si aliquod aliud emergat utique non obligat ad culpam.
¶ Si quis autem agit aliquid ad quod non obligatur, nec ei aliqua
commoditas sequitur utilitas, et ad quod sepe accidunt et veniunt
pericula, utique cum qualicumque diligencia id agat, et accidit ali-
quod periculum, utique reus erit culpe, quia gratis se exposuit periculo
et ita est in proposito nostro, quia cum communio laicalis sub utraque
specie non sit de precepto Christi neque sunt de consuetudine aut
precepto ecclesie, nec ex ea sequitur quod est ex se sumenti aliqua
utilitas, quia tantum vi et efficacie sumitur sub qualibet specie quantum
sub utraque, et cum specie vini propter naturalem flexibilitatem

adiuncta sit periculo effusionis, utique quadruplex cum diligentia
et ministrantur et prenduntur, non vacant a culpa tam ministrantes quam
sumentes propter sequentem periculo effusionis, quam gratis exposuit se pe-
riculo, et maxime cum ecclesia contradicenti. Et hec est intentio ca-
nonis et glose excusantis a culpa casus qui accidunt dum datur
opera rei licite, capitulum autem super negligentiam loquitur de sacerdotibus
qui sunt utrumque primo ex precepto, quorum effusio est culpabilis
si ex negligentia accidat, et utique si tunc sumpserit ipse vinum, duplicis
speciei quo ad laicos. Canon ille prohibuisset de pena laicorum, quorum
negligentia aut incautela simile periculum effusionis accidisset. Sed di-
cebat ille canon intelligitur generaliter de omnibus quorum negligentia
acciderit predicta effusio. Sed textus dicti canonis est expresse
contra eum, quia solum sacerdoti pena iniungitur et non laicis. Et
ultimus dicebat quod canon iste non dicit quod propter periculum effusionis
renunctietur species vini, sed quod detur pena negligenti. Dicendum
quod ille canon loquitur ut dictum est de periculo effusionis quod
ex negligentia sacerdotis accidit, a quo ecclesia absque inevitabili neces-
sitate non potest subtrahere alteram speciem, unde non est simile de sacerdote
consecrante et de laicis non consecrantibus. Item dicebat quod si debita
attendatur cautela periculum potest accidere circa hostiam sicut circa vinum
cum minutie in digitis persepissime ex contactu hostie remaneant
que de facili possunt cadere, vel etiam tenui flatu dispergi. Et cum
propter ista pericula non sit a prima specie abstinendum ergo pari
ratione nec a secunda. Dicendum quod falsum est et patet ad sensum
quod nullo modo est tantum periculum in prima specie sicut in secunda
immo nulla est comparatio vel modica, quia partes primi speciei
sunt naturaliter flexibiles sicut secunde, unde et si cadunt in terram
vel ubicumque alibi non disperguntur sed colliguntur ex integro. Unde
in canone laicis non datur pena propter ad contrectandum manibus
laicorum sed manibus sacerdotum imponitur eius corpus, et licet aliquid
anhelitu vel flatu possit accidere quod raro aut forte nunquam
contingit ut de manibus sacerdotibus sacerdotum hostia eripiatur
tamen cum partes eius coheant nec sint flexibiles magis sed e-
quod modicum est periculum et recolligi possunt, quod non posset fieri in
casu effusionis secunde speciei. Et cum autem dicit quod labia sumentium cum
tanguntur a sacramento vel vasa alia ad eundem tactum facile minu-
tias imperceptibiles detinuerunt, ut patet practicanti et diligenter
hec considerantur. Dicendum primo quod labia et vasa detineant minutias
in sacramento a quo tanguntur hoc non intelligo, quia utique si
ita esset, iam labia magistri Iohannis de Rokyczana attrita quibus
tetigit essent iam pro magna parte consumpta et corrosa, et similiter
calices et patene. Et certe hanc sententiam intendit latinitas
sua et sententia quam ponit sub hiis verbis. Et labia etc. Vox
quia nolo esse venator verborum sicut ipse est, qui in toto processu
meo ad illa parum quod ad sensum vel ad intellectum attendit.

quo est ista hostia dum ... dicebat pt

Idcirco ad primam respondendo et ad secundum dico, quod quando traditur corpus
Christi laico sub prima specie non ponitur ad labia sed in os
immittitur, et post hec ad abluendum ne aliquid in ore remaneat
datur ablutio vini. Sacerdos vero manus abluit semel et bis et
os diligenter ne aliquid remaneat, et similiter patenam et alia
diligenter expiat ne in eis aliquid remaneat reliquiarum, et si
tali diligentia adhibita dato quod aliquid remaneret imperceptibile
utrumque esset sine iniuria (?), vel si aliquid contingat negligentia per penitentiam
reparandum est, nec valet si dicat adversarius, quod ita esset faciendum
in communione laica sub specie vini, quia aliud est se exponere periculo ex pre-
cepto, et pro necessaria utilitate salutis, et aliud exponere se gratis ut de-
Ad auctoritates Origenis Crisostomi et Augustini — claratum est supra. Ad auctoritates autem Origenis Crisostomi et Augustini
dico quod ammonet et loquitur ad propositum meum quod tam in ministrando
ut sacerdotes quam etiam laici in sumendo debent omnem diligentiam adhi-
bere ne aliquid contingat quod possit vergi in irreverentiam tanti
sacramenti sive sub una specie sive sub duplici specie hoc percipiat
quo faciebat diligentiam in primitiva ecclesia quam pastores in multitudine non possunt servare — patet. De verbis autem Christi et apostolorum qui in aliquibus locis in primitiva
ecclesia sub utraque specie communicabat, credo veraciter quod Christi magnam
diligentiam et cautelam adhibebant, ne in aliquo offenderent, que tamen
diligentia et cautela in multitudine rudi et incauta postmodum non
potuit observari, ex quo multis periculis occurrentibus constituit quod altera
species ex quo non erat de precepto Christi, nec fuit (?) amplioris utilitatis
quod sola prima subtraheretur in communione laicali. Cum autem dicit primi
ponderando causas inductas quod sunt satis leves, et quod stulti sacerdotes
si que caderet supra vestes vel aliter, deberent fugere et vestes abluere
Dico quod predicte cause non sunt noviter per me excogitate aut ima-
ginate sed a sanctis doctoribus per multa centena annorum ante
nos sunt conscripte laudate et approbate et sufficientes existimate
ut sunt sanctus Thomas, Allexander de Halis, Bonaventura
et alii, non ergo me solum (?) seu suspendit sed totam ecclesiam, que ex
dictis causis mota fuit ad subtrahendum secundam speciem et predictos
sanctos doctores et alios eosdem approbantes. Sed cum dicit quod
stulti sacerdotibus essent fugiende, vellem scire si ipse fugeret vestes
sordidas immundas leprosorum et aliorum infirmorum variis et horribilibus
immundiciis perfusas, utrumque si faceret magne presumptionis esset, quia tamen
perfectionem non omnes sacerdotes possent habere, et sepe forte si ita
deberent facere, aut quia peccata incurrent, aut se maximis nausee
periculis et horroris exponerent et toto genere (?), cum secunda species non sit de
Articulus quod statum sacerdotalem ad quod sunt periculosissime debet tolli — precepto Christi. Ultimus contra eandem causam periculi effusionis de statu
sacerdotali est periculosissimum ut patet per Augustinum ad Valerium, et habetur
di. xl. Ait omnia (?). Si igitur ratione periculi deberet tolli altera species
pari ratione deberet tolli sacerdotium, et nullus deberet effici sacerdos
propter periculum dampnationis. Dicendum primo quod non est simile de sacer-
dotio et de utraque specie in communione laica, quia ordo sacerdotalis est
ordo sacerdotalis est necessarius ad salutem — necessarius ad salutem fidelium, et ut multi doctores dicunt est de pre-
cepto Christi, quo ad communitatem fidelium licet non quo ad singulos de
communitate, videlicet quod communitas habeat ordinem per quem possit

hic habet fieri in sacramento et celebracione, non autem sic est preceptum communio lai-
calis sub utraque specie, ut clare deductum est superius, unde non est simile
de sacerdocio in se et de utraque specie in communione laicali. Nisi periculum
dampnacionis in statu sacerdotali est evitabile, ergo dampnandus esset
generaliter dampnacio et ne accio, nisi forte vellet asserere cum Wykleff et
socio suo Petro Anglico, qui omnia ex necessitate evenire, et per hoc damp-
nato et salvato homini, distillacionis vero periculum et effusionis est quasi
inevitabile in tali communicacione multitudinis propter nimiam speciei fluxibilitatem
et etiam communicancium varietatem, in quibus aliqui accedunt iuvenes et senes
tremuli et barbati satis impetuose, in quibus vix posset evitari
unus ne posset effusionis periculum, unde non est simile de effusione
sanguinis et de ordine sacerdotali. Ad decretum Pii pape, dicunt quod non solum
loquitur de sacerdotibus sed de omnibus indifferenter et hoc patet ut dicunt
per rubricam, sed quod false dicant textus ostendit qui soli sacerdoti
penam imponit dicens et sacerdos quadraginta diebus peniteat. Et ad rubricam
dicendum quod accipienda est secundum intencionem textus, nec debet ad am-
plius extendi quam textus, presertim cum in eo certa condicio exprimitur
personarum quemadmodum sic hic, ut Noluerint ad Concilium Aurelianense
Respondendum quod eciam ab auctore refutatur non valet, et quia sub uno
intelligitur secundum, et dum precipitur corpus Christi custodiri caute, et sanguis
Christi iubetur in magna diligencia servari. Sed contra, quia in illo
Canone non fit mencio nisi de eo simpliciter quod a mure comeditur
vel cum casu in terra cecidit et non dicta sunt, qui nullo modo potest ea
pertinere speciei vini, quia neque a mure comeditur neque ea perdita sunt
reperitur. Igitur autem ille Canon insufficienter providit circa custodiam
huius sacramenti, cum non faciat mencionem de eo circa quod maximam
diligenciam debuit adhibere, aut si sufficienter providit habetur propositum
quod illud tamen servabatur de cuius cauta et diligenti custodia fit mencio
custodia speciei, quia cum sint varie species et omnino dissimiles, utique
modo dissimili cautela custodie tradi debuit, et pro custodia speciei
multo maior, quod periculosior quam si ambe species custodiri debuissent
pro infirmis in rei veritate, sancti diligentissime sunt expressissent modum
custodiendi penam sanguinis qui est maioris periculi sine comparacione, utique
a fortiori multo amplius fuisset premissum quam pro sola Canone et per
sanctos patres de custodia secunde speciei, et nusquam in iure canonico
reperitur. Et hec est prosecutio maxima, et evidens racio in materia ista
ad quam adversarius non respondebit. Inter eciam iuxta doctrinam Romane
et Regularis Canonum, ubi sit cautius et studiosius agendum et pro-
videndum ubi maius est periculum, utique sancti patres circa secundam speciem
si debuisset servari pro infirmis, multo diligencius providissent
quam circa primam, quod tamen nullibi scriptum reperitur. Ad sanctum
Thomam et ad raciones suas, quas inducebat pro confirmacione dicti
canonis periculi, nichil eidem, et licet doctorem ponat sanctum et omnes
alios qui sunt iam a ducentis annis et ultra in ecclesia, tamen debuit
ad raciones eorum respondisse, quia non quis sed quid dicat attende.
Quis dicat, non prudencium et sapiencium attendendum est. Item circa
accidencia que in custodia vini pro infirmis possent accidere

De Concilio Aureli-
anensi de Custodia
speciei et non [illegible]

Quo sancti patres nullibi
providerunt de custo-
dia secunde speciei quod utique
maior fieri debuisset
et plus quam de prima specie
esset ad salutem necessaria

Item de accidentibus que in
custodia vini infir-
mis possent accidere

Respondet quod talia accidencia sepe et sunt qui infirmos visitant de
acciderunt. Et dicit quod si circa quendam demenciam vel in frenesim umquam
lapsorum quibus oportet ut infundatur eukaristia ut xxvj q. vj. de
hiis oportet se periculo graviori submittere, utrumque circa aliquos ut de-
bitum officii non relinquat, quam nos penitus submittere periculo. ¶ Sed dicitur
ad primum quod etiam si contigisset sibi scandala pro iustificacione sue cause
non hic ea referret, nec in medium produceret, non obstante quod ea in
toto tacere non potuit, refert horribile scandalum quod sibi accidit
cum quedam communicavit in frenesi constitutum, qui acceptam eukaristiam
ad parietem proiecit in indecentissimam irreverenciam tam dignissimi sacramenti
et in magnum horrorem confidelium atque piarum et devotarum mencium.
Licet autem nequaquam apud eos huiusmodi contingere dicat huiusmodi pericula,
Nichilominus pro nota a fidedignis sum de opposito informatus.
nota bene Nam quidam honestus sacerdos, dum apud in Bohemia captivus
teneretur, vidit sacerdotem quendam euntem ad unum infirmum cum
candidum sub utraque specie, et dum esset in medio vie sine carnerie
in luto cecidit, et sacratissimus sanguis in medio luti effusus est.
Statimque surgens pedem desuper apposuit et cum luto commiscuit, dicens:
non curetis bone gentes, si corpus perierit pro sacrificium hic fundi
sub specie aliena, cum perierit confundi eius sacrificium ut pendeat
in cruce sub specie propria, et surgens et talem conculcans sanguinem
domum iuit pro facto suo. Multa de huiusmodi que apud eos contigerunt
scandala, fidedignorum propter relacionem, que magis ipse et nunquam
publicentur, que non conveniunt huiusmodi horribilia audire. ¶ Ad canonem
vero qui loquitur de freneticis aut amentibus sive de carentibus usu
racionis dicendum ut dicit sanctus Thomas in tercia parte q. 80 articulo nono
de carentibus usu racionis — quod aliqui dicuntur non habere usum racionis dupliciter. Uno modo, quia habent usum
debilem racionis, sicut aliqui dicuntur non videre quia male vident, et quia
tales sunt aliquam devocionem accipere huius sacramenti, non est eis hoc sacramentum
denegandum. Alio modo dicuntur aliqui totaliter non habere usum racionis.
Et hoc dupliciter, quia aut numquam habuerunt usum racionis
a nativitate permanserunt, et sic talibus hoc sacramentum non est ex-
hibendum, quia in eis nullo modo precessit huius sacramenti devocio, aut
non semper caruerunt usu racionis, sed postmodum ex infirmitate vel
alia causa ipsum amiserunt, et tunc si prius, quando erant sui mentis
compotes, apparuit in eis huius sacramenti devocio, debet eis in articulo
mortis hoc sacramentum exhiberi, nisi forte timeatur periculum vomitus
vel conspuicionis. Unde legitur in concilio Carthaginensi et
habetur in decretis xxvj q. vj. Is qui in infirmitate penitenciam petit,
si casu, dum ad eum invitatus sacerdos venit, oppressus infirmitate
obmutuerit vel in frenesim versus fuerit, dent testimonium qui
eum audierunt, et accipiat penitenciam, et si continuo credatur mori-
turus, reconcilietur per manus impositionem et infundatur ori eius eukaristia. Hoc
sanctus Thomas ubi manifeste declarat quod talibus est exhi-
bendum sacramentum eukaristie in articulo mortis, nisi forte timeatur
periculum vomitus vel conspuicionis, quam indecenciam et irregularem

niale tenuit et observavit adusque tempus, tamen quidam alii fideli-
um ex tunc quadam irreverentia secuta est hinc dignissimo
sacramento. ¶ Ulterius dicit, quod si longo spacio esset usque ad infirmum
quod tunc sacerdos posset circa infirmum esse et officiare, quod utique
tamen a tempore Christi aliquibus sanctorum, prout usque ad hec moderna tempora scriptis
aut talem doctrinam tradidisse, ut videlicet de sero et post prandium et
post cenam, et forte ebrius sacerdos in casu necessitatis propter infirmum
communicandum deberet circa infirmum celebrare, et de novo consecrare. Secun-
dum hanc doctrinam mansit ecclesia catholica a tempore Christi usque ad hanc
hodiernam etatem, et spero in domino quod etiam usque ad diem iudicii absque ea
perseverabit. ¶ De congelatione et de ceteris accidentibus que ut frequenter
accidere possent in huiusmodi conservatione specierum vini. Respondeo quod caveri
potest vitari per diligentiam et cautelam sacerdotum et per cottidianam
renovationem sacramenti secundum quod hic per experienciam. ¶ Sed licet ita posset
fieri ut dicit, non tamen pro semper, quia aliquis casus posset acci-
dere. tamen non dat remedia casibus huiusmodi [illegible] sed ut que fre-
quenter possunt contingere insufficienter loquitur, et insufficiens esset pro
infirmis reverencie tanto sacramento debite, nam non quelibet villa
habet sacerdotem qui sibi omni die sacrificet ut valeat omni re-
novare. ¶ Similiter sacerdos potest infirmari et multa huiusmodi
contingere propter que sine dubio predicta accidencia in conservatione
specierum vini contingerent, nec haberetur aliud remedium nisi quod ille species
vini periclitarentur, et ita sacramento abutetur cum periculo, et tunc hac
in casu necessitatis infirmi oporteret post cenam et post prandium de novo
celebrare et eo modo ac taliter ut dictum est superius. ¶ Dicit etiam
quod talis congelatio accidit etiam in hyeme officiantibus circa altare. Re-
¶ spondeo quod non est simile de congelatione que statim providetur prout
fit in altari, et de congelatione diuturna que posset accidere in conserva-
tione vini pro infirmis ad quam sequuntur multe corruptiones
et huiusmodi, quare non eadem remediis, sicut utique congelationi providetur. ¶ Plus
ad causam erroris dicit, quod hic committitur fallacia, quia sit ex
non causa causa, non est enim sufficiens causa, illi possent errare
cum isto precepto supportari, quo iste de pluribus est depositus. ¶ Sed ad
hoc responsum est superius, ideo hic nichil loquor causa brevitatis.
¶ Ad Nestorium et Pelagium hereticos dicit, quod si sit ex talibus causis
sub utraque specie communicabant errabant, dicimus quod ipse et sua pars
simili morbo laborat, licet non eodem errore quo ipsi, quia sicut
illi ex causa erronea sic agunt credentes id esse preceptum Christi circa
hoc quod nec fuit nec est, nec ipse probabit invincibiliter, sicud nec fecit
de figura libaminum dicit se superius respondisse, et plus dicta non
replicasse ubi supra. ¶ Ad quintum de distinctione sacerdotalis officii
a communi populo. Respondeo quod etiam in primitiva ecclesia erat
bene notabilis distinctio sacerdotum a laicis, et tamen laici fideles
sub utraque specie communicabant. ¶ Sed hec evasio insufficiens, quia
licet in aliis fuisset distinctio in primitiva ecclesia inter sacerdotes et
laicos, tamen in potissimo actu sacerdotalis dignitatis qui consistit

Ad [illegible] dicit quod si lon-
go spacio [illegible] infirmus
tunc sacerdos posset circa
infirmum officiare et
consecrare

de Congelacione

de Congelacione in
altari

Item de errore

de distinctione sacer-
dotalis officii a
communi populo

in comparacione paruissima, sed nimia presumptione, nulla erat dicta nec
valet / non erat in primitiua distinctio in hac, ergo nunc non debet fieri quia ut

non fuit in primitiua ecclesia non erat distinctio in hac ergo nunc non debet fieri

dicit Ambrosius super epistolam ad Ephesios super illo verbo, et ipse dedit
quosdam quidem apostolos ut cresceret plebs fidelis et multiplicaretur
omnibus, nunc inicia concessum est et ewangelizare et baptizare et scrip-
turas in ecclesia explanare at vbi omnia loca circumplexa sunt in ecclesia
conuenticula constituta sunt et rectores et cetera officia ecclesie ordinata
et sequitur, quia si omnes eadem possent irracionabile esset et vulgaris res
et vilissima videtur, hec Ambrosius. Ex quibus patet quod non semper

nota quod sic fiebat in primitiua ecclesia et nunc ita faciendum est

sic fiebat in primitiua ecclesia ergo et nunc ita faciendum est, multa enim
permittebantur in primitiua ecclesia singulis fidelibus, vel propter paucitatem
hominum vel propter feruorem deuocionis, que tamen postmodum multiplicato
populo, cessante tali feruore, et in multitudine ordo fieret et scandala vel-
larentur, processiue fuit datus ordo et distinctio potestatis in gradibus
officiis et aliis in ecclesia misteriis. Ad septimum cum dicebatur hanc

ad septimum de mulieribus quod forte possent presumere non solum ad se faciendum sed eciam ad conficiendum

mutacionem esse factam, ne crescente temeritate et malicia hominum
laici et fortasse mulieres possent presumere, ad non solum se faciendum
sed eciam consecrandum. Respondetur quod hec argumentacio nichil valet, quia
procedit per posse et fortasse, que due sunt multarum inter [illegible]. Sed
quod friuola sit hec euasio, notum est omnibus legistis et canonistis
quare leges et statuta pro futuris casibus et periculis precauendis
et preueniendis super predictis duobus fundantur. Non enim leges
statuuntur et statuta conduntur solum super hiis que fiunt aut fiunt, sed
eciam super hiis que verisimiliter contingere possunt in futuro. Hec clarius
docent plurimis exempla. Et precipue de dispensacione sacrilegiis
et qui bene de concessione [illegible], qui casus forte numquam acciderunt
statuta sunt, tamen [illegible] sunt et multa alia decreta, que ad occur-
rendum futuris casibus et precauendum futuris periculis statuta sunt et
promulgata, et ita est in presenti proposito nostro, quia cum ceteris pre-
dictis causis, ista racionabiliter concurrit, attenta proprie temeri-
tate et presumpcione hereticorum, qui semper gaudent nouis adinuen-
cionibus, quibus enim proberet presumptuosos homines, maxime si
tanta dicunt vel ut quidam dicunt, et aduersarius videtur dicunt, quod
[illegible] apostolica eciam laici et mulieres instituit et [illegible]
et dixerunt quod dominus omnibus tradidit potestatem hec faciendi consecrandi
tamen sine distinccione ad omnes quos tunc [illegible] dirigebat
sunt auctoritas hec faciendi nimia presumpcione per que verba data
sacerdotibus plurimos. Concedendum igitur fuit ut sub vna specie
daretur laicis, ut videtur si non debeant admitti ad sumendum
vtramque speciem nichilominus eciam cogitauerunt ad eos pertinere conficere

ad vltimum quod cessante illa feruida caritate laicorum qua vltro proprium sanguinem fundebat sanguinem cessare debuit [illegible]

et sanctificare hoc diuinissimum sacramentum. Ad vltimum cum dicebatur
quod cessante illa feruida caritate laicorum qua vltro proprium sanguinem
effundebant pro Christi nomine congrue cessare debuit illud signum
[illegible] quo ad ipsorum sanguinis effusionem prenunciabatur. Respondetur

in primis, quod valde utile est, quod datur populo sub utraque specie
ut renovetur in cordibus memoria passionis Christi iam pene mortua
a corde hominum, pro eo etiam quod nunc propter mortis pavorem quilibet vilior et
peior est quam tunc et prius, quia ita est, multa mors nunc peius timetur.
Sed dicendum quod memoria passionis Christi sufficienter representatur quantum De memoria passionis
ad signa extrinseca divina quando sacerdotem in altari in conspectu populi
conficitur hoc sacramentum sub duplici specie in elevatione utriusque. Representatur
etiam pluribus cerimoniis misse que omnia ordinata sunt ad divine
passionis et mortis representationem facte sub utraque specie, sed apostolis
et eorum successoribus quibus dictum est Hoc facite in meam commemo-
rationem. Layci autem non tenentur ad huiusmodi representationem faciendam. Suffi-
cienter etiam renovatur passio Christi in cordibus fidelium, dum sumunt
hoc sacramentum sub una specie, cum fide et dilectione operante. Nam credunt se
tantum sub una specie sumere quantum sacerdos sub utraque, scilicet veram carnem
Christi, verum sanguinem, animam et totum et integrum Christum. Quarto ad speciem
nichil amplius operatur ad meliorem mortem faciendam quam sub
sola specie, quia ut sepe dictum est, non plus in re nec in effectu
recipiunt presbyteri sumentes sub duplici quam sub una, et ita quilibet
fidelis sumens devote sub una specie munitur contra omnes temptationes
quas habebit novissimis temporibus antichristus per suos satellites et
ministros hereticos et alios malos Christianos contra Christi fideles
movet et excitat, et preparatur contra mortem, sicud et sacerdotes cete-
ris paribus sumentes sub utraque. Et non igitur nichil plus utilitatis ex
opere operato habetur sub duplici specie quam sub una, utique cessante
alia causa, qua in primitiva ecclesia dabatur sanguis Christi pro preparan-
tibus ad martirium sub specie vini, utique debet cessare et effectus.
Sed hoc autem sanguis Christi dabatur laicis in primitiva ecclesia quantum
sub specie vini, non ut per hoc dispensative aut voluntarii redderentur
sive ut nolentes et impavidi apparerent, sed ut parati et voluntarii
animo et alacres se offerentes pro Christo proprium fundere sanguinem essent
tuciores et firmiores atque fervenciores et alacriores huiusmodi signo
visibili et proprio sanguinis preparati et excitati ad martirium erant. Sed
et post baptismum non iniciatis gratia sed confirmationis et cottidie
representationis sacramentum confortabant datur fidelibus et hoc sacramentum eukaristie.
Et hoc est quod intendit dicere sanctus Martinus. Cyprianus eciam dicit
Et ideo ad hoc fiat eukaristia ut possit accipientibus esse tutela,
quos igitur tutos esse contra adversarios volumus munimine dominice
passionis securitatis armemus. Nam quomodo docemus aut provoca-
mus eos in confessione sanguinem suum fundere si eis militaturis nostra
sanguinem Christi denegamus. In quibus verbis expresse
proditur, quare dabatur eis sanguis declarat. Ideo quia mili-
tature erant et dispositi sanguinem suum fundere pro Christi nomine
et ut taliter dispositi tuciores et firmiores, non ratione effectus
operis operati, sed ratione signi eiusdem excitati eos pamplius
animantes propter quendam modum cuius est per exempla ad spiritualia
elevari essent. Expectabant autem eos ideo semper esse paratos quia
mors undique a tyrannis et persecutoribus fidelibus Christi intemptabatur

Ad hec igitur ut fideles et christiani inermes essent fortiores in prelio
et in signum privilegii singularis, dabatur eis omnibus sacramentum
Christi sub specie vini. Cessantibus igitur persecutoribus, cessavit
illa caritate et ille fervore martyrii, utique et privilegium cessare debuit

Hic adversarius ponit legem contra fideles catholicos

de congruo. ¶ Post hec ponit falsam legem sive acute adversarius
contra fideles catholicos, prout plus ponunt, ita dicens: in sententia
receptum est qui se iniserunt contra Bohemos sub utraque specie communicantes etc.
Prout in replicis suis prosequitur. ¶ Cum primo, quod concedimus, concedo
bene factum fuisse in ecclesia primitiva communicare sub utraque specie, et
negamus nunc adhuc bene posse fieri ex causis quibus adversarii faciunt
licet enim ita fiebat in primitiva ecclesia et bene fiebat, tamen sepe ad quod

Quod cum sit bonum est male fit ex malis causis

fidem, sed bonum est, male fit ex malis causis, prout et Pelagiani
et Nestoriani male faciebant, non quia sub utraque specie communicabant
sed quia malis ex causis et erroribus id faciebant. Et simili modo
nunc se communicari asserendo quod sit preceptum Christi, et quod opponentes faciunt
sacrilegium committunt, et in hoc contra consuetudinem et statutum ecclesie, vel
privatim, certe est error erroneum et perfidum atque manifesta heresis, quia
ut sepe dictum est, sicut ille qui privatim asserit aliquid de precepto
Christi non esse preceptum Christi contra fidem agit et hereticus est, sic aliquis
asserere preceptum dei et Christi quod non est privatum, et alias dampnat
propter hoc est contra fidem et dogma hereticum, quia utrique peccat
contra puritatem veritatem aliud addendo, aliud diminuendo, et sic est in proposito
ut sole clarius deductum est et dicendum. ¶ Sic ergo negamus ex predictis
causis nunc non posse bene fieri dictam communionem sub utraque specie
non propter hoc fideles catholici nec occulte nec manifeste ostendunt
se male fidos vel reprobos circa fidem, quia non negant esse laudandum

In quo fideles sequuntur ecclesiam primitivam et quomodo non

imitari sanctitatem ecclesie primitive quantum ad sanctitatem vite, quantum
ad devotionem, quantum ad mores, quantum ad fidei puritatem, sed bene
quantum ad cerimonias aliquas propter dum fiunt ex causis erro
neis, sicut est in proposito, non sunt ergo male fidi catholici
quia non credunt ut adversarius eis falso imponit. Dico etiam ecclesiam

Quomodo ecclesia nunc non est desolata fervore caritatis et devotionis spiritus, quare nec ergo non sunt sub utraque specie sacramentis

Christi desolata etiam laicis et mulieribus fervore caritatis et devo
tionis spiritus destitutis, quibus in primitiva ecclesia Christi fideles habun
dabant, et quod reliquias talium negant esse in modernis, quod
utique fatentur catholici et veri profitentur. Nunc ecclesiam Christi de
serti a devotis et sanctis personis seu a fervore caritatis et devotionis
spiritus, in quibus sexus status gradus dignitatis constituti videantur, quamquam
licet multa non ita pateant, modo sicut in primitiva ecclesia in qua
erant primicie spiritus, tamen ita est quod et nunc multi sunt qui sunt
templum domini et in quibus habitat spiritus sanctus. ¶ Unde licet in
erunt fideles catholici, nunc esse in exemplo domino, illam promptitudinem
fervoris verum in aperto et manifesto tempore quo etiam in signum visibi
dabatur primitivis sacramentum Christi non tamen negant esse multos fideles
habentes fervorem caritatis et spiritus etiam martyrii. ¶ Fervor quia fervor
est invisibilis et est occultus, ideo sufficit, et quod sumat Christi fideles
verum sacramentum Christi aperte et occulte sub specie aliena scilicet sub specie

panis, vini autem sub specie vini sibi apparata manifeste sub qua
dabatur potentis in signum manifeste caritatis et apti fervoris atque
desiderii martirum. propter quod possumus. Concedimus igitur aliquos primo
et multos esse in partibus paucos qui caritatem pristinorum et fortiorem
retinent in plebibus nec tamen eis communicandum sub utraque specie ut
signum significato reddatur, scilicet singulis sub specie panis attestatus
dulcoris fervori et in manifeste et ubertatis caritati fidelium. Et eos fideles
catholici non quaeruntur esse ceci et reprobi circa fidem quam non
credunt ecclesiam propter catholicam debere in melius reformari et reduci
ad pristinam suam dignitatem. Credunt fideles catholici id venturum et
futurum de ecclesia quod populus ecclesie sponsus disposuit et voluit eventurum
qui eam numquam deseruit neque deserit usque ad consummationem seculi. Secundum
autem futurum sit in particulari de ecclesia propter quam debeat reduci ante finem
seculi ad pristinam suam dignitatem et similiter Sodoma et Babilonia
fateor me nescire, quia non sum propheta nec filius prophete. Si quis
adversarius hec proponens et predicens sit propheta, ostendat signa et
mirabilia et credam ei. Si autem dicit quod tota sacra scriptura pretendit
predictam reductionem ecclesie producat huiusmodi scripturas et doceat
quam intendit scripturas eas quas induxit sic secundum expositionem
doctorum quasdam adimpletas, et quasdam propter [illegible] ad implendas.
Nam illa psalmiste Adhuc multiplicabuntur in senecta uberi, im-
pleta sunt in persona apostolorum ad litteram, nam et apostolus dicebat, Nos sumus
in quos fines seculorum devenerunt. Et Jo. in prima canonica 2o capitulo dicebat
filioli mei novissima hora est, vel etiam secundum glosam ordinariam, dicta
verba implebuntur in fine seculi, quia ut dicitur ibidem, ecclesia magis
incipiet esse uberrima, cum ad finem seculi erit producta tunc enim passionibus
electorum etc. implebuntur multe beatorum, scilicet tempore antichristi, que
maxima persecutio instabit, sub qua tales complebunt electorum. De Helia
vero impletum esse aut oportet quod dicitur ad venturum. In Johanne Bap-
tista beati Mathei xvii capitulo [illegible] vero ad spiritualem ipsius adventum
tenet ecclesia quod in fine seculi venturus est et restituet omnia ut
idem dominus eodem loco ostendit, ubi interrogantibus discipulis, quid ergo
scribe dicunt quod Heliam oportet primum venire. Respondit eis dicens Helias
quidem venturus est et restituet omnia. Dico autem vobis quia
Helias iam venit et non cognoverunt eum. Tunc quo dicitur, sic autem
ne autem existimes eum in sermone errasse de quo dicit Heliam
venturum quem iam venisse, quod cum dicit Helias venturus est et restituet
omnia, unde corriget infidelitatem iudeorum qui tunc invenientur
quod est convertere corda patrum ad filios id est iudeorum ad apostolos. Vel
ut sensus sit restituet omnia, id est eos quos persecutio antichristi perturbavit
vel ut ipse restituat moriendo debitum. Hec manifesta ex
expositione doctorum qua intelligitur dictum propter quod Helias restituet omnia
in adventu suo vel scilicet iudeos convertendo vel eos quos persecutio
antichristi perturbabit reducendo et confortando vel insuper ipse Helias
debitum suum restituet moriendo. Nec apparuit quod Helias reduc-
turus sit ecclesiam ad pristinam dignitatem ut adversarius intendit

quid futurum fideles credere debent de ecclesia et an debeat redire ad pristinum statum ipsa ecclesia

Preterea dato quod futura sit predicta reductio ad primitivum statum ecclesie
non sequitur ex hac quod catholici sint ceci et reprobi eo quod sic eo quod non
practicant quoniam subtractionem temporalium, quia facta tali reductione et
restitucione fugere caritatis et devotionis manifeste fidelibus apparere
una et facient persecucione tyrannorum prout ex altera ecclesia patitur si
edocta fuit a spiritu sancto prout et in primordiis faciebat, sed
tamen non ex ea causa qua moderni adversarii ecclesie dictam utriusque
speciei utuntur, videant ergo ipsi ne ipsis pocius illa pauli prophecia
conveniat qua scribens ad Thymoteum in 2a epistola 3o capitulo sic dicit, Hoc
autem scito quod in novissimis diebus instabunt tempora periculosa, et
erunt homines se ipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, paren-
tibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace,
criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, protervi,
tumidi, voluptatum amatores magis quam dei, habentes quidem speciem pie-
tatis, virtutem autem eius abnegantes, et hos devita. Ex his
enim sunt qui penetrant domos et captivas ducunt mulierculas ho-
neratas peccatis que ducuntur variis desideriis semper discentes et
numquam ad scienciam veritatis pervenientes. Quemadmodum Iannes et Mambres
restiterunt Moysi, et hii ita resistunt veritati, homines corrupti mente,
reprobi circa fidem, sed ultra non proficient, insipiencia enim eorum manifesta
erit omnibus sicut et illorum fuit. Hec apostolus. Que apostolica prophecia
contra Ihesu Christi dominum modernis videmus adimpleri adversariis ecclesie
quia nec ultra contra ecclesiam proficient, et insipiencia illorum manifesta
erit sicut et est omnibus hominibus, quorum insipiencia ut amplius
innotescat ex multis que eos sequuntur inconvenientibus aliqua et pauca
Inconveniencia que secuntur ex hussitis — dicendum perstringimus. Primum quidem est sacre scripture vehementer
preiudicant enim dicentes aliquid esse de lege divina et de precepto dei
quod non est tale, et per consequens in eo est divine legi et catholice
veritati addunt aliquid contra veritatem catholicam et contra de necessitate
credendo et tenendo quod tale non est, et in hac faciunt contra
illud proverbiorum xxx. Omnis sermo dei ignitus clipeus est sperantibus
in se. ne addas quicquam verbis illius et arguaris inveniarisque mendax
Item videtur facere id quod beatus Johannes evangelista Apocalypsis ultimo dicit Si
quis apposuerit ad hec, apponet deus super illum plagas scriptas
2m — in libro isto. Secundo inhonorant et contempnunt matrem suam universalem
ecclesiam quam generale concilium representat ac eciam apostolicam sedem, et
quantum in eis est minuunt utriusque auctoritatem quam habet immediate
a deo, cum in arduis diffiniunt, et propria voluntate mutant
consuetudinem veteris ecclesie firmatam et approbatam sanctis canonibus
generalibus et dictis quorundam sanctorum doctorum scripture et primis
inconsulta ecclesia aut apostolica sede, ad quam omnia ardua
sunt referenda, ut habetur de ... c. maiores, ubi sic dicit, Non
solum pontificalis causata, sed eciam omnis sancte religionis
relacio ad sedem apostolicam quasi ad caput ecclesiarum debeat referri
et inde normam sumere unde sumpsit exordium, ne caput institutionis
videatur obmitti, cuius auctoritatem sententiam omnes tenent sacerdotes
qui nolunt ab apostolice petre super quam christus universalem fundavit

ecclesiam soliditate divelli. Et sicut ubi Gregorii: Et licet in omnibus
arduis luce stante congregatione patrum generalis concilii sit ad sedem
apostolicam recurrendum, maxime tamen in hiis que fidem concernunt, secundum
illud Innocentii pape extra de hereticis, maiores, quod si sententias fidei racio
ventilatur, arbitror omnes fratres et coepiscopos nostros nonnisi ad Petrum
id est sui nominis et honoris auctorem referre debere. Hoc eciam figuratum
est in Moyse, de quo Exodi xviii dicitur: quicquid autem gravius erat re-
ferebant ad eum. De hoc satis dictum in materia de ecclesia. Et tercium 3m
inconveniens quod predicti heretici inducunt est quod simplices clericos et
laicales populi in errorem inducunt, ut scilicet credant id esse de neces-
sitate salutis et de precepto Christi quod non est nec unquam fuit tale, et id quod
modo est licitum iustum et racionabile secundum consuetudinem et statutum
ecclesie credunt illicitum. Quartum inconveniens quod ipsi faciunt est quod 4m
ipsi extinguunt in cordibus fidelium fidem et devocionem quam debent
habere ad hoc salubrimum sacramentum, cum ipsis simplicibus et in-
doctis, quibus fides priorum pronuncianda est nova et prius inaudita
ingerunt, quibus ab audientibus infidelibus tam doctis quam indoctis
utrumque contradicitur. Quintum inconveniens est quod ipsi infamant 5m
Ulon ecclesiam de heresi dicentes communionem utriusque speciei fuisse et
esse de necessitate salutis et de precepto Christi, cuius tamen oppositum semper
universalis ecclesia tenuit. Ex quo si posicio adversariorum fuisset vera,
semper ecclesia fuisset in heresi, et omnes in ea existentes semper
fuissent in peccato mortali, et cum non penituerunt omnes essent
dampnati, quod quam horrendum est et impium credere aut dicere, omnes
qui habent intellectum perpendunt manifeste. Sextum inconveniens est quod 6m
ipsi faciunt populum laudabilem et approbatam universalis ecclesie consuetudinem
transgredi et per consequens graviter peccare, nam consuetudo ecclesie et
multo magis statutum ingenuisse servanda est et pro lege habenda.
Et eius transgressores secundum beatum Augustinum, ut supponitur, contra allegatum,
coherendi sunt velud divinarum legum prevaricatores. Septimum in- 7m
conveniens et nocivius aliis quod ipsi inducunt est scissio fidei catholi-
ce per hanc sectam scismata et divisionem atque novitatem reddunt fidem Christi
et ecclesie catholice iudeis et gentilibus odiosam et derisibilem.
Unde cum possunt dicere iudei aut dicant: nunc quam fides nostra est pocior
firmior et stabilior, cum non habeat tot et tantas varietates
et mutaciones sicut fides christianorum, que modo sic modo sic, quam
nulla consequens certitudinem aut firmitatem demonstrat, et mutatur.
Ubi gentiles et pagani, qui solius racionis naturalis indicio
insistunt dicunt et forte dicunt ecce fides christianorum que quasi de
adiacentibus et indoctis fabulis vetularum in ipsa dum stabilis
nec racionibus probant, hinc inde cottidie
heu, quam grave scandalum fidei spiritu vergunt et agitatur
indelebilis nota infamie sine causa, quam gravis iniuria Christo domino, quam
sponse Christi, nomine apostolorum sponsorum et occasione qui eam scindunt
et scindunt eam ecclesie quando illud Trenorum i° ca°: Viderunt
eam hostes iudei scilicet et pagani et deriserunt sabbata eius.

sed sacramenta cerimonias et alias solempnitates nouas in quibus
vera quies nulla consistit Nam dicere poterunt / peccata peccatis
adiciunt / propterea instabilis facta est Sed quid nec propter hec sancta dei
sancta ecclesia omnino / sed magis ac magis corroborata per Christum cum
quo manet / triumphans triumphabit de hostibus / et de eductoribus suis
de eductibus, licet eis ad tempus scandalum pariat / tamen necesse est
vt vlcionem diu verbum et cito impleatur quod dictum est / Ve autem homini
illi per quem scandalum venit / Hii pro certo sunt de quibus
Ysaias propheta ait xxiiij capitulo Clamor erit in plateis super vino, super
quo inquit Iohannes de li. super Ysaiam Clamor inquit erit in
plateis super vino non in arta et in angusta via que ducit ad
vitam sed in lata et spaciosa que ducit ad mortem super vino
et ebrietatem errorum eorum qui dormierunt sompnium suum, et nichil
inuenerunt Et quia sic clamauerunt super vino eis prohibito ad bibendum
sic eciam paulo ante dixit per prophetam prohibuit dicens, non bibent vinum
eciam necesse est ut in eis impleatur id quod sequitur, scilicet quod amara
erit potacio bibentibus illam, quia scandalum quod ex potacione
vini prohibiti ecclesie catholice generant, tandem nisi resipuerint in caput
ipsorum retorquetur iusto dei iudice, propriam suam vindicanti de
terre eorum prodistis vinito et familiari exemplo [illegible] est
sicud vinum [illegible] vel via domini, ut in supradicta materia de ecclesia
declaratum est Sicud igitur si aliquam consuetudinem approbatam
et longissimis temporibus et ab omnibus, tam maioribus ut pote
rege ducibus principibus Baronibus et aliis nobilibus, quam minoribus
ut pote ciuibus artificibus mercatoribus rusticis et aliis quibus
cunque totius regni Bohemie racionabilem et laudabilem certam et
obseruatam, aliqua priuata et singularis persona propria voluntate
temeraria presumptuose false et sine sufficientibus et arduissimis
motiuis irrequisitis desuper Rege et maioribus Regni Baronibus
et aliis publice doceret esse et semper fuisse malam et iniquam et
eam propria auctoritate sine consilio sapientum vellet mutare, ac in
toto Regno Bohemie [illegible] talis vtique a nullo
homine viuente iudice racionis esset sequendus, sed pocius tamquam
contemptor Regis et violator iurium Regni ab omnibus esset
reputandus et persequendus Si ergo ita esset faciendum in vno puro
Regno respectu vnius consuetudinis Regni temporalis, sine comparacione magis
qui consuetudinem racionabilem et laudabilem ab vniversali ecclesia circa
vsum huius saluberrimi sacramenti, et modum communicandi
longissimis temporibus obseruatam propria voluntate sine consilio sapientum
inrequisitis superioribus atque Rectoribus ecclesie violare presumpsit
non esset sequendus, ymmo tamquam sacrilegus et perturbator ac
violator totius regni ecclesiastici esset fugiendus, ymmo et eo
dampnandus Merito ergo Jacobellus, quidam et sui sequaces
huius saluberrime consuetudinis violatores nec non totius populi
christiani perturbatores sunt ab omnibus christifidelibus spernendi
fugiendi ymmo et tamquam pessimi heretici condempnandi ¶ Voluit
contra dictum Nicolai de lira insistit ad dictum quod sacrum [illegible]

laico enim sunt, quod vero sacerdos celebrat sibi et toti ecclesie, prodest
etiam illis qui sunt in purgatorio, dictus, quia enim in gratia consti-
tutorum bona sunt communia omnium, et ita omnia bona que vivus facit
participant omnes secundum illud quod dicitur in Symbolo, sanctorum communionem,
et secundum illud psalmiste, particeps ego sum omnium timentium te. Et iste
dictus facit magnum insultum, credens se dicto doctori in forma
conclusisse, quod quidem presumptuosum est et temerarium, non indiget ma-
iori declaratione. Verum ne videatur iste doctor in hac opinione
esse solus, ecce sanctus Thomas in 3 parte q. 79 articulo 7 mo
movet in forma articulum, et videtur quod hoc sacramentum non prosit nisi
sumenti, et in responsione ita dicit: Respondeo dicendum quod sicut supra
dictum est hoc sacramentum non solum est sacramentum sed etiam est sacrificium. In-
quantum enim in hoc sacramento representatur passio Christi qua Christus se ob-
tulit hostiam deo ut dicitur ad Ephes. 5, habet rationem sacrificii. Inquantum
vero in hoc sacramento traditur invisibiliter gratia sub visibili spe-
cie, habet rationem sacramenti. Sic igitur hoc sacramentum sumentibus quidem prodest
per modum sacramenti et per modum sacrificii, quia pro omnibus sumentibus
offertur. Dicitur enim in canone misse: Quicumque ex hac altaris
participatione sacrosanctum corpus et sanguinem filii tui sumpserimus
omni benedictione et gratia celesti repleamur. Sed aliis qui
non sumunt prodest per modum sacrificii inquantum pro salute eorum
offertur. Unde et in canone misse dicitur: Memento domine
famulorum famularumque tuarum, pro quibus tibi offerimus sacrificium laudis
pro se suisque omnibus, pro redemptione animarum suarum, pro spe sa-
lutis et incolumitatis sue. Et utrumque modum dominus exprimit Math. 26
dicens: qui pro vobis, scilicet sumentibus, et pro multis aliis effundetur
in remissionem peccatorum. Hec sanctus Thomas. In quibus verbis dicit sanctus
doctor quod hoc sacramentum per modum sacrificii prodest etiam illis qui non sumunt.
Sed per modum sacramenti prodest sumentibus. Unde et ad argumentum
primum quod allegat sacramenta ~~[illegible]~~ non prosunt nisi sumentibus, sicut
effectum baptismi non suscipit nisi baptizatus, ergo nec hoc sacramentum prodest
~~pro aliis hic~~ pro aliis nisi sumenti. Est dicendum quod hoc sacramentum pro aliis
hoc quod est sacrificium, et ideo non est similis ratio huius sacramenti
et aliorum. Verum tamen in hac decipitur arguens, quia nescit distinguere
in effectibus sacramentorum inter opus operatum et opus operans
in sacramentis. Item caritas est illa que facit omnia esse grata
que sunt ex parte operis operantis proprie, non autem ex parte
operis operati. Unde iste doctor sanctus in iiij to sententiarum d. 45
loquens de suffragiis vivorum pro defunctis ita dicit, quod suffragia
vivorum prosunt defunctis secundum quod uniuntur viventibus caritate. Unde
et illa opera proprie nata sunt mortuis suffragari que magis
ad gratiam caritatis que respicit secundum se opus operans, et ista non
et baptismus et gratia et susceptio huius sacramenti, et omne opus
bonum quod ex radice caritatis procedit sunt communia omnibus,
non autem quantum ad opus operatum. Unde sanctus Thomas similiter in
iiij to loquens de baptismo ita dicit, quod baptismus est quedam

De isto quod lyra dicit quod hoc sacramentum prodest solum laycis ad quos sunt, quod vero sacerdos celebrat prodest sibi et toti ecclesie

quo hoc sacramentum et alia sacramenta unio et omnia bona opera prosunt sumenti et operanti et aliis

regenerato, unde sicud per generacionem non acquiritur esse nisi a genito, ita
baptismus non habet efficaciam nisi in eo qui baptizatur. Contrarium est de
opere operato, quod est ex opere operante vel baptizantis vel baptizati
prout aliis prodesse sicut cetera opera meritoria. Sed eukaristia est sacramentum
excellentie communis, credo quod ipsa opere operato eius efficacia in alterum
transire potest, quod non contingit de aliis sacramentis. Hec Thomas. Con-
modo quo superius exposuit, intelligendo scilicet hic racionem sacrificii, non autem
intelligendo hic racionem sacramenti, quia sicud per baptismum non acquiritur
efficacia nisi ipsi baptizato, ita eciam comedenti et sumenti hoc sacramen-
tum ex opere operato non acquiritur efficacia nisi ipsi comedenti, licet ex
opere operante proficiat aliis ut dictum est. Et hoc modo intelligendi
sunt sancti doctores, et eorum dicta non sunt sic faciliter neganda
et spernenda, quemadmodum faciunt replicantes. Et hic est finis repli-
cacionis sue contra posicionem meam, et ecce finis responsionum mearum
ad predictas replicaciones, ad laudem dei qui est benedictus in secula se-
culorum Amen.

Post hec contra solutiones suarum auctoritatum eiusdem Replicans quidem
se adversarius ecclesie, ad auctoritatem Johannis Nisi manducaveritis
dicens, quod dicta auctoritas non solum spiritualiter sed eciam sacramentaliter
debeat intelligi, et nichil respondit ad exposicionem Christi qui nemo
melior esse potest, nec eciam ad exposiciones sancti Augustini et aliorum
doctorum. Sed dimittens eorum responsiones arguit quibusdam auctoritatibus
ad probandum quod ille textus debeat intelligi de sacramentali manducacione.
Ad quod primo et totaliter possem dicere quod non teneor respondere
ad suas auctoritates noviter introductas, ex quo ipse aut noluit
aut non potuit respondere ad ea que inducta sunt tam ex inte-
ncione ipsius textus quam eciam ex intencione aliorum doctorum. Unde ra-
cionabiliter possem eas hic dimittere et prius audire responsa sua ad
obiecta mea, et postmodum ad sua respondere. Secundo possem dicere
quod ipse superflue hic hanc materiam protrahit, scilicet quod et in posicione
dictum est. Nam in posicione mea non declinavi ad unam partem
simpliciter in exposicione huius textus dicens primo quod solus intelli-
gatur iste textus ex intencione propria de spirituali manducacione.
Et si ipse legisset totum epilogum meum post dicta Augustini ipse fa-
cile comprehendisset ex cuius intencione intellexi cum dixi quod ille textus
Nisi manducaveritis primo et totum illud capitulum intellectum de spirituali man-
ducacione et nullo modo de sacramentali, ipse non ita faciliter sumpsisset pa-
ralogisatus. Nam epilogus meus ita incipit: Ex quibus omnibus
tam ex intencione Christi quam eciam ex intencione Augustini et ut superius dixi
est. Textum non defendendo simpliciter ex intencione propria quod dictus
textus nullo modo possit intelligi de sacramentali, sapiendo tamen dictam
exposicionem Augustini dico quod tam Petrus de Palude quam Nicolaus
de Lira quam sanctus Thomas et quamplures exponunt predictum textum
Nisi manducaveritis dupliciter, scilicet primo et principaliter de spirituali manducacione
et ex consequenti et per quandam adaptacionem de sacramentali ut expositum fuit
satis apte et manifeste in posicione mea principali. Ubi respondendo
ad Nicolaum de Lyra dixi vel quod auctoritas hic cedat auctoritati
Augustini, vel quod dicta sua intelligantur per quandam adaptacionem

et idem dico pro primo. Secundo autem ad credendam veritatem fidei accipiendus est
sensus principalis litteralis et non secundarius sive ille qui per quandam adaptationem
textui tribuitur, et ita dico pro primo ad omnes auctoritates suas inductas quod licet
intelligantur per aptationem. Et nichilominus sicut in priore sermone et hic et hinc
do sibi campum largissimum ad currendum, quia sive ille textus principaliter intelli-
gatur de spirituali manducatione sive de sacramentali, nichil habet virtutis nec
habebit nervum de duplici specie in communione laicali. Respondendum tamen
est ad distinctionem quandam de duplici specie manducationis sacramentalis videlicet
perfecta et imperfecta que est sancti Thome, sed male per ipsum intellecta
ex qua nititur solvere omnia per me adducta dicentis, quod quando Augustinus
exponit dictum textum Johannis vi° de spirituali manducatione ipse intelligit de
spirituali sacramentali sic quod distinguitur contra manducationem sacramentalem imperfectam. Sed hec
evasio cavillosa est et frivola nullum habens in se intellectum nec intentionem doc-
toris nec doctorum, nam aliud est manducare Christum spiritualiter tantum, et aliud
est manducare hoc sacramentum sive Christum in sacramento spiritualiter et sacramentaliter
simul. Et tenendo manducatio Christi sic considerata sic habet se quemadmodum genus quoddam
que dividitur per spiritualem manducationem et sacramentalem manducationem sicut quo-
modo substantia per corpoream et incorpoream, et sicut corpus per sensibile et
insensibile, sic sacramentalis manducatio per sacramentalem spiritualem que est perfecta
et per sacramentalem non spiritualem que est imperfecta. Et quemadmodum sub distinctione sa-
cramentalis manducationis in manducationem sacramentalem sive perfectam et
manducationem sacramentalem non spiritualem sive imperfectam, est sicut genus sub
alterno vel species subalterna, tunc differentia divisiva non coincidit nec idem
est cum differentia divisiva sui generis quo opposito, sicud non est idem in
corporea, cum differentia sensibilis uno quo opposito distinguitur, unde nullo
modo sunt idem manducatio spiritualis Christi et manducatio sacramentalis spiritualis quoniam
una stat esse separatam sine altera, quamvis alia non possit esse sine prima.
Unde alia erit manducatio spiritualis Christi primum et alia manducatio sa-
cramentalis spiritualis, et hanc duplicem spiritualem manducationem doctor sanctus
distinguebit in 2° articulo ubi ipsum allegat dictus replicans, ita dicens
dupliciter contingit manducare spiritualiter Christum, uno modo prout in sua specie consistit
et hoc dupliciter vel in patria aliquis ei fruitur per visionem manifestam
et fruitionem caritatis perfectam. Vel sic quod dicit apostolus, in speculo et in enig-
mate, primo modo angeli manducant eum et ei fruuntur, 2do nos per fidem
et caritatem. Alio modo contingit spiritualiter manducare Christum prout est sub
speciebus huius sacramenti in quantum scilicet aliquis credit in Christum cum desiderio
sumendi hoc sacramentum, et hoc non solum est manducare Christum spiritualiter,
sed etiam spiritualiter manducare hoc sacramentum, quod non competit angelis.
Et ideo angeli etsi spiritualiter manducent Christum, non tamen competit eis
spiritualiter manducare hoc sacramentum. Ex qua sententia doctoris patet et de placido
triplicem esse manducationem sacramentalem. Quarum prima dicitur spiritualis
tantum, et hanc notat doctor cum dicit, in quantum aliquis credit in
Christum cum desiderio sumendi hoc sacramentum, et hoc non solum est mandu-
care Christum spiritualiter, sed etiam spiritualiter manducare hoc sacramentum
et hoc modo manducatur hoc sacramentum in voto et in desiderio et non
actualiter. Et hoc modo pueri recenter baptizati manducant non
solum Christum sed hoc sacramentum spiritualiter. Secunda dicitur

sacramentalis et spiritualis simul, quod videlicet simul cum actuali manducatione
huius sacramenti sumitur propter eius effectum videlicet deletionem peccatorum mortalium
oblitorum et etiam peccatorum venialium, augmentum gratie et alios effectus
huius sacramenti. Tertia dicitur sacramentalis tantum, quod videlicet non attingitur effectus
eius quia videlicet sumitur indigne accedit cum conscientia peccati mortalis
ad ipsius sacramenti perceptionem. Et de hiis duabus manducationibus sacramentalibus
loquitur doctor predictus ibidem in primo articulo. Vel ita dicatur. In susceptione huius
sacramenti duo sunt consideranda scilicet ipsum sacramentum et effectus ipsius. Perfectus
igitur modus sumendi hoc sacramentum est quod aliquis ita hoc sacramentum suscipiat
ut percipiat eius effectum. Contingit autem quandoque sicut supra dictum est
quod aliquis impeditur a percipiendo effectum huius sacramenti, et talis susceptio est
imperfecta. Sicut igitur perfectum contra imperfectum dividitur, ita sacramentalis man
ducatio per quam sumitur solum sacramentum sine effectu ipsius dividitur contra spiri
tualem manducationem per quam aliquis accipit effectum huius sacramenti quo
spiritualiter homo Christo coniungitur per fidem et caritatem, ut est in hoc sacramento.
Ex quibus patet quod hec distinctio non est simpliciter manducationis Christi ut patet, nec etiam
manducationis Christi ut in sacramento, sed solum manducationis Christi in sacramento
scilicet quod actualiter manducatur a quibusdam bene et perfecte, a quibusdam
male et imperfecte. Et ex predictis patet talis divisio manducationis
divisio multiplex manducationis Christi
Christi dari, quod quedam est spiritualis tantum, quedam vero sacramentalis. Item
sacramentalis manducationis quedam est in voto et desiderio et quedam
in actu. Item actualis manducationis sacramentalis quedam est perfecta, quedam
imperfecta. Ultimum patet quod triplex est manducatio spiritualis. Una simpli
citer qua coniungitur Christo per fidem et caritatem non habito respectu ad hoc sacramentum
scilicet in quantum modum etiam angeli manducant Christum. Secunda est scilicet quod man
ducatur in voto et desiderio prout in hoc sacramento continetur. Tertia est
actualis cum spirituali manducatione digna prout in hoc sacramento continetur.
Ad igitur dicta Augustini et aliorum doctorum que inducta sunt pro ex
positione illius textus et capituli Johannis vi°, non intelligitur de tertia sive man
ducatione spirituali, sed de prima, patet ex dictis prius, quamvis hec oculos
intelligentie aptos clare perspicit. Nam cuius sit cibus iste et
potus de quo ibidem Christus loquitur, aperit ita dicens: Hunc itaque cibum
et potum societatem vult intelligi corporis et membrorum suorum quod
est sancta ecclesia etc. Et iterum: Cum enim in cibo et potu id appetant
homines ut non esuriant etc., hoc veraciter non prestat nisi cibus et potus etc.
id est societas ipsa sanctorum ubi pax erit et unitas plena atque perfecta.
Clarum autem est quod dictus cibus et potus scilicet societas sanctorum non habetur
nisi per fidem et caritatem simpliciter, patet etiam per totum processum quem
in expositione dicte auctoritatis facit in positione. Et confirmatur, tertia man
ducatio spiritualis ad hoc quod sit spiritualis et digna presupponit primam
non causat eam. Nemo enim digne accedit ad hoc sacramentum nisi
qui prius sunt per fidem et caritatem Christo et ecclesie unitus. Nichil
etiam potest esse causa et effectus respectu eiusdem. Si enim manducatio
sacramentalis spiritualis causaret unionem ad corpus misticum quam presuppo-
nit, idem esset prius et posterius, causa et effectus, nam unitas ecclesie
est causa manducationis spiritualis sacramentalis sine tertie. Item est ea
manducationis Christi nondum instituto sacramento loquebatur cum dixit
iudeorum per verba de presenti: Caro mea vere est cibus et sanguis

meus vere est cibus. Potus autem agitur verum dicebat enim non
non est secundum eum quod non, quia tunc caro sua nec erat cibus et ve-
potus et non sub specie propria, nec sub speciebus sacramentalibus, quia nondum
erat institutum hoc sacramentum, et forte usque ad duos annos nondum instituendum
quod oportebat quod illa verba verificarentur de quaestione et manducatione
spirituali que fit per fidem et caritatem. Et ad hoc est Augustinus super Johannem
in omelia Nicodemi ubi ita dicit: Omelia xi. Post dicit ad eum Nico-
demus: quomodo potest homo nasci cum sit senex. Spiritus ei loquitur et ille
carnem sapit, quia carnem Christi nondum sapit. Sic cum dixisset dominus
Jhesus: Nisi quis manducaverit carnem meam et biberit sanguinem meum non
habebit in se vitam, scandalizati sunt quidam qui eum sequebantur
et dixerunt apud semetipsos: Durus est hic sermo, quis potest eum audire?
Putabant enim hoc dicere Jhesum, quod eum possent coctum sicut agnum
carpere et manducare. Abhorrentes a verbis eius recesserunt et amplius
eum secuti non sunt. Sic omelia ta loquitur et dominus ipse mansit cum duodecim
et illi ad eum: Domine ecce dimiserunt te. Et ille: Numquid et vos vultis ire,
ostendere se necessarium. Respondit Petrus, petra illa, voce omnium: Domine ad quem
ibimus? Verba vitae aeternae habes. Bene sapuit in ore ipsius caro domini.
Dominus autem exposuit eis et dixit: Spiritus est qui vivificat, caro autem non
prodest quicquam. Cum dixisset nisi quis manducaverit carnem meam et
biberit sanguinem meum non habebit in se vitam, sic carnaliter intellexerunt.
Spiritus est inquit qui vivificat, caro autem nihil prodest. Verba autem
que locutus sum vobis spiritus et vita sunt, et hunc spiritum et hanc
vitam non sapiebat iste Nicodemus qui nocte venerat ad dominum
cum ei Jhesus: Nisi quis natus fuerit denuo non videbit regnum dei.
Et ille carnem suam sapiens in cuius ore nondum sapiebat caro Christi:
Quomodo inquit homo potest nasci cum sit senex? Numquid potest in ventrem
matris sue iterum introire et nasci. Item omelia xi. Ipse autem Jhesus
non credebat semetipsum illis. Non enim opus habebat ut quisquam testimonium
perhiberet de homine, ipse enim sciebat quid esset in homine. Ecce iam
illi credebant in Jhesum, et ille Jhesus non se credebat eis. Quare? Quia
nondum erant renati ex aqua et spiritu sancto. Inde hortati sumus et hor-
tamur fratres nostros cathecuminos. Si enim interroges eos, iam crediderunt
in Jhesum, sed quia nondum carnem eius et sanguinem acceperunt, nondum se
illis credit Jhesus. Quid faciant ut se illis credat Jhesus? Renascantur
ex aqua et spiritu, parturiat ecclesia quod parturit. Concepti sunt, edantur
in lucem. Ubera quibus nutriantur non timeant ne nati suffocentur
ab uberibus matris non recedant. Hec Augustinus. Item dominus dicens
Nisi manducaveritis carnem filii hominis etc. non habebitis vitam in vobis, si hoc intelligeretur
principaliter de sacramentali manducatione actuali et spirituali, falsum diceret
quia talis sacramentalis manducatio presupponit vitam, que tamen non man-
ducando sacramentaliter habetur sicut patet in multis fidelibus. Oportet igitur
quod dicta verba intelligantur simpliciter et principaliter et de illa man-
ducatione sine qua nullo modo habetur vita, et hec est manducatio
spiritualis prius accepta. Ad rationem autem qua probabam quod spectare effectus
illum textum deberet intelligi de spirituali manducatione, nichil valet
ipse scit quare; dicebam enim in prima quod spiritualis manducatio semper

includit tamen ipsum effectum vite. Naturalis vero in specie huiusmodi nec
includit nec excludit, quia si includeret naturalis, numquam fieret sine vita.
Si excluderet, numquam esset cum vita. Semper autem ita est, quod que aliqua
ita se habent quod unum includit in ratione aliquid et aliud nec includit
nec excludit distinguntur abinvicem, prout in precedenti satis diffuse de-
claratum fuit clarissima ratione, quam statim post adversarius pertransivit.
Ulterius cum diceretur quod Christus exposuit quid intelligeret per carnem
manducatam, cum dixit, Spiritus est qui vivificat etc. et Verba que locutus
sum spiritus et vita sunt. Respondet quod per illa verba Christus removet
carnalem intellectum. Putabant enim Iudei quod Christus promitteret eis dare
carnem suam per frusta, quod utique esset horror maximus. Et ideo
ut non sic intelligerent, dixit, Verba que locutus sum spiritus et vita
sunt, ubi datur duplex intellectus scilicet spiritualis et carnalis, et hoc
probat per Nicolaum de Lira, et confirmat per Gorram super illud per Augustinum
in sequenti capitulo, non hoc corpus, ubi dicit Et si necesse est illud celebrari
visibiliter, necesse est tamen invisibiliter intelligi. Sed ad predictas auctoritates
et similes dictum est superius, quod doctores aliqui loquuntur secundum propriam
expositionem textus, aliqui vero secundum adaptationem; ad habendum tamen
verum sensum et intellectum alicuius passus scripture attendendum est
ubi doctores ex intentione illum passum pertractant et exponunt secundum
sensum litteralem, non autem in locis in quibus dicta scripture adap-
tantur. Primum itaque Augustinus totum illud evangelium ex intentione exponendo
exponit ipsum simpliciter de spirituali manducatione, ubi est verus eius
intellectus attendendus. Alia autem loca in quibus de hac eadem materia
agit trahenda sunt ad hunc locum ubi [illegible] loquitur, confir-
matum est enim superius ut fuit allegatum ex libris de civitate dei et
etiam de doctrina christiana. Ubi autem ad aliud sensum transsumendi lo-
cutio figurativa est transsumptiva est, et per aptationem ut dictum
est. Ubi autem plures doctores eundem textum pertractantes diversimode secundum
sensum litteralem ex intentione exponunt, [illegible] doctoris sententia et auctoritas
et que conformior est sensui quem auctor scripture efflagitat pre-
ferenda est et preeligenda, nec est [illegible] Nicolaus de Lira aut Nico-
laus Gorram aliisque modernis doctoribus cum eis doctores antiquos
et sanctos preponimus, quod nichil honoris aut laudis tollis de talibus
si huic vel illi extollimus aut huic doctrinam aliquam [illegible]
plus claritatem [illegible] et laudamus. Hoc dico quod adversarius aliquas
dixit me Nicolao de Lyra maximas iniurias intulisse, quia
ad huius [illegible] disputationem doctorum [illegible] Augustinum Nam et
[illegible] de comparatione doctorum in [illegible] generalibus
comparatione amplius ipse irrogat iniuriam tam Nicolao de Lira
quam aliis doctoribus ecclesie cum alias sui [illegible] negat, alias ab ipsorum
intentione distrahit, impugnat et aliis imponit, quod numquam senserunt.
Nam in materia ista [illegible] omnes doctores a diverti [illegible] negat
et antiquius [illegible] doctoribus [illegible] et ipso Christo domino et Paulo apostolo
imponit que numquam [illegible] in [illegible] carnali [illegible]
[illegible] et ita [illegible] magna in [illegible] opinione defendenda

falsa et temeraria Christi et apostoli et omnes sanctos doctores ymmo
et totam ecclesiam universalem uno quasi impetu impugnat et of-
fendit, videat ipse si bene faciat et consulat consciencie sue.
Item ad auctoritatem Damiani quam ponit super epistolam ad Ephesios et habetur
de conse. di. ii. Duobus modis intelligitur caro Christi, dicit primo quod dicta auctoritas ex-
presse facit pro ipsis, quod declarat per glosam ibidem de conse. di. ii. et
per Archidiaconum eciam ibidem. Sed quod dicta auctoritas sit per eum allegata
contra intencionem Damiani patet per magistrum sentenciarum in quarto di. viii. ca. iii.
ubi distinguens tria que sunt in hoc sacramento, scilicet sacramentum tantum, res
et sacramentum, et res tantum, ita dicit: huius autem sacramenti gemina est res,
una scilicet contenta et significata, altera significata et non contenta.
Res contenta et significata est caro Christi quam de virgine traxit
et sanguis quem pro nobis fudit. Res autem significata et non con-
tenta est unitas ecclesie in predestinatis vocatis iustificatis et glorificatis.
Hec est duplex Christi caro. Unde Damianus: Duobus inquit modis intelligitur caro
Christi et sanguis, vel illa que cruci fixa est et sepulta, et sanguis
qui militis effusus est lancea, vel spiritualis illa ac divina de qua
ipse ait: caro mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus.
Et nisi manducaveritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem,
non habebitis vitam in vobis. Sunt igitur hic tria distinguenda, unum
quod tantum est sacramentum, alterum quod est sacramentum et res, et tercium quod est res
et non sacramentum. Sacramentum et non res est species visibiles panis vel vini.
Sacramentum et res caro Christi propria et sanguis. Res et non sacramentum mystica
eius caro. Hec magister sentenciarum. Ubi expresse magister ad ostendendam
duplicem carnem Christi per hoc sacramentum designatam adducit predictam
auctoritatem Damiani. Sed cum autem in divina scriptura sive in theologica facul-
tate magistris sit credendum, Archidiacono et glose decreti ex una parte vel
magistro sentenciarum profundissimo doctori theologie, iudicet omnis sensatus
qui habet intellectum. Nam et racio naturalis dictat ut unicuique perito
in arte sua magistris sit fides adhibenda. Quod contrarius et alienus eadem
dictum de glosa decreti et Archidiaconi quod plus stant in materia ista liti-
giosa preter ipsorum quam magistri sentenciarum super eandem racionem, multa passim
hic dicte de glosis iuristarum et decreti qui excesserunt limites spirituales
et extendunt ad materiam sacram scripturam theologie, que semper patet inter
theologos et iuristas manutenenda publice, sufficiat michi pro
presenti quod in facultate theologie et in divina scriptura auctoritas magistri
sentenciarum et aliorum theologorum preferenda est auctoritati iuristarum et canonistarum
in materia litigiosa. ¶ Post predicta induxit materiam
de communione parvulorum que sine dubio non modicum horrorem audi-
toribus intulit, et fundavit practicam suam in aliquibus auctoritatibus male
intellectis. Et primo in illa Johannis: Nisi manducaveritis etc., que ut
dicit non solum de spirituali sed eciam sacramentali simul cum spirituali ad sensum
parvulorum intelligenda est et tum eciam sic intelligendo tanti
sit universitatis quanti illa, nisi quis renatus fuerit, utique nullam
etatem nec condicionem personarum excludit, et ita sicut baptismus
est omni etati necessarius ad salutem ita et communio huius sacramenti

sacramentum tantum et non res / species visibiles / sacramentum et res / et sacramentum corpus Christi proprium / et sanguis / res tantum et / non sacramentum caro Christi mystica / vel sanctorum universitas predestinatorum

Sed de communione parvulorum

+ Probat quod sacramentum eucharistie non est tante necessitatis quante baptismus

Ille inquit quero detur ratio quare sedule textus omnes ligat et
ne primus, cum utrobique temporibus ... semper qualitas est
sine restrictione denotata. Sed dicendum quod licet dictus textus prop-
hinc et de sacramentali manducatione intelligetur, non tamen secundum vanam intelli-
genciam et verum sensum. Sic usque est intelligendum hoc preceptum sicut
primum de baptismo, quia si sic tunc sequeretur quod sicut parvuli sine
baptismo decedentes non habent vitam in semetipsis, et sic privantur vita
eterna, dicente Augustino de fide ad Petrum, et habetur de con. di. iiij
cap. Firmissime, et firmissime tene, nec dubites [illegible],
etiam parvulos qui sive in utero matris vivere incipiunt et ibi mo-
riuntur, sive cum de matribus nati sine sacramento baptismi quod datur
in nomine patris et filii et spiritus sancti de hoc seculo transierint
sempiterno igne puniendos, quia etsi peccatum proprie actionis nullum
habuit, originalis tamen peccati dampnationem carnali conceptione et nativitate
contraxerunt. Item idem Augustinus libro de baptismo parvulorum, nulla preter
baptismum Christi salus promittitur infantibus. Et infantes si per sacramentum
quod ad hoc divinitus est institutum in credencium numerum non transeunt
in tenebris manent. Sic ergo post baptismum parvuli absque perceptione
huius sacramenti decedentes vita eterna privarentur, quod nullus sane
mentis dixerit. Unde Augustinus sicut ad Bonifacium scribit nec co-
gitet vitam hic non posse parvulos qui sunt expertes corporis domini
in Ihesu Christo dicente domino: Nisi manducaveritis carnem filii hominis etc.
... est enim tunc unumquemque corporis et sanguinis domini
participem fieri quando in baptismo membrum Christi efficitur. Et habetur de con.
di. iiij In ecclesia. Item idem Augustinus in libro de baptismo parvulorum
ad hoc baptismus valet ut baptisati Christo incorporentur ut membra
eius et compleantur et oblati per sacerdotum caritatemque fidelium
regenerentur deo ut in eo vivi salvi liberati redempti illuminati fiant.
Et habetur de con. di. iiij ad hoc. Item super illud ... x. omnis
panis et vinum corpus ... dicit, et habetur e. di. Nulli ambigendum
est tunc corporis et sanguinis domini unumquemque fidelium participem fieri
quando membrum Christi in baptismo efficitur, nec alienari ab illius panis
calicisque consortio. Etiam si antequam panem illum edat et calicem bibat
de hoc seculo in unitate corporis constitutus abscedat, quia illius
sacramenti beneficio non privatur quando ille hoc quod illud sacramentum
significat invenitur. In illo enim sacramento corpus et sanguinem suum
nobis commendavit quod et fecit nos metipsos, nos et nos corpus
Christi facti sumus. Item idem Augustinus in libro de baptismo parvulorum
ca° primo. Recte parvulos baptisatos in numero credentium consue-
tudine ecclesie antiqua canonica et fundatissima. Recte appellat et fideles
vocantur. Unde inter cetera dicit: Inter credentes igitur baptisatos
parvulos numerabis, nec iudicare ullo modo aliter audebis, si non vis esse
apertus hereticus. Ergo ideo habent vitam eternam, nolo vis sine ista
fide et sine sacramentis huius fidei promittere vitam eternam. Et infra
Nam valedicat eorum ... sed Pelagianorum ad hoc videtur tamen
pellere, sed antequam resumitur ecclesie nemo dicat ... ebria
sed istorum ... flumine pertrahitur. Item idem

et habetur de cons. di. iiij parvuli fideles recte vocantur qui fidem
per verba gestantium quodammodo confitentur et per eadem verba dyabolo et mundo
abrenunciant et hoc fit in sacramento divine gratie quod dedit deus
ecclesie. Et ideo in eodem capitulo scriptum est mater ecclesia imputat nec ideo tamen eos
quisquis fideles infideles dicere potest quod accedendo utique nomine est
quamvis hoc non ipsi sed alii pro eis inter sacramenta respondeant
Secundo ideo propterea recte fideles vocantur quamvis fidem per verba confes-
tantium confitentur et dyabolo et huic seculo abrenunciare inveniuntur
Ex quibus verbis Augustini patet quod in baptismo quis incorporatur christo et effi-
citur et capax est vite eterne etiam si ab hoc seculo abscedat
antequam manducet et bibat hoc sacrum sacramentaliter et quod merito cre-
dentes et fideles nominantur. Propterea baptismus est regeneratio spiritualis
et per ipsum datur baptizatis remissio peccatorum et spiritus sanctus unde
apostolus ad Tytum 3 secundum suam misericordiam salvos nos fecit per lavacrum
regenerationis et renovationis spiritus sancti. Et Actuum 2. Unde compunc-
ti corde et [illegible] beato Petro dixerunt ad Petrum et ad reli-
quos apostolos quid faciemus viri fratres. Quibus Petrus penitentiam
inquit agite et baptizetur unusquisque vestrum in nomine ihesu christi
in remissionem peccatorum et accipietis donum spiritus sancti. Hec etiam
regeneratio vocatur a christo nativitas Johannis iij° nisi quis natus fuerit
denuo et ibidem nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto etc.
Manifestum est autem quod sicut homo per generationem et nativitatem
naturalem vitam accipit naturalem. Sic etiam per generationem et nativitatem
spiritualem homo recipit vitam spiritualem in qua remissio peccatorum
et spiritus sanctus. Unde Melchiades papa ait et habetur de consecratione
di. v. c. Spiritus sanctus in baptismo regeneratur ad vitam et bap-
tismo abluimur post baptismum roboramur et quamvis continuo tran-
situris sufficiant regenerationis beneficia victuris tamen necessaria sunt
confirmationis auxilia. Regeneratio per se salvat mox in pace beati seculi
recipiendos. Ex quibus patet baptismum quantum est de se conferre suffi-
cientem gratiam ad salutem et esse sacramentum necessitatis ut patet sine quo
salus esse non potest et tamen gratia baptismi non amittatur nisi per
peccatum actuale mortale manifestum est in parvulis quamdiu non habent
non habent usum rationis ita ut possint peccare mortaliter sufficienter
habent vitam spiritualem. Unde Augustinus dicit parvulis vero qui nec
dum propria voluntate credere nec pro peccato proprio quod ad
originaliter traxerunt agere penitentiam [illegible] sacramentum fidei quod est sanctum
baptisma quamdiu ratione etatis esse capax esse non potest sufficere
ad salutem. Et idem est in adultis quamdiu non peccaverint et per
consequens si statim post baptismum decedant etiam si non manducant
corpus christi sacramentaliter nichilominus salvantur et consequuntur vitam
eternam. Et confirmatur quia effectus baptismi est alius et preter effectum
eukaristie et per consequens sub eo. Patet quia effectus baptismi est
adeptio vite et gratie ut dictum est. Eukaristie autem est unctio
quod ordinatur ad deletionem venialium peccatorum et ad augmentum
gratie que secundum se non sunt simpliciter necessaria ad vitam eternam con-
sequendam quia venialia peccata non impediunt gratiam et quilibet

Alius est effectus Baptismi alius eukaristie quoniam est abluendum peccata mortalia

constitutus in gratia operationis peccata est dignus vite. Secundum illud, gratia
dei vita eterna, et per consequens si decedat in huiusmodi gratia etiam si non
communicat sacramentaliter, vadit ad vitam eternam ut supra. Non

Item Ut autem hoc sacramentum sit cibus anime, secundum illud Caro mea vere est cibus, dixit,
utique vita presupponit in ~~dante~~ sumente, quia nec cibus datur
in corporalibus nisi viventi. Necesse est ut presupponat gratiam que est
vita anime. Unde sanctus doctor super quarto di. ix q. i ar. 1o
dicit: Hoc autem sacramentum gratiam presupponit, et presupponit baptismum
in quo gratia datur. Et idem in eodem di. x q. 2 ar. 2o. Effectus huius
sacramenti presupponit vitam in sumente, et quia peccatum mortale vitam
spiritualem tollit, ideo hoc sacramentum non est ad abluenda peccata mortalia
in sumentibus, sed illos solum destruit qui cum vita se patiuntur. Quod

Item quod sacramentum eucharistie non est tante necessitatis sicut baptismus
etiam hoc sacramentum non sit tante necessitatis sicut baptismus declaratur ex
ratione maxime ex ratione sue institutionis, nam deus qui vult omnes
homines salvos fieri, sic sua remedia salutis et instrumenta applicavit
ut ea que omnino necessitatis sunt vel esse voluit, communia essent
et ad habendum facilia. Unde et materiam baptismi, per quam esse et vita
spiritualis accipitur, tam communem esse voluit ut possit ubique reperiri,
aquam scilicet, et quo ad ministrum voluit ut in casu necessitatis posset tam
fieri a quolibet. Non sic autem materiam eukaristie que est panis et
vinum ubique reperitur, nec voluit etiam sit a quolibet huiusmodi materiam
consecrari, nec etiam consecratam a quolibet dispensari, quia tam consecrationem
quam dispensationem et ministrationem huius venerabilis sacramenti commisit
ad sacerdotes et in sacris ordinibus constitutos. Quare si hoc sacramentum
esset tante necessitatis ut baptismus, sine dubio multos fideles
huius fideles dispendium paterentur, quod nullo modo conveniret divine
pietati, que quantum in se est neminem vult perire sed omnes salvos
fieri. Et quod plus est, etiam de manu sacerdotis heretici non licet hoc
sacramentum etiam in casu necessitatis accipere, ut habetur ... capitulo superveniente. Vel
invenitur narratio Gregorii pape iiii° dialogorum de Leuvigildo
rege et de filio suo Hermigildo in hunc modum: Superveniente pas-
chalis festivitatis die intempeste noctis silencio ad eum perfidus
pater arrianum episcopum misit, ut ex eius manu sacrilege consecrationis
communionem perciperet, atque per hoc ad patris gratiam redire mereretur.
Sed vir deo deditus arriano episcopo venienti exprobravit ut debuit,
eiusque a se perfidiam dignis increpationibus repulit. Et idem in glosa.
Super verbo sacrilege notatur quod in necessitate possum ab heretico baptismum
recipere et non eukaristiam. Ex quibus manifeste colligitur ratione dicta
quod baptismus est sacramentum necessitatis absolute secundum legem ordinatam,
non autem eucaristia.

Item Item pueri suscipientes hoc sacramentum carentes
usum habentes rationis vel ipsum suscipiunt ad deletionem culpe vel
ad augmentum gratie et meriti, vel ad neutrum. Non ad neutrum, sic inuti-
liter susciperent, quia hoc sacramentum sumptum non habet aliam efficaciam
et utilitatem in sumente. Nec potest dici primum, quia pueri post baptismum
nullam habent culpam. Nec secundum etiam, quia meriti non sunt
capaces nec demeriti, cum non habent usum rationis, sine quibus
racionis et voluntas racionis libera est radix meriti vel demeriti

2o ca. adducit ad motivum dyon.

baptismus adultorum theologo. hic infra

Ex quibus patet quod nullo modo est tanti valoris sacramentum hoc dominice
eucharistie quanti baptismus ¶ Secundo adducit auctoritatem dionisii
in fine ecclesiastice ierarchie cum glosa ipsum exponente, ex qua quidam
infert ut in dictis fuit. Sed dicendum quod longe aliter sancti doctores
ut Albertus magnus et sanctus Thomas et alii intelligunt
dyonisium in hac parte, quibus magis credendum est quam sibi. Etenim
Albertus magnus super dicto passu dyonisii arguens ita dicit, videtur
esse falsum hoc, quia pueris non datur quis corporis christi et respondet
Dicendum quod intelligit quod detur eis post baptismum dum adhuc sunt
lactantes, sed quod aliquantulum crevit, sicut quod sunt quinque annorum
tunc etiam eis competit dari, ut nutriantur et assuescant sacramentis
divinis, vel aliter potest dici quod non dabatur corpus christi eis, sed
aliquid de lotura calicis in quo remanserat aliqua pars sanguinis
sicut est consuetudo adhuc apud aliquas ecclesias, ut aliquo modo
participes divinorum efficiantur. hec Albertus ¶ Item sanctus Thomas 3a
parte q. 80 ar. 9o Sed tamen circa reddendo dicit quod eadem ratio est
de pueris recenter natis et de amentibus qui nunquam habuerunt usum
rationis, unde talibus non sunt sacra misteria danda, quamvis
quidam grecorum contrarium faciant propter hoc quod dionisius 2o ca. ecclesiastice
ierarchie dicit baptizatis esse sacram communionem dandam, non intelligentes
quod dyonisius ibi loquitur de baptismo adultorum. Nec tamen propter
hoc aliquid detrimentum vite patiuntur, propter hoc quod dominus dicit Jo. 6 Nisi
manducaveritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis
quia sicut Augustinus scribit Bonifacio tunc unusquisque fidelium corporis
et sanguinis domini particeps fit, scilicet spiritualiter, quando in baptismate membrum
corporis christi efficitur, sed quando iam pueri incipiunt aliquem usum
rationis habere, ut possint devotionem concipere huius sacramenti
tunc potest eis hoc sacramentum conferri. hec doctor sanctus ¶ Item idem doctor
sanctus in 4o di. 9 ita movet, videtur quod pueris sit dandum corpus
christi quia per baptismum aliquis ascribitur ad corpus christi superiorum
unde et baptizatis conferendum est ut dyonisius dicit. Sed pueri
baptizandi sunt, ergo et eis corpus christi debet dari ¶ Preterea vita
spiritualis perficitur per baptismum ita et per eucharistiam, quia dicitur
Joh. 6o Qui manducat me et ipse vivit propter me. Sed pueris datur
baptismus ut habeant spiritualem vitam, ergo et similiter debet eis dari
et eucharistia. Sed contra est, quod iste cibus est grandium ut dicit per
Augustinum in libro confessionum, sed pueri non sunt grandes in fide, ergo non
debet eis dari. ¶ Ad ista premissa respondet dictus doctor ¶ Dicendum
quod pueris carentibus usu rationis, qui non possunt distinguere inter
cibum spiritualem et corporalem non debet eucharistia dari, quamvis quidam
grecorum contrarium teneant. Probabiliter autem quia ad eucharistie perceptionem
exigitur actualis devotio, quam tales pueri habere non possunt, sicut
autem iam incipiunt habere distinctionem, etiam ante perfectam etatem, puta
cum sunt decem vel duodecim annorum aut circa, hoc potest dari si
in eis discretionis signa appareant et devotionis. Sed summa ergo
dicendum est quod pueri baptizati accedunt ut percipiant corpus christi
non statim sed tempore competenti sicut et filius percipiendi hereditatem

hit ꝯpinus eam ne possideant. Dyonisius autem assignat ritum
baptismi qua ad adultos utique incipientem. Alia autem. Ad secundum
dicendum, quod per baptismum datur principium actus vite spiritualis. Unde
est de necessitate salutis. Et ideo primus baptismus dandus est. Sed
per eukaristiam datur complementum spiritualis vite. Et ideo illis qui
perfectionis etc. que est per actualem devotionem primum esse capaces de-
dari prout habetur de con. di. iiij in ecclesia, ubi dicitur non cogitet
vitam habere posse qui sunt expertes corporis. Et Augustinus dum loquitur
de pueris, intelligendum est quantum ad rem sacramenti que est unitas eccle-
siastica qua non est salus in vita, et non quantum ad sacramentum manduca-
tum. Hec doctor prefatus. Item idem super Johannem vjo capitulo dicit, quod quidam
dicunt quod sacramentum eukaristie est necessitatis tantum sicud baptismus.
Unde et pueris baptizatis dant eukaristiam, et in hac habent pro
eis ritum Dyonisii, qui dicit quod propter unitatem sacramenti de communione in communione
eukaristie, hec est communicatio cum sacerdote. Sed hoc verum est adultis
non de pueris, cum in sumente eukaristiam [illegible] exigatur actualis, videlicet
et devotio. Hec doctor idem. Ad ea autem conclusiones que ex dictis
ad conclu. 2 ex dictis Dyonisii infert Dyonisii infert. Dicendum ad primum quod tunc precipiebant baptismum
parvulorum recenter natorum ut innuit, sed tamen non statim dabatur
communio divine eukaristie. Sed ut Albertus dicit, postquam creverant
et pervenerant ad etatem quinque annorum vel circa, quod autem dicit in
2o conclusio, quod non erant intelligentes nec audire valentes
quod primis dabatur tan[illegible]rio Dicendum quod pro eodem accipitur non intelligere et non audire, quia
sepe in scriptura pro eodem accipiuntur. Dicitur autem aliquis non
intelligens dupliciter, primo quia habet debilem intelligentiam, sicut etiam
aliquis dicitur non videre quia male videt. Alio modo dicitur non intelligens
quia nullo modo intelligit. Et ita dicendum est quod Dyonisius et [illegible]
eius vocat parvulos non intelligentes et non audientes non 2o quod
nihil intelligant, unde primum parvulis recenter natis et baptizatis, unde
primum datur communio in Bohemia, sed 2o quia parvuli quinque vel sex
annorum de quibus loquitur Albertus non sunt plene et perfecte in-
telligentes, et talibus dabatur tunc communio que postmodum eciam
[illegible] eciam a talibus fuit subtracta usque ad etatem maioris
discrecionis et devotionis capacem merito, aut pro agendo [illegible]
insuper pro etate sancti patres non debebant perturbare, nec curare
instancias infidelium, si baptizabant pueros etiam in etate tenera
et quod precipue alii abrenunciaverunt etate sed confitebantur pro eis sed
et modo fit in ecclesia non enim irridebant infideles Dyonisium et
Thimotheum propter communionem, quia ut dictum est, non dabant eis in illa
recenti etate, ut dictum est, sed irridebantur pro eo quod alii in baptismo
abrenunciabant et respondebant pro pueris, et fidem confitebantur, nec
reperit adversarius in dictis Dyonisii. Unde false retorquet
auctoritatem Dyonisii ad communionem cum irrisionem infidelium non attri-
buat nisi hiis qui abrenunciant loco quorundam puerorum
recenter natorum, sed parvulos [illegible] et [illegible] tales reputet qui
tam divide et inhoneste tractant tam sanctissima divinissima et
mundissima sacramenta. Et hec dicta sufficiant quo ad Dyonisium.
De Auctoritate Cypriani Ulterius adducit auctoritatem Cypriani de quadam infantula puella

dicendum quod infantes pueri duo quandoque noua proferre loquuntur
Et ideo de illa puella dicendum est, sicut supra de Lampuchia. Albertus
ad auctoritatem Dionisii. Non enim illa puella erat recenter nata sicut
sunt pueri duorum vel trium vel octo dierum, quibus in Bohemia statim
post baptismum hoc sacramentum ministrant. Sed fuit forte etatis unius
vel plurium annorum, aut non erat tantum periculum dare, quantum est
in pueris recenter natis. Et quod plurium esset annorum, ostenditur. Marti-
rum dicit in simplicibus adhuc annis rudes, cum testabatur in
simplicibus augmentum annis pluralis. Et preterea illud fuit ex quodam
tamen divina dispensatione factum ad ostensionem miraculi, quod non
est trahendum in exemplum. Unde idem Cyprianus dicit: ignorantie
igitur abruptum est, ut satisfacientibus nobis cum semen inspicit
et prosequitur ibidem quod puella inter preces et orantes fluctuabunda
iactabatur, in quibus et capud et intranitio compellitur, ratione
quorum non inconvenienter dyaconus potuit offerre ei sanguinem domini
non tamquam ex debitam ministrationem ex precepto aut ex consuetudine, sed
tamquam patienti et a demone vexate in remedium et medelam.
Vel etiam dyaconus errare potuit ex ignorantia ad puelle gloriam
offerendo, vel forte ministri qui eam inter communicantes miscuerunt cum
matre presumpserunt, et hunc defectum ignorantie vel ministrorum vel dyaconi
dimittit Cyprianus, unde dicit: Ignorationi igitur abruptum est, ut
satisfacientibus nobis etc. Vel dicendum quod duplex est error: unus qui causatur
ex occasione facti, et inter hos errores magna differentia est. Ille
error qui causatur ex occasione facti de quo contingit, scilicet quod duplex est factum:
est enim quoddam factum quod dependet ex precepto iuris, quoddam non, quod
preter iuris dispositionem fit, institutum tamen ab eo qui auctoritatem habet in re
publica. Primum etiam duplex, quia quoddam factum dependet ex precepto
iuris secundum substantiam et modum, ut si fiat, et etiam quod tali modo fiat.
Aliud vero secundum substantiam et non modum, quia licet dependeat
a precepto iuris ut fiat, tamen quo ad modum videntur se habere ut si
vel si fiat. Cum igitur error causatur ex occasione iuris. Sed aut
dicas hic adversarii hanc rem gestam et clare contestatam etc.
dicendum quod si bene intelligit patet quod ego talem responsionem dederim
ad dictam auctoritatem, quod adversarius mentitur, sicut et ceterum, et
falsum dicit, quia numquam tale responsum dedi, ut patet tam in positione
mea prima quam hic, sed forte quidam scienter presumpsit dictum responsum
et sapientis et sciencia apparere, quod numquam fuit, quam fantasia
aliis imponens impugnavit, et debilius certe quam presumpsit.
Cum autem sit hic bene responsum ad dictam auctoritatem, et si salvari
in falsitate voluit, quilibet sapiens et intelligens iudicabit. Ad — Ad aliam auct. eius
aliam auctoritatem eius, cum dicit quod baptisati et spiritu sancto consignati
ad bibendum calicem domini perveniunt. Dicendum dupliciter, vel quod intelligat
de adultis, et quia non nisi baptisatis licet accedere ad ministrationem
dominicam, nec dicit quod statim post baptismum ad bibendum calicem
domini ~~libatur~~ perveniatur, sed tempore debito, secundum quod supra doctor
sanctus dixit. Cum pueri baptisati decesserint, non percipientes corpus et

non statim sed tempore competenti ubi exemplum ponit de
ad 3am auctoritatem percipienda hereditate. Item ad auctoritatem eiusdem que habetur in epistola
... ad fidum ... quod adultis danda est eukaristia statim post
baptismum non autem infantibus recenter natis, quod vel hoc pretendit
predictus auctor. Et cum dicit, quod hec fuit in conciliis una sententia a
baptismo atque gratia, que omnibus indoctis et benignus et pius
est meminimus per nos debere prohiberi. Dicendum quod ibi loquitur
de baptismo tantum et de gratia dei que datur in baptismo ut effectus
eiusdem sacramenti. Et cum adversarius dicit, quod ideo baptismum et gratiam
esset superflua locutio et committeretur potius per figuram grammatice
pleonasmum, dicendum primo quod ipse aut male intelligit textum quem
inducit aut fraudulenter abstraxit a gratia vocem dei, nam cum dicit
Cyprianus hec fuit in conciliis una sententia a baptismo atque gratia
divinitus dei, quod patet ex sequentibus eius dictis, qui omnibus indoctis et
benignus et pius est, utique indoctis et benignus et pius, neque
secundum sensum neque secundum grammaticam potest referri ad gratiam, oportet igitur
quod intelligatur atque gratia dei que nobis datur in baptismo ut dictum est
Deinde dato quod utrumque capitur pro eodem non tamen esset pleonasmus
quia multe huiusmodi locutiones sunt in scripturis sanctis nam Christus
sepe dixit amen amen replicando, et multa similia exempla possent
adduci. Nec valet ad propositum confirmationis sua de eo quod adducit ex decretis
de cons. di. 4 Cum inadvertat, quia ex precedentibus et sequentibus datur
intelligi, quod gratia precedat eukaristiam vel equaliter, quod utique hic non
fit, nam eciam predictus auctor loquitur aperte gratiam eukaristia baptismus
adiungit quia adulti statim post baptismum debent per gratiam confirmari
Sed de pueris recenter natis restringit similiter dicens, quod a baptismo atque
Item adducit Augustinum ad suum probandum a gratia dei meminimus pueros debere prohiberi. Post hec adducit
Augustinum in libro de baptismo parvulorum, Audiamus ergo dominum loquentem non
de ... quia autem infert duo. primo quod Augustinus intelligit hunc textum Iohannis ad
ad cuius sensum ... de manducatione et bibitione sacramentali
et spirituali simul dicit, infert quod dicta sua Iohannis 6 nisi manducaveritis et
intentionem Augustini ducere patet ad parvulos. Sed dicendum pro decla-
ratione predictorum Augustini, quod Pellagiani heretici duos errores habebant
Primus erat quod parvuli non erant baptizandi, quod baptismus non insti-
tutus erat ad tollendum culpam, quia dicebant non esse in pueris
recenter natis, et per consequens pueros non indigere baptismo. Alterius
Sacramentum eukaristie non datur ad deletionem culpe sed solum ad augmentum
gratie et ad continuationem vite spiritualis. Ideo cum augmentum
gratie et confirmatio vite necessaria sunt tam in adultis quam eciam in
pueris. Ideo volebant tam adultis quam parvulis ministrare hoc sacramentum
et fundabant hoc preceptum huiusmodi questionibus in illa auctoritate nisi
manducaveritis. Cum igitur Augustinus confutabat eos per illud Ioh. 3o Nisi
quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto, non intrabit in regnum
celorum, dicebant pellagiani quod parvuli non baptizati licet non intra-
bunt in regnum celorum, nichilominus habebunt vitam eternam, differenciam
facientes inter regnum celorum et vitam eternam, et de hac differencia
loquitur Augustinus contra eos dicens. Hunc utique quia fugiant atque

debite sciunt, quia non ait dominus Nisi quis renatus fuerit ex aqua et
spiritu non habebit vitam, sed ait, non intrabit in regnum dei. Nam
si illud dixisset nulla dubitatio posset aboriri. Ex hiis presuppositis clare
patet, quod Augustinus contra pellagianos in predictis verbis arguit non simpliciter
sed ex suppositione et ad hominem quasi diceret. Vos pellagiani heretici dicitis
pueros non debere baptisari, quia non habent aliquod peccatum, et consequenter
tu dicis eosdem pueros debere intrare regnum celorum et videre deum ex illa auctoritate
nisi manducaveritis etc. Et dicitis aliud esse regnum celorum et aliud vitam
Contra, auferatur hec dubitatio iam dominum audiamus, non quidem hoc de
sacro sancte mense, pro quo nemo rite nisi baptisatus accedit. Nisi
manducaveritis carnem meam et biberitis sanguinem meum non habebitis vitam
in vobis, et cetera que sequuntur in auctoritate. In quibus verbis manifestum
est, quod arguit Augustinus ex suppositione pellagianorum, non simpliciter sed ex
concessis per eosdem, quasi diceret, vos admittitis pueros ad communionem absque bap
tismo, quod non deberetis facere, quia nemo rite ad sanctam mensam accedit
nisi baptisatus, et est in virtute talis argumento. Tu dicis parvulos sine
baptismo posse salvari. Contra, quia id nisi manducaveritis intelligitur de sacra
sancte mense scilicet etc. ad quam nemo debet accedere nisi baptisatus. Ergo oportet
quod parvuli baptisentur, quia si sine comestione huius sacramenti non possunt
habere vitam, nec possunt communicare sine baptismo, patet quia sine baptismo
non possunt habere vitam. Et ista est sententia Augustini non simpliciter arguendo sed
ex suppositione et ad hominem. Et sic non sequitur primum, quod adversarius
intendit quod verba Augustini exponat illum textum, nisi manducaveritis
quantum ad suam propriam significationem de sacramentali manducatione sed
per aptationem et ex suppositione ad hominem, in qua argumentorum specie ar
guentes accipiunt concessa per adversarios, etiam si sint falsa penitus
et arguunt ex concessis ad confundendum adversarium, et hoc eodem fundamento
suppositionis procedunt omnia verba Augustini usque ibi, hinc est etiam
illud, pater diligit filium, et omnia dedit in manum eius, ubi incipit
aliam rationem de credulitate, per quam probat infantes baptisatos
debere fidelium unius aggregari. Dato etiam quod Augustinus loquatur conclusive
propria simpliciter et non ad hominem, non est tamen inconveniens quod per
aptationem et extrasumptive loquatur, sicut iam fuit sepius declaratum
Declaratum vero ad secundum suum correlarium in quo dicit, quod Augustinus intendit
dictam suam eciam debere apprehendere etiam infantes quo ad
communionem actualem sacramentalem. Dicimus quod non est verum nisi eo modo
intelligatur quo sanctus Thomas declarat in tertia parte scilicet
de manducatione 2a spirituali, qua videlicet voto et desiderio hoc sacramentum
sumitur et manducatur. Nam inter baptismum et hoc sacramentum secundum sanctum
Thomam attenditur duplex differencia, nam baptismus est principium spiritualis
vite et ianua omnium sacramentorum, eukaristia vero est consummatio spiritualis
vite et omnium sacramentorum finis, nam super omnia sacramenta in eucaristia consummantur
ut dicit Dyonisius iiijto capitulo ecclesiastice ierarchie, ceterum sacramentales
omnium sacramentorum sit preparacio ad suscipiendam vel consecrandam eucaristiam
Sacramentum enim ordinis ordinatur ad eucaristie consecracionem, Sacramentum vero bap
tismatis ordinatur ad eucaristie recepcionem, in quo eciam perficitur
aliquis per confirmacionem, ut non vereatur se subtrahere a tali sacramento

Duplex differencia inter baptismum et eukaristiam Thomas

per fidem etiam et continentiam virtutum operatur homo digne ad sumendum corpus Christi. Matrimonium etiam saltem sua significatione attingit hoc sacramentum, in quantum significat coniunctionem Christi et ecclesie, cuius unitas per sacramentum eucharistie figuratur. Unde et Apostolus dicit ad Ephesios v°: Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo et ecclesia. Propterea ergo baptismus est necessarius ad consumandam ipsam, non ad hoc quod simul habeatur, sed sufficit etiam habere in voto, sicut et finis habetur in desiderio et in intencione. Alia vero differentia est quia per baptismum ordinatur homo ad eucharistiam, et ideo ex hoc ipso quod pueri baptizantur ordinantur per ecclesiam ad eucharistiam. Unde sicut ex fide ecclesie credunt, sic ex intencione ecclesie desiderant eucharistiam et per consequens recipiunt rem ipsius, scilicet unitatem, que est unitas corporis mistici, sine qua non potest esse salus; nulli enim patet aditus salutis extra ecclesiam, sicut nec in diluvio extra archam Noe, que ecclesiam significat, ut habetur i. Petri 3°. Ad baptismum vero homo non ordinatur per aliquod aliud precedens sacramentum, et ideo pueri ante susceptionem baptismi non habent aliquo modo baptismum in voto. Unde rem sacramenti baptismi percipere non possunt sine perceptione baptismi, et ideo hoc sacramentum non hoc modo est de necessitate salutis sicut baptismus, quia baptismus est de necessitate absoluta, requiritur in pueris, qui eum in voto habere non possunt, quia nec in voto ecclesie, cum nondum sunt in ecclesia, nec etiam in proprio, cum non habeant usum discretionis; non autem sic est in adultis, qui ipsum baptismum possunt habere in proprio voto, virtute cuius in casu necessitatis etiam absque ipsius sacramentali sumpcione salvari possunt, quod ubi contingit ipsum habens in voto preveniatur inopinata morte, vel alias aliquibus suscepcionem impeditur, quod non est in pueris, quia nullo alio remedio possunt eis subveniri nisi per huius sacramenti actualem suscepcionem. Et sic Augustinus intelligatur hoc modo dictum inadvertenciam, patet per dicta eiusdem doctoris in epistola ad Bonifacium dicentis: Nec cogitet vitam habere posse parvulos etc., ut supra sunt allegatum. Et sic per illud quod habetur de con. di. iiij: Nulli ambigendum est tunc corporis et sanguinis domini unumquemque fidelium participem fieri etc. Unde et glosa ibidem super textu et verbo Nec cogitet, i. nec dubitet, immo certissimus sit quod habere non possunt vitam, si sunt expertes corporis, i. unitatis ecclesie, quam quilibet adipiscitur quando in baptismo membrum Christi efficitur. Idem ostendit dictus doctor li° 3° de baptismo parvulorum, ubi ita dicit: Nunc etiam illud ambigendum est, nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto, non potest intrare in regnum dei, et paulo interpositis continuat: Nunc etiam illud, quod nisi manducaverint homines carnem eius, hoc est participes effecti fuerint corporis eius, non habebunt vitam. His ~~autem~~ atque huiusmodi aliis que nunc pretereo testimoniis divina luce clarissimis, divina autem auctoritate certissimis, nonne veritas sine ulla ambiguitate proclamat non solum in regnum dei non baptizatos parvulos intrare non posse, sed nec vitam eternam posse habere preter Christi corpus, cui ut incorporentur sacramento baptismatis imbuuntur; nonne veritas sine ulla dubitatione testatur non ob aliud eos ad eum, hoc est ad salvatorem et ad medicum

corporis Christi sacramentum manibus sui, nisi ut per medietatem sacramenti
eius possunt a pestifera peste sanari. Hec ille 2o libro de baptismo par-
vulorum, ubi expresse dicit Augustinus quod hoc est manducare carnem
eius quod participem fieri corporis eius, et quod idcirco parvuli sacro baptis-
mate imbuuntur, ut corpori Christi incorporentur, participem autem fieri corporis
Christi et eidem incorporari quid aliud est quam membrum ecclesie effici. Unde Pau-
lo ante idem doctor in eodem loco dicit, ut sit consequens ut quod nichil agitur
aliud cum parvuli baptizantur nisi ut incorporentur ecclesie id est Christi cor-
pori membrisque sociantur. Et hec est finalis resolucio Augustini de ques-
tione carnis Christi incorporari quod in baptismo perficitur, et hoc intendunt
omnes auctoritates Augustini quecumque adducte sunt pro necessitate huius sacra-
menti pro expositione illarum nisi inadvertenter. Et Volens inducit auctoritatem Item adducit auctoritatem
Innocentii quam allegat in prima sua causa vo. et cum sint plures pape Innocentii
illius nominis non allegat in qua parte. Sed dicendum quod illud ipsum
allegat, quia in toto libro domini Innocentii seu prime pie memorie pene
non habetur de affirmo nisi nec in propria forma nec in sua nec in
equivalentibus verbis quibuscumque reperitur ut patet diligenter intuenti.
Secundum si in illo vel in alio eius tractatu quocumque predicta sua ponit,
Dicendum quod non ponit assertive sed narrative ut patet ex modo eius
dicendi, nam postquam premisit quia eucaristia augmentum dat, subiungit
ideo dixerunt aliqui, ex quo patet quod non determinatione loquitur sed ex
aliorum pellaquinatorum veritate, quod illud auctoritatem dicit, nisi inadvertenter
sic videlicet intelligebant quod etiam pueris et quibuscumque aliis usu rationis
carentibus, dicebant ministrari debere, quod utique in precedentibus
visum est et eidem falsum esse et erroneum, et quod dicit quod si alicui
eis subtrahetur de gratia aliquid diminuetur, dicendum quod licet in adultis
sumpcio eucaristie auget graciam vel diminuit secundum quod digne vel
indigne sumitur, propter usum liberi arbitrii cuius est mereri vel demereri
hoc tamen non habet locum in pueris qui carent huiusmodi usu rationis.
Unde nec dato eucaristie pueris nec etiam subtractione eiusdem augmentatur
gratia in eisdem vel subtrahitur, et per quod nec maius meritum aut
premium per huiusmodi sumpcionem consequuntur, nec etiam aliquid amittunt
et ex quo non dantes eis aut subtrahentes non peccant, ymo
dantes peccarent graviter propter irreverenciam quam faciunt huic sa-
cratissimo et venerabili sacramento, et propter plurima pericula que
sequuntur exinde, et precipue quod faciunt contra generalem consuetudinem
ecclesie et ordinatorum eius. Item adducit Bonaventuram quem Item adducit Bona-
dicit non esse contra auctoritatem in suo breviloquio libro 6o. Dicendum quod iste ventura
doctor est magne auctoritatis in ecclesia et fuit reputatus et etiam in scolis
theologorum atque universitatibus et scripta sua honore prosequuntur, quod
nec sentit ecclesia, nec in hac materia dicit quod statim post baptis-
mum debeant pueri eucaristie sacramentum, sed tempore debito
et convenienti, sicut nec pueris recenter natis datur cibus solidus nisi tempore
expectato et debito. Ad rubricam vero agendorum dicendum quod secundum Ad Rubricam agendorum
non est de precepto Christi quod utrumque speciem quo ad laicos ut deductum
est clare et manifeste, et michi dominus propter favorem ducatoris in [illegible]
initiva ecclesia in pluribus locis dabatur sub utraque specie ut dictum est
Dicit etiam quod predicatorum et infamium baptizatorum non est nec fuit

sub precepto, quia sufficit eis inadultis in voto ecclesie, ut dictum
est. Tamen a principio propter eandem causam devotionis, scilicet etiam infunde-
batur sanguis Christi in ora puerorum secundum quod videtur sentire glosa de con. di.
iiij ca° Si qui super eo quod dicit Augustinus Et vos parvuli sunt et hebetes
qui dictata non capiant, reddant pro illis qui eos offerunt iuxta
morem baptizandi, et sic per manus impositionem confirmati communicati
tum eucaristie misterijs admittantur, super verba eucaristie misterijs glosa
hoc de adultis, quia parvulis non datur corpus Christi, ut infra eadem in ecclesia
nisi forte ubi consuetudo est, quod infundatur per ora eorum sanguis Christi
non corpus, hec glosa. Dicitur autem in allegato ca° in ecclesia, et est dictum
Augustini ad Bonifacium, nec illud cogites eos vitam habere non posse,
loquens de parvulis, qui sunt expertes corporis et sanguinis Christi, dicente domino
nisi manducaveritis etc. Ubi dicit glosa: nec cogites, quasi dicat
non dubites, immo certus sis quod habent, nec sunt expertes corporis,
id est unitatis ecclesie, hec glosa. Qualiter autem fiebat dicta perfusio
per ora puerorum, supponit Albertus magnus declarans exponendo
auctorem Dionisium, et hoc modo intelligenda est rubrica defendere
et tamen ut supra dictum est tantum sub una specie continetur de re sacramenti
sub utraque dando dicto modo reliquias sanguinis, et infundendo in
ora puerorum verba sacerdos dicere poterat, Corpus et sanguis domini nostri
Jhesu Christi custodiat animam tuam in vitam eternam, amen. Quia tamen
modus infusionis ex quo non erat de precepto et sufficiebat
parvulis baptismus solus ad salutem, propter irreverentiam sanguinis
et pericula vomitus et excretionis fuit sublatus, sicut et secunda species
a laicis. Sed autem dicit de sacerdotibus, quod in quibusdam provinciis
demonstrant pueris corpus Christi et deinde lavantes digitos et porri-
gentes pueris dicunt, Sanguis domini nostri Jhesu Christi proficiat tibi etc. Dico
quod ista facientes male faciunt, et omnino corrigendi sunt et amovendi
sanctus thomas ut huiusmodi abusus auferatur et error. ¶ Post hec adducit sanctum
Thomam dicentem quod pueri baptizati ordinantur per eam ad eu-
caristiam, nunc scilicet per se, et quod quilibet baptizatus habet ius percipiendi eucaristiam
in re. Et dicitur quod bene ... habebit hic causam contra explicantem
facit magnum festum, quia magnam iniuriam facit dicto doctori
tractatum allegando ipsum, nec exprimendo intentionem suam et intentionem
in predictis locis, tunc enim et intentio fuit supponit allegata, et
Canon ideo non est contra. Item inducit canonem de con. di. ij In cena
domini, ubi dicitur quod in ea die ab omnibus fidelibus percipienda est eu-
caristia, et tamen quod vult intelligere quod etiam pueri, ex quo inter fideles
pascasius computantur. Et ad huius sensum adducit Paschasium, nemo carne
nico. de lira et sanguine Christi extraneus deputetur. ¶ Item Nicolaum de Lyra
qui dicit quod Christus fecit hoc convivium ministrari omnibus. Item Gra-
tianum qui dicit quod Christus expresse docuit se velle eucaristiam
sumi a quolibet christiano. ¶ Ex predictis concludit, Cum ergo velit quod
non sumatur a quolibet sacerdote christiano, videtur esse Christo contrarius
et per consequens antichristus. Dicendum quod concedendo parvulos inter fideles
numerari. Et ulterius universalis locutio doctorum non est universaliter
intelligenda sed per accommodam distributionem, quod cum dicunt a quolibet
christiano et quilibet fidelis, intelligitur de hijs qui capaces sunt

Doctores enim imitantur tamquam modum loquendi sed etiam
modum sacre scripture, sicut enim communis modus loquendi utitur
universali sermone pro multitudine designanda et sic sacre scripture, nam
communiter dicitur quod fit concursus ad aliquem locum vel causa solempni-
tatis vel causa ignis extinguendi, vel causa mirandi, aut alterius
novitatis insolite. Omnis homo currit ad talem vel ad talem locum
et omnes homines vadunt illuc, tamen tamen non omnes [?] neque vadat.
Sed sic dicitur ad designandum illuc confluentem multitudinem. Similiter
in multis locis sacre scripture fit huiusmodi generalis et universalis locucio,
sicud est ibi, Omnes de Saba venient aurum et thus deferentes, quod sive
ad literam sive de Christo sive de Salomone intelligatur, non est
verum universaliter, sed solum ad designandum multitudinem pomposam. Non enim omnes
de Saba scilicet mares et femine et pueri in cunis vagientes porta-
verunt aurum Christo vel Salomoni. Sic etiam Judei dicebant, quia
totus mundus abiit post Christum, cum tamen nec decima pars mundi
sequebatur eum. Multa essent huiusmodi exempla ex scripturis addu-
cenda. Non ergo sequitur quod qui vult, quod non sumatur a quocumque
[illegible] sacramentum eucaristie sit Christo contrarius, et per consequens antichristi,
quamvis licet parvuli sint sani, tamen tamen non vult ut sumant corpus
Christi etc. Plura dixit et maiora hiis, de quibus quod non est curandum.
Videat ipse si deceat honestatem suam sic loqui. Post hec ad-
ducit dicta que habentur in primo et 2o libro beati Clementis. Ad
que dicendum quod ibi fit mencio de adultis et non de pueris, quia
adhuc tempore eorum scilicet Petri apostoli et Clementis non baptizabantur
in etate tenera. Consulat intencionem suam duobus textibus legis
dei Ysaie x9 [?] Exodi [?] quorum textus tantum distant ab intencione
sua quantum lux a tenebris, et oriens ab occidente. Nam nulla
causa eorum nec secundum sensum literalem nec secundum quemcumque sensum
misticum potest quoquo modo trahi aut adaptari ad communionem parvu-
lorum. Nisi etiam quod 2a dicte [?] vacce et oves et armenta sint
diminissimo [?] sacramento communicande, quod est absurdissimum cogitare.
Legantur autem etc. Item postea inducit multos doctores videlicet
ut Magistrum Sentenciarum, Rationale divinorum misteriorum, Bedam et Rabanum,
qui inducunt loquuntur quod post baptismum baptizati debent eucaristia
communicari et confirmari. Dicimus quod nullus predictorum doctorum dicit quod statim
post baptismum debeant baptizati sic communicari, quod si etiam dicerent
intelligerent de adultis, non autem de parvulis recenter natis. Et quia [?]
et nullus predictorum facit mencionem de parvulis. Item adducit Ysidorum
et Rubricam que habetur in antiquis pontificalibus. Dicimus quod illa
rubrica est secundum antiquam consuetudinem ecclesie, secundum quam non omni
tempore celebrabatur baptismus nisi in casu necessitatis. Sed omnes
baptizandi servabantur sive adulti sive parvuli ad solempnitatem in
magni sabbati, nec eciam tunc parvuli recenter nati baptizabantur
sed vel etatem perfectam expectabant, vel saltem ad aliquod
tempus differebatur baptismus eorum, nisi forte necessitate occurrente.
Dicuntur [?] pueri et infantes de quibus loquitur predicta rubrica
non erant recenter nati, qui communicabantur sicud sunt pueri in Bo-
hemia, qui statim communicantur. Et patet quod non erant ita parvuli

Adducit dicta beati Clementis

ad istos doctores

ad ysydorum et Rub[ricam] que habetur in antiquis pontificalibus

p dicta rubrica que ordinat p totam ebdomadam pasche / ut omnibus
diebus ad missam veniat / Et ad hunc sensum Isidorus loquitur qui
fuit de antiquis doctoribus / infantes vocans x or vel quinque annorum
ut Albertus dicebat supius. Et p(re)dicta dicta rubrica nec ysidorus dicunt
quidam debere infantes ex precepto vel mandato xpi vel ecclesie vel ex
de necessitate salutis / nec aliquis doctorum aliorum. Post hec adducit
(Ad augustinum) Augustinum libro 3° de trinitate. Ad quem dico quod Augustinus dicta auctoritate nullam
facit mencionem de communicatione infancium / et ita modicum sibi deservit. Ad
secundam autem cuiusdam que ponitur in libro de sectura salutis / dico
quod illa quamque sacramenta debent recipi omnes homines pro modo et pro
tempore. Aliquin puer recenter natus statim cum baptismo deberet alia
recipere ut confirmacionem eucaristiam penitenciam et extremam unccionem / quod
stultum esset dicere. Et licet etiam dicat Augustinus dicit / nec tamen
ex precepto, debet aut ex necessitate salutis / sed debet unusquisque secundum
suum modum recipere illa videlicet que sunt de precepto tamquam precepta
illa vero que sunt de consilio aut de congruo / similiter debet recipere pro
modo / non enim debet semper obligacionem importat preceptivam aut
necessariam sive quia non. Sed dicit aliquid debitum ex obligacione
(Item inducit unicam hystoriam) aliquid ex congruo. Item inducit unicam hystoriam de quodam puero
iudeorum et dicendum quod ipsa ~~hystoriam~~ hystoriam declarat / quod ille
puer iudeorum non erat recenter natus sed habebat plures annos
ex quo patet ab igne resiliuit et aufugit atque illesus evasit. Signum
est in pedes solidos habebat per quos poterat currere et fugere
quod non possunt facere pueri recenter nati. Item ad concilium Toletanum
(ad Toletanum Concilium) dico quod intelligit de infantibus tamquam quatuor vel quinque annorum prout
Albertus supius exposuit dum exponeret dyonisium. Et loquitur
de talibus infantibus qualis erat ille infans iudeorum qui aliquem
aufugit. Ultimo inducit Leonem papam et Sinodum Romanam / et
habetur de cons. di. ij In quibus fundamus se super illo quod in ecclesia dei in
omni ore tamen confessum est / ut nec ab infancium linguis capiatur ipse pro
infantibus qui adhuc vlnis matrum deputantur. Sed hoc non est verum
quia ibi comitum infancium non pro parvulis / sed pro magnis laicis
accipitur. Unde glosa in quibus reprehenduntur quidam clerici quod
non credebant verum corpus et sanguinem sub illis speciebus latere
cum nullus laicus sit qui ignoret hoc deo dicente. Caro mea
vere est cibus / et sequitur glosa / ab infancium id est popularium qui
infantibus collate clericorum comparantur / Unde quicquid dicit quomodo
clerici ignorabant / quod etiam laici sciunt. Non ergo dicam decretum
in aliquo sibi subvenit / et male sensit ad propositum allegavit. Item
adducit ex decretalibus libro tercio sub rubrica de penitentiis et remissio-
nibus et dicendum quod nullam mencionem facit de infantibus / sed loquitur
de baptisatis secundum consuetudinem antiquam in vigilia pasche etc. Et
dato quod fieret mencio de infantibus / dicendum esset sicut dictum est supius
ad rubricam pontificalis. Item adducit auctoritatem Augustini que habetur
di. x. c°. nulli ambigendum est. Sed dicendum quod utinam omnia dicta
sua per sibi et posteris sic anudularent sicut ista auctoritas
quam sapientem et similiter credo quod non tantum repugnant fidei
consuetudini et statuto ecclesie catholice / sed eciam submitteret se

firmissime vtatur Nam dicta auctoritas facit contra eum et de directo contra
eum quia Augustinus vult quod eo facto quo quis baptizatur in
baptismate membrum christi efficitur id est ecclesie coniungitur que corpus christi est ut
dicit glosa ibidem nec alienari ab illius panis calicisque consortio
scilicet altaris sancti et si antequam panem illum comedat et calicem
bibat de hac seculo in vnitate corporis christi constitutus abscedat
Item quod aperte Augustinus loquitur nec patet apertius quod in baptismo
quis christi membrum efficitur nec alienari a consortio huius sacramenti
scilicet vnito Sed quod idem doctor dicit Sacramenti quippe illius participacione
ac beneficio non priuatur quando ipse hoc quod ipsum sacramentum significat inuenitur Et
si antequam panem illum comedat et calicem bibat de hac seculo
in vnitate corporis christi constitutus abscedit Post hec adducit
Mathiam parisiensem libro suo de sacramento etc. tunc auctoritas quarta
sicut patuit in precedentibus conuocatione plurium articulorum que
fuit Prage tempore quo illa vniuersitas gloriose vigebat Circa
ad dicta sua modicum est aduertendum Post predicta vadit ad auctoritates
apostoli quas induxi a casu in posicione mea non intendens
hanc materiam tractare ex proposito vbi illas que habentur prima ad
Cor xi Probet autem seipsum homo etc. et sic de pane illo edat
et de calice bibat Et illam Qui enim indigne manducat et bibit
non diiudicans corpus domini dicit igitur in prima quod si dicte auctoritates
concluderent quod paruuli deberent remoueri a baptismo pari racione
et conformi argumento quia sicut probacio et diiudicacio ex sententia
apostoli requiruntur ad sumendum predictum sic ex sententia christi ad bap
tismum suscipiendum requiritur fides secundum illud Qui enim crediderit et bap
tizatus fuerit Et similiter penitencia secundum illud Actuum 2o Penitenciam
agite et baptizetur vnusquisque vestrum etc. Ergo non sunt cibandi
paruuli ex pari racione nec baptizandi vel econtra sicut baptizari
sic debent et cibari Et sicut ecclesia accomodat pueris aures ut
audiant et pedes ut veniant cor ut credant et alia que in adultis
requiruntur ad baptismum suscepcionem ut patet per Augustinum et per venerabilem
etiam concessum et probat hoc per longum processum tam ex dictis domini
Augustini quam etiam ex dictis beati Ricardi etc. etiam ex dictis sancti
Thome narrantes dicta sua ad longum quibus probant dicti
doctores debere paruulos baptizari et quod ecclesia accomodat eis p
dicta omnia et ita ex dictis concludit a simili quod sicut ecclesia
concedit eis fidem et alia ita pari racione debet eis accomodare
probacionem et diiudicacionem que requiruntur ad huius sacramenti suscep
cionem Aliquid dicit detur racio disparitatis Ad primo quod in hiis
que ex sola dei voluntate proueniunt supra omne debitum creature
nobis innotescere non possunt innotescere nisi aliqualiter nobis reue
letur vel per sacram scripturam per quam proprie diuina voluntas docetur
testit vel per doctrinam ecclesie que recta a spiritu sancto errare non
potest in hiis que fidei sunt et necessaria ad salutem vel etiam per
sanctos doctores quorum vita et doctrina constat per ecclesiam approbata
et aliter sentire et asserere pertinaciter est valde periculosum et te
merarium Cum igitur salus humana qualiter tam adultorum
quam infancium a mera diuina voluntate dependeat supra

Ad auctoritates apostoli contra quam intitulat replicacionem precedentis

quo innotescunt nobis illa que ex sola dei voluntate proueniunt supra omne debitum

quodcumque debitum nature creare, utrumque asserere aliquid de salute
adultorum sive infancium aliter quam scriptura sancta credit tradit,
vel ecclesia sentiat et doctores approbent, periculosum est et temerarium.
Manifestum est autem quod scriptura sancta de baptismo et confirmacione
infancium nichil nobis certi aut determinate tradat, sed oportet statim et
de salute eorum credere tantum quantum doctrina ecclesie et doctorum asserit
approbat et confirmat. Cum ergo doctrina ecclesie et omnium doctorum habeat
et teneat, quod pueri de necessitate salutis sunt baptizandi, quod
de confirmacione neque ecclesia neque doctores dicunt, utrumque firmiter credendum
est et tenendum, ymmo et utrumque sicut ecclesia tenet et docent doctores.
Dicit enim Augustinus in libro de baptismo parvulorum: Nulla preter baptis
mum Christi salus promittitur infantibus, quia infantes sine sacramento
quod ad hoc divinitus est institutum in credencium numerum non transeant
in tenebris manent. Hec ille. Quod de confirmacione non ipsorum, quod dicit ad
Bonifacium, nec illud cogitetis, ut tamen hec non possit parvulos etc. ut
supra fuit allegatum. Non est igitur simile de baptismo et
confirmacione, quia baptismus est necessarius omnino ad salutem infan
cium, non autem confirmacio, sicud autem natura non deficit in necessariis nec
habundat in superfluis propter ordinem sibi inditum a divina bo
nitate. Sic nec ars, ymmo multo magis nec gracia deficit in
necessariis nec habundat in superfluis, et per consequens nec ecclesia que est
dispensatrix gracie debet deficere in necessariis nec habundare in
superfluis. Et sic ecclesia baptizans infantes et accomodans eis necessaria
ad predicta sacramenti sumptorum subvenit in necessariis, et removens confirmacionem
ab eisdem subtrahit ab eis superflua, nam superflue datur pueris
cum amencia careat in eis omni effectu suo, cum neque culpam deleat
que non est, nec augeat graciam, cum usus liberi arbitrii deficiat
in eisdem, et adiuncta inconveniencia que ut in pluribus sequitur
in administracione huius venerabilis sacramenti, sine dubio provide
facit ecclesia ab eis subtrahendo huius sacramenti sumpcionem. Licet
igitur, tercium est ex parte actuum, qui est credere et sentire ex una
parte, et probare et iudicare ex alia. Ita posset sancta mater
ecclesia accomodare parvulis secundum, sicut primum, tamen non facit, ex quo
secundum non est necessarium nec utile sicud primum. Et ista est racio diversitatis.
Et hec sunt dicta de materia confirmacionis puerorum in defensionem
consuetudinis ecclesie catholice ad laudem omnipotentis dei, qui est
benedictus in secula. Amen.

Diversitas inter baptismum et confirmacionem

Racio diversitatis

cm

Hic stat principium replicacionis magistri Johannis de Ragusio

Reverendissimi Reverendique patres, principes Illustrissime Regie
et principum ac universitatum Ambassiatores, Egregii doc-
tores domini et magistri ceterique patres prestantissimi, hoc
sacrosanctum generale Basiliense Concilium celebrantes, et vos Egregii
incliti Regni Bohemie oratores. Ad replicas magistri Johannis
de Rokyczana sentiens dei gratia intrepide responsionem prestiturus
defensionem consuetudinis et statuti ecclesie catholice in communicacione laicali
sub una specie, non audeo ultra progredi, nisi omnino firmis et immo-
bilibus fundamentis melius fundatus adhesero, duobus videlicet auxilio
et humilitati que est omnium virtutum radix et origo. Item sicud initium
omnium peccatorum superbia est ut dicit Augustinus, ita humilitas est omnis vir-
tutis et iusticie mater. Et primum quidem puto me consecuturum, si ex
toto corde quesiero ipsam divinam maiestatem fuero suppliciter depre-
catus. Secundum si protestacionibus aliis et in principio huius mei actus
per me emissis humiliter inhesero. Pro primi igitur execucione invoco
beatissimam et sanctissimam trinitatem scilicet patrem et filium et spiritum sanctum
deum patrem omnipotentem Confortans me Rex sanctorum principatum tenens
et ad sermonem rectum et benesonantem in os meum Supplicans salo-
moni sapienti Da michi sedium tuarum assistricem sapienciam, mitte illam
de sede magnitudinis tue ut mecum sit et mecum laboret. Et prestans
spiritum dirigentem, dirige me domine in veritate tua et doce me, quia tu es
deus salvator meus, et te sustinui tota die. Et insuper cum sacra-
tissimo theologo dionisio in principio mistice theologie eandem ineffa-
bilem trinitatem hiis verbis invocemus: Trinitas supersubstancialis et
superdeus et superoptime christianorum inspector theosophie, dirige nos in
archanorum misticorum et misticorum eloquiorum superincognitum et super-
lucentem et sublimissimum verticem, ubi nova id est simplicia et abso-
luta id est pura et absque figuris et ingustabilia id est invariabilia theolo-
gie misteria secundum superlucentem absconduntur occulte docentis silencii cali-
ginem in obscurissimo quod est supermanifestissimum et supersplendentem,
et in qua omne relucet, et invisibilium superbonorum splendoribus super-
implentem invisibiles spiritus. Michi quidem hec opto. Vos autem o pre-
stantissimi patres, circa hec sacra misteria misticas et archanas
speculaciones corroborato itinere, et sensus desere, et intellectuales
operaciones et sensibilia et invisibilia et omne cum ... et non
ens et ad unitatem ut possibile est inscium restitue nos ipsius qui
super omnem essenciam et scienciam, qui certe ut facilius valeamus ob
dei videlicet devotissime adeamus, et eidem divinum munus sub silencio
mente pia et devota offeramus dicentes Ave maria. Secundo
adhereo protestacionibus aliis hic per me factis, quas ego rogo
pro replicacione habitas quibus ex toto corde adhereo et adherere intendo
ac dum vitam duxero in humanis. Submittens omnia dicta mea
et scripta, humo et personam meam emendacioni et correctioni huius
sacrosancte generalis sinodi Basiliensis in spiritu sancto legittime

congregatae universalem et catholicam ecclesiam repraesentanti, attendens
illud Augustini quod dicit in expositione psalmi 30: Pergetis vos a contradic-
tione linguarum. Contradicunt linguae, multae diversae haereses, diversa scis-
mata, personant linguae, multae contradicunt veri doctrinae; tu curre ad
tabernaculum dei, ecclesiam catholicam tene, a regula veritatis noli discedere
et proteges in tabernaculo a contradictione linguarum. Et similiter
adhaereo protestationi nunc factae per reverendos ambassiatores
inclyti Regni Bohemiae, quia deo teste non intendo aliquid dicere
sicut nec tunc intendebam, quod cedat aliquo modo rationabiliter
in iniuriam detractionem aut displicentiam cuiuscunque maiorum aut
ipsius magistri Johannis replicantis. Salvo tamen pro honore et de-
bita reverentia defendendae veritatis catholicae in omni disceptatione, pro quod
forte me loqui durius contingeret quam oportet, sincero zelo rogo po-
tius ascribatur quam malitiae aut odio vel rancori. Huius propositi
licet animo inhaereret collatiunculam aliquam specialem pro exhor-
tatione concurrentium promittere, et brevitas temporis, immo et instantia
multorum hanc non sinat, recepta pace aliquorum dominorum praesentium spiritualium
patrum et dominorum, quia prae abundantia caritatis spiritus cum non valet impetum
continere loquentis, non sufficio admirari quorundam virorum patrum
in hac sacra congregatione constitutorum operationem iam dictam et incon-
siderationem in agendis, de praelatione horum actuum morum, in quibus non
nisi de pace, de fide, de utilitate reipublicae, de salute tantorum popu-
lorum agitur, ad quae consequenda non patet aditus nisi per cogni-
tionem veritatis, eius praecipue propter quam omnis haec tempestas
orta est, quae et si nullam aliam ad hunc coetum pergendi utilitatem
afferret, ipsa sola scientia veritatis deberet allicere mentes omnium ad sui
inventionem inquisitionem, et praecipue ea quae fidei est, et sine qua im-
possibile est nos ad ipsam primam veritatem sedem cognoscendam
pervenire, in cuius cognitione tota humanae felicitatis consistit plenitudo.
Etenim inter omnia hominum studia nullum perfectius, nullum sublimius,
nullum utilius, nullum iucundius quam divinae sapientiae studium.
Perfectius quidem quia in quantum homo dat se studio sapientiae in tantum
verae beatitudinis et felicitatis iam aliquam partem habet; unde sapiens dicit:
Beatus vir qui in sapientia morabitur, Ecclesiastici 14o. Sublimius quia
per ipsam homo ad divina accedit similitudinem, quae omnia in
sapientia fecit. Et quia similitudo causa est dilectionis, utique sa-
pientiae studium praecipue deo per amicitiam coniungit, propter quod Sapientiae 7o
dicitur: Sapientia infinitus est thesaurus hominibus, quo qui usi sunt
participes facti sunt amicitiae dei. Utilius autem est quia per ipsam
sapientiam ad immortalitatis regnum pervenitur: Concupiscentia enim sa-
pientiae deducet ad regnum perpetuum, capitulo 6o. Iocundius [illegible]
quia non habet amaritudinem conversatio illius nec taedium convictus illius
sed laetitiam et gaudium, capitulo 8o. Unde sanctus doctor in prologo
glossae continuae evangelii beati Lucae [illegible]. Verum opifex deus solo
suae bonitatis intuitu cuncta in esse producens, naturalem boni amorem
omnibus indidit creaturis, et ut dum unaquaeque res bonum sibi con-
veniens naturaliter amat et appetit, quadam conditione mirabili
in suum rediret conditorem. Sed in hac perfectione ceteris irrationalis

natura, quia ipsum universalem bonitatis fontem per sapientiam intueri
potest, et per caritatem amorem suavem degustare, unde fit ut sapi-
ens, quo ad ipsum fontem bonitatis accedimus, omnibus humanis
bonis, secundum vere rationis iudicium preferatur. Hec est enim que sitis desiderium
restit, ita ut qui eam bibit, sitire non cesset; hec est que in tantum
peccatis repugnat, ut qui secundum ipsam operantur non peccent; hec est que
indeficientem fructum suis ministris largitur, ut qui eam elucidant
~~videant~~ vitam possideant sempiternam. Precellit itaque voluptates
dulcedine, securitate sedes et regna, utilitate divitias universales.
Hec et similia doctor, unde et illius magni Fulgentii utar. Confido
in gratia dei mei, quia si quid michi in hunc ministerium a deo
cedimus opere pro meo merito non conceditur, pro nostro desiderio
concedetur, neque enim [illegible] verum deus innotavit effectu suam
dari [illegible] sunt, qui nos ad inquirendum spiritualiter inflammabit
tamen ipsius fidele promissum nulla ratione cassetur dicentis: Petite
et accipietis, querite et invenietis, pulsate et aperietur vobis. Hec ille.
Sed preter hec, ut dictum est, sunt plures alie utilitates quas hec
una eterne dei sapientie et diligentie nedum nobis, sed universo populo
[illegible] prestare. Flagitare enim debet utrique parti pacis et unionis, quanta
mala pervenerint, que hac una dissidio in populo [illegible], quot homicidia
commissa sunt, quot anime perdite, quot depopulaciones predarum, quanta
divini cultus diminutio, quanta ignominia christiani nominis que hac una
divisione in gentibus blasphematur. Videre enim sunt desolare patrias
desolate, civitates et oppida diruta a fundamentis, tanta reli-
gione et devotione dedicata templa servorum dei et ancillarum igne
consumpta monasteria, venerabiles sanctorum [illegible] reliquie ipsius domini
nostri Ihesu christi et sue gloriosissime matris ac sanctorum violate tradite
turpiter, destructeque imagines, et prophanata sacramenta, sacrandita di-
vino cultui deputata et consecrata vasa sacrilegorum manibus conflata
penitus et confracta, sacerdotum et ceterorum ministrorum sacre direpte
vestes. Et quid plura, longum esset enarrare omnia singula malorum genera
ut sunt stupra virginum, prostitute viduarum, adulteria, et innumera cetera
et infinita [illegible] miserabilia et abhominabilia vicia et peccata in
occasione huius scismatis divisionis et dissidii in populo [illegible] subsecuta
sunt. Hec profecto sunt, que pacis et unionis utriusque partis debent
movere animos, et ad recuperandam pacem summa cum diligentia atque
instantia excitare, et ad eam prosequendam unius et prosequenda omni
studio adiuvare, secundum illud David prophete: Declina a malo et fac bonum,
inquire pacem et persequere eam. Super quo verbo inquit Ieronimus
in epistola ad Rusticum monachum: Nisi inquit oderimus malum, bonum
amare non possumus, quin potius faciendum est bonum, ut declinemus
a malo, pax querenda est, ut bella fugiamus, nec sufficit
illam querere, nisi inventam fugientemque omni studio persequamur, que
exsuperat omnem sensum, in qua habitatio dei est, dicente propheta: Et
factus est in pace locus eius. Cuius pulcre pacis persecutio dicitur iuxta
illud apostoli: hospitalitatem persequentes, ut non leni usitato sermone et
ut ita loquar, summis labiis hospites invitemus, sed tota mentis
ardore teneamus quasi auferentes secum de lucro nostro atque compendio

Hec Ieronimus. Scitum ut idem ait in epistola ad Theophilum episcopum, nichil
grande est pacem voce pretendere et opere destruere, aliud niti aliud
demonstrare, verbis sonare concordiam, sed exigere servitutem. Volumus
et pacem, et non solum volumus sed rogamus, sed pacem Christi, pacem
veram, pacem que non ut adversarios subiciat sed ut amicos coniungat.
Quomodo dominacionem pacem vocamus, et non reddimus unicuique rei vocabulum
suum, ubi odium est, appellantur inimicicie, ubi caritas, ibi tantum pax
vocetur. Nos nec ecclesiam scindimus, nec a patrum communione dividimur
et ab ipsis ut ita dicam cunabulis catholico sumus lacte nutriti. Nemo
magis ecclesiasticus est quam qui numquam hereticus fuit. Sed ignoramus absque
caritate pacis communionem, legimus quod scriptum est in ewangelio. Si offers
munus tuum ad altare, et ibi recordatus fueris quod frater tuus habet aliquid
adversum te, dimitte ibi munus tuum coram altari, et vade prius reconciliari
fratri tuo, et tunc veniens offer munus tuum. Si munera nostra absque pace
offerre non possumus, quanto magis Christi corpus accipere? Qua consciencia ad
eucharistiam Christi respondebo amen, cum de caritate dubitem porri-
gentis. Hec Ieronimus. Non solum autem preterita mala sed et cogitacio
futurorum deberet mentes nostras, patres gloriosissimi, movere ad hanc
pacem non solum prosequendam sed eciam prosequendam. Quanta enim
nisi hic et nunc pax et unitas atque concordia opponatur, secu-
tura sint mala, quis satis posset estimare, cum restet quod peri-
culosa sit desperacio, utrisque discedentibus nobis in dissidio et discordia
iam nulla spes remanet nec remanebit. Reducendum est eciam ad
memoriam quanto desiderio expectata sit hec nostra convencio, quot
laboribus et expensis procurata, quanto eciam gaudio nimium
nos videntes repleti sumus. Si igitur quesumus tanto tempore ex dissi-
dio et divisione tot mala utrique parti perpessa est, si tot labores
sustinuistis pro hac vestra convencione, paululum pro deo, pro salute
vestra, pro salute omnium christifidelium sustinete adhuc, et vestra paciencia
et longanimitate ulteriorem fidei impetramus, pacem et redempcionem
nostram simul cum diligencia perficiemus, et ut verbis Iacobi apostoli
utar in sua canonica v° capitulo: Patientes igitur estote fratres usque
ad adventum domini. Ecce agricola expectat preciosum fructum terre pa-
cienter ferens donec accipiat temporaneum et serotinum. Patientes
estote, confirmate vos et confortate corda vestra, quia adventus
domini appropinquabit. Nolite ingemiscere fratres in alterutrum ut non iudicemini.
Ecce iudex ante ianuam assistit. Exemplum accipite fratres exitus mali
et longanimitatis laboris et paciencie prophetas qui locuti sunt in nomine
domini. Ecce beatificamus eos qui sustinuerunt. Hec Iacobus apostolus. Et
enim ut dicit Ieronimus in epistola ad Eustochium virginem, nichil ama-
tibus durum est, nullus difficilis cupienti labor est. Respice quanta
Iacob pro Rachel pacta uxore sustinuit. Servivit, inquit scrip-
tura, pro Rachel annis septem, et erant in conspectu eius quasi
dies pauci. Unde et ipse postea memorat: in die urebar estu et gelu
nocte. Amemus et nos Christum, eiusque semper queramus amplexus,
et facile videbitur omne difficile, brevia putabimus omnia que
longa, et iaculo illius vulnerati per horarum momenta dicamus:
Heu me, quia peregrinacio mea prolongata est a me. Non sunt enim
condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam que
revelabitur in nobis. Quia tribulacio paciencia operatur, paciencia

aut probacionem, probacio aut spem, spes autem non confundit. Hec dominus
Hec ergo prestantissimi patres pax quam querimus, pax pro qua laboratis, pax
quam tanto desiderio expectatis, est medium per quod ad illam veram
pacem que exsuperat omnem intellectum, sensum et transcendit omnem intellectum
non pervenitur utique, per ea adipiscenda pro ea obtinenda nullum tedium
nullum dispendium rerum aut temporis, nullus labor debet nos ab eius inqui-
sicione quoquomodo retrahere. Si Jacob ut audivistis pro Rachel obtinenda
tam dura servitute servivit septem annis, ita ut ei diceret, in die urebar
estu et gelu nocte, et nichilominus pre amoris magnitudine illi septem anni
cicius in conspectu quasi dies pauci, quanto magis vos patres prestantissimi
pre amoris magnitudine et nominis Rachel aut hominis provincie aut regni
sed pocius ipsius Rachelis non dico humane sed pocius divine pacis debetis
sufferre et sustinere cum magnanimitate, mediantibus quibus quoniam nobis oriatur
sol iusticie, Christus deus noster, qui est pax nostra, qui fecit utraque unum.
Conatum ergo bonum pacis quis potest enarrare, unde Augustinus libro xix
de Civitate dei capitulo xi. Tantum est inquit pacis bonum ut etiam in rebus
terrenis atque mortalibus nichil gratius soleat audiri, nichil desiderabilius
concupisci, nichil postremo possit melius inveniri, unde de ea diucius
loquentes onerosi non erimus legentibus, propter ipsam dulcedinem pacis
que omnibus cara est. Item idem doctor dicit libro primo de verbis
domini sermone xx de pace dicturi videamus primo que sunt pacis commoda.
Est pax serenitas mentis, tranquillitas animi, simplicitas cordis, amoris
vinculum, consorcium caritatis. Hec est que simultates tollit, bella compescit,
iras comprimit, superbos calcat, humiles amat, discordes sedat, inimicos
concordat, cunctis est placita, cunctis benigna, non querit alienum, nichil
deputat suum, docet amare, que odio esse non novit, nescit extolli,
nescit inflammari. Pax inflari. Hanc ergo qui accepit teneat, qui perdidit
repetat, qui amisit exquirat, quoniam qui in ea non invenitur ab
dicatur a patre, exheredetabitur a filio, et nichilominus a spiritu sancto
efficitur alienus, nec pervenit eum munus oblatum, quo dari leges testamentum
bonum nec potest ad hereditatem domini pervenire, qui testamentum noluit observare
nec potest gaudium habere cum Christo, qui discors voluit esse cum christianis. Hec
Augustinus. Hec ergo prestantissimi patres et domini reverendissimi et passi sumus dissen-
siones bella seditiones et quam multa mala, et multo plura, que dixerim
per multa annorum curricula, paciamini queso paululum tractatum pacis, trac-
tatum unitatis concordie et amicicie propter tot mala evitanda, et tot ac
tanta pacis commoda obtinenda, ut tandem per pacem temporis et hic
in presenti ad pacem pectoris que fit per graciam et in futuro ad pacem
eternitatis valeamus pervenire, quod nobis dignetur concedere dominus noster
Ihesus Christus, qui est deus in secula benedictus amen.

Sed iam responsionem aggrediar et pro eius explanacione duo michi videntur
presupponenda. Primum quod videndum est in hac scolastica dispu-
tacione, quid communi iure duorum communicat probare et specialiter. Secundum a tanto
tempore cuius inicium nec in annalibus scribendum nec in memoriis scribendum
habemus reperitur ecclesia Romana catholica fuit in possessione consuetudinis
communionis utriusque speciei, nemine hominum contradicente, immo omnium doctorum a ducentis
annis et ultra attestacione approbante. In qua consuetudine Regnum Bohemie
fuit et consuevit, nec unquam repertum contradixisse, usque ad hec ultima

tempora / deinde inducta eiusdem unici et salutis hominis, nec in scientia
nec in vita excellentem et eminentem formam Christi, a predicta universali
consuetudine se retraxit licet multis maioribus et patribus de dicto
Regno usque ad gladium et mortem resistentibus et contradicentibus dicentibus
et asserentibus communionem sub utraque specie esse necessariam et de precepto
Christi. Hiis itaque stantibus, videtur, iudicio meo supposito huius intellectui, quomodo
habet probare Ecclesia, vel sancta ecclesia stat pacifice et quiete in consue-
ta iam huius consuetudine predicta, et testante quod sancti littere in
in hiis que fidei sunt et veritatis ad salutem non potest errare, contra et
a sanctis suis filiis doctoribus qui dictam consuetudinem laudant
approbant et defendunt insurgit, non utique apertus hostis ut gentiles vel
Iudeus, sed lacte proprio in gremio matris enutritus, filius utique per-
ditionis supplantans matrem, et petra scandali, qui tantum scandalum
in dei ecclesia posuit, et in tam glorioso et inclito Regno Bohemie
cum utique melius fuisset si natus non fuisset, arguit ecclesiam catho-
licam de communione sub utraque specie esse de precepto Christi impetit, ea
nititur a sua consuetudine et possessione expellere, damnat eam
sacrilegam appellat. Unde dicat sancta mater ecclesia utique querula et
gemebunda vere cogitur proclamare, si inimicus meus maledi-
xisset michi etc. In hac igitur impeticione quid faciet ecclesia, tene-
tur producere sua aut probare sue possessionis et consuetudinis iustum
titulum, certe non, prius adversarius tenetur ei restituere spolium
et eam in possessione pacifica dimittere, et tamen agere. Si sibi videtur,
et vult contra titulum possessionis iura et instrumenta producendo
divinarum scripturarum, et in testes sanctos doctores adducendo, ecclesie
aut sola competit defensio et ostensio, quod iusta divinarum scripturarum
et testimonia sanctorum doctorum non ad hoc tendunt quod adversarius
intendit. Hoc non solum est verum in actionibus civilibus et canonicis
sed etiam in speculabilibus, in quibus contra negantes principia non
est disputandum ut ponitur in primo physicorum, deducit expresse
Aristoteles in 4o methaphysice, et sanctus Thomas in primo contra gentiles
et in prima parte q. 1 articulo 8o, ubi dicit, quod suprema scientia scilicet methaphysica
disputat contra negantem principia sua, hoc scilicet condicione si adver-
sarius aliquid concedit, si autem nichil concedit non potest cum eo disputare
potest tamen solvere rationes eius. Cum igitur universalissimum principium
supremum et primum in sacra theologia quo ad nos sit credere ecclesiam
sanctam dei errare non posse in hiis que fidei sunt et veritatis ad
salutem, ut in prima suppositione mea generali supponebatur et ex fun-
damentis multum fundatis sacre scripture testimoniis sicut luce meri-
diana clarius ostensum, ut in quadam divinissime eucharistie, errare
non potuit. Et si quis contra negantem dictum principium ecclesia non habet
arguere, nisi solummodo solvere rationes et inductiones, si que inducuntur
contra dictum principium secundum naturam veritatem. Que utique rationes sive inductiones
non sunt nec possunt esse infallibiles demonstrationes, sed qualescumque appa-
rentes et sophistice argumentationes, quas infallibili veritati impossibile
est demonstrare contrarium esse verum. Ex quibus utique manifeste
apparet, quod ad ecclesiam solum pertinet in hac mea disputatione negativa

sustentari, videlicet quod non sit de precepto, et quod hostis et adversarii est
predictum preceptum deducere et approbare. Cum igitur magister Johannes
sit huius novitatis defensor, et consuetudinis catholice Romane ecclesie
impugnator, patet quod ad ipsum pertinet predictum preceptum deducere ex scrip-
turis sanctis et sanctorum doctorum et approbare, quod nec fecit nec fa-
ciet prout spero, includendo. Ulterius ego in presenti actu licet indignus et
invitus sum defensor consuetudinis status ecclesie catholice, utriusque tamen
pertinet ad me negativam defendere, videlicet quod communio sub utraque specie, quis
ad eo consentiens, non sit de precepto Christi, et quicquid preter hoc fecero seu
fecerim totum est ex superhabundanti, et omnes inductiones nec aut
confirmationes ad predictam conclusionem negativam inducte non sunt ad ipsam
concludendam ex necessitate, nec ad utriusque speciei impugnationem sunt, sed solum
ad ostendendum quod consuetudo ecclesie catholice sit conformis et non repugnat
ut adversarius intendit sacre scripture aut precepto Christi, ut ad hos
duos fines tota presens mea tendit ~~dispe~~ disceptatio, videlicet probare
quod communio sub utraque specie sit de precepto Christi, quod ad ipsum pertinet
adversarium, et quod non sit de precepto Christi, et hec est mea defensio.
Mirum igitur et omnino admirabile est cur dictus adversarius
relicto proprio officio, et propria intentione ac conclusione posuit se cum
tanto labore et tedio, nedum suo sed omnium hic ducentium consistentium
ad impugnandum aut evadendum per plures dies ea que pro defensione
conclusionis negative adducta sunt quibus etiam emulatus in eadem
difficultate in qua erat a principio videlicet ad probandum preceptum
utriusque speciei. Si enim considerasset bene, quod in hoc actu sui erat
muneris ac officii, prestantius fuisset eum suam validioribus rationibus
et auctoritatibus confirmando, et contra solutiones fortiter replicando, nec
detinuisset tempus in superfluis et inherentibus que ad eum non pertinent
penam, nisi forte diceret: non est panis in domo mea, et pharetra
mea evacuata est sagittis. Ulterius dato quod meum esset etiam negativam
conclusionem contra adversarium confirmare, nichilominus in materia morali
et testimoniorum legalium non sunt nec debent exigi mathematice
demonstrationes, sed qualescumque ex principiis sive moralis aut legis
tradentis huiusmodi testimonialis persuasiones ut expresse Aristoteles dicit
in prima Ethicorum, ubi dicit quod disciplinati enim est de una quaque
secundum capere temptare certum vel ipsius natura permittit, ubi docet nec
in mathematicis persuasiones nec in moralibus demonstrationes ex-
quiri debere. Cum igitur communio sub una vel sub dupliciti specie
in lege divina sit indifferens que ad divinum preceptum, et adversarius
dicit quod sit preceptum, et ego dico quod non, utrique ipsius est applicare affir-
mativam, et meum est declarare per figuras ex similitudinibus et per doctores
non esse de precepto, que licet simpliciter non concludant demonstrative
communionem unius speciei esse necessariam, quia nec hoc intendo, nec etiam sim-
pliciter implicare duplicem speciem persuadent, preposita vero ulteriori et evi-
dentia eius ostendunt, ex quo adversarius non demonstrat, sicud nec
sit oppositum. Est preterea pugna scolastica et eterna fidei habet se ad
similitudinem pugne materialis seu corporalis. Sicud igitur in pugna
materiali et corporali pieces decem 20 centum et mille iaculis seu sagittis

contra hostem nichil dicit, an omnibus simul vel vno moriatur. Sic in
certamine scolastico et pugna fidei nichil dicit, multis et pluribus conuictis
argumentis an hostis et aduersarius vno vel simul quibus et obuiat
et perturbat argumentis, dato quod multa argumentorum meorum for-
tasse dictum aduersarium non attigerunt, et ea se putet soluisse, quod tamen
non fecit, nec spero faciet melius, nichilominus sufficit ipsum succubuisse
hiis que refellere aut soluere sine impugnare nullo modo anguis est
se modo aut potuit plenarie aut temerario ausu negare. Nec mirum re-
uerendissimi patres, si ego pauper ingenio et sciencia mediocris non viribus suis
potuisse vno ictu prosternere aduersarium, ut gloriatus est ipse meus aduersarius
viribus repetitis, quia eciam sanctissimi doctores per quos sepius sancte
loquebantur, qui erant lumina mundi, columpne ecclesie firmamentum et stabili-
mentum fidei hac se gloria sepe inde conuictos prosternunt et ut de pluribus
saltem vnum adducam. Sanctus Ambrosius in quodam suo libello de heresi ita
loquitur: Dauid vno lapidis ictu Golie frontem percuciens magni
corporis fortem prostrauit inimicum. Sed ut non est virtutis de vno lapide
vincere duci ut opinor est causa, quia nec nos tales vires habemus
ut quales habuit Dauid, et isti nimis frontem presumunt, impudencia
disputatoribus obdurata, tamen iam licet multos lapides non deuitando
iniecerimus, tamen adhuc in dei gracia nobis repetendum est, et impu-
denter frons eorum illa que est sine signo dei crebris testimoniorum
lapidibus cedenda est, ut et si non caro eorum effundit cruorem multis
effossa vulneribus, tamen vel pudor suffusione sanguinis erubescat.
Hec Ambrosius. Hiis igitur ita presuppositis iam ad radices infructuosarum
arboris euangelii securis est admouenda, et inconstruditati scolasticorum
tradenda est flamma, ut distat aliquid recte qui numquam didicit loqui.
Progredior ad responsionem obiectorum per aduersarium, cum tamen mansuetudine
et modestia et humilitate, quantum ad deo fieri potest et honestati fidei
mee conueniat, nolens reddere malum pro malo, nec maledictum pro
maledicto. Licet enim magister Johannes effrenata licencia satis
aperte et manifeste in replicis suis multa conuicia, non dico in personam
meam sed in nutricem meam sanctam ecclesiam catholicam, que lauacro
sacri baptismatis genuit, fidei lacte et pane doctrine ut spero in
deum, et firmiter credo usque ad hanc etatem enutriuit, congesserit.
Nichilominus cum Apostolo qui prima ad Corinthios 4° capitulo docebat, maledicimur
et benedicimus, persecucionem patimur et sustinemus, blasphemamur et ob-
secramus, cum omni mansuetudine et modestia in hac responsione me
habebo. In primis igitur innuit contra positionem meam totam
in genere dicens ipsam sermonibus plenam, contra materiam propositam
positionem diuagantem, ac multas presuppositiones superfluas, que
ad principalem intentum nichil valent et minime ad meas con-
clusiones deseruire. Sed multas contradictiones materias, nichil ad
rem pertinentes, et circa hoc ut apud decretum dicat quilibet sibi pla-
cuit dicendum, verum quia nichil circa predicta declarauit nec oppo-
suit, quod nec sciuit nec potuit, licet conueniens esset michi declarare
artificiose nec vnam positionem in tota positione mea esse superflue
positam, nichilominus quia coartor temporis breuitate, meis simpli-
cibus verbis credam, nec instabo, solum ad replicas respondebo

Insecuturusque ipsum primo et persequar tamquam angelus domini sagittarium
per viam tenebrosam et lubricam, levi tamen cursu et pede dicti in
his quibus se esse credit loquens confutasse. Nititur igitur in
primis subvertere racionem fundamentalem super qua fundatur tota mea
responsio negando quam, et adducendo plures instancias sophisticas
modici roboris vel momenti, studet tamen nititur in hac mea responsione
spiram et columpnam firmissimam querit amputare quibus dei sibi spiritum
Sampsonis, spiritum Ysher et Gedeonis, quo valeat columpnam veritatis
subvertere, quo valeat irruere in castra ecclesie catholice, nec advertens
in predictis viris fortissimis populi dei virtutem et sapientiam suis gestis
et factis prefigurabant, qui non solum contra ecclesiam bella gessit, sed pro
ecclesia mortuus est, quam et sanguine suo preciosissimo redemit, quod
per castra philistinorum et madianitarum, misticae acies hereticorum designate
sunt, qui dum adversus ecclesiam demoliendam evertendamque et humi-
liandam excitantur, populus sponsus et custos ac defensor ecclesie, quam
tanto spiritu adolescentule iuniores, quam ecclesia per minores et ecclesia et
huiusmodi, in quibus ... ipse dux operatur, prostravit acies hereticorum
et confundit omnia ossa eorum, nec ego pugnaturus contra ecclesiam
querat spiritum mortuorum pro ecclesia, quia in vanum laborat, ... si
cum prophetis Baal a mane usque ad meridiem proclamant, et inciderunt
se iuxta ritum suorum cultellis et lanceolis donec perfunderentur sanguine
3 Reg. xviii capitulo. Petit spiritum predicatorum quo valeat columpnam
subvertere veritatis, nec advertens, quia hec est columpna de qua apostolus
loquitur i ad Thimotheum iii° Scias quomodo oporteat te in domo dei conversari
que est ecclesia dei vivi, columpna et firmamentum veritatis. Petit
insuper spiritum, quo valeat irruere in castra ecclesie catholice, nescit
quod ipsa est de qua in Cantic. dicitur vi° capitulo: Que est ista que progre-
ditur quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol,
terribilis ut castrorum acies ordinata. Vacat insuper in legitimam
armaturam, quia sagitte parvulorum facte sunt plage eorum, et quia
lingua mea ut spero est calamus scribe velociter scribentis, scribe
insignia qui est spiritus sanctus in lege doctissimus ut dicit Dominus
Secundo ad argumentum replicationis et non consentientibus sufficeret ad salutem
sumere predictum sacramentum sub una specie, ergo non est de necessitate salutis
neque de precepto Christi sumere sub utraque, quamvis negat, nec tamen
respondet ad probationem que, quam dicebam esse notam ex ratione
sufficiencie necessitatis et precepti. Sed licet in hac ardua materia et tractatu
divinorum misteriorum et incognitarum fidei in quibus non ludos apud
sed maximos serio et maturitate, non credidissem me debere deduci
ad loicalia et rudimenta puerorum, presertim in presencia tam gloriosissimi
cetus in conspectu cuius non nisi divina adduci debuissent et ardua
Tamen ut verbis apostoli Pauli utar prima ad Corinthios 2° capitulo Et ego
cum venissem ad vos fratres mei veni non per sublimitatem sermonis
aut sapiencie annuncians vobis testimonium Christi, non enim iudicavi me
scire aliquid inter vos nisi Christum Ihesum et hunc crucifixum, et
ego in infirmitate et timore et tremore multo fui apud vos, et
sermo meus et predicacio mea non in persuasibilibus humane sapie-

verbis, sed in ostensione spiritus et virtutis, ut fides vestra non sit
in sapiencia hominum sed in virtute dei, sapienciam autem loquimur inter
perfectos, sapienciam vero non huius seculi, neque principum huius seculi qui
destruuntur, sed loquimur dei sapienciam in misterio que abscondita
est, quam predestinavit deus ante secula in gloriam nostram, quam nemo
principum huius seculi cognovit. Hec apostolus. Manifestum est autem
quod per principes huius seculi apostolus intelligit perfidos iudeos et
philosophos huius seculi, confidentes in sapiencia et in astucia huius
seculi, que inimica est deo. Licet enim beatus Paulus foret peritus
philosophus et biennio disputavit Ephesi in scola cuiusdam tiranni, noluit
tamen inducere Corinthios ad intelligenciam scripturarum per dyalectica
ne ponderarent ibi philosophiam supra scripturam. Ego inquit in infir-
mitate et timore et tremore etc. Unde eciam Jeronimus super eundem passum:
Quia dyalectici erant Corinthii, noluit apud eos disputacione uti
ne hec que illis aliqua nova philosophia videretur, sed magis illis signa
et miracula demonstravit. Hec ille. Flagitanti eciam illud dictum
gloriosissimi viri Pannonie et Dalmatie Jeronimi quo ita papam Da-
masum alloquitur, de hebreis disputantem non decet Aristotelis
acumina querere, nec ex flumine Tulliane eloquencie ducendus
est rivulus, nec aures Quintiliani flosculis et scolari declama-
cione mulcende, sed pedestris et cottidiane similis et nulla lucubra-
cione redolens oracio necessaria est, que rem explicet, sensum edisserat,
obscura manifestet, neque verborum composicione frondescat. Sint alii
diserti, laudentur ut volunt, et inflatis buccis spumancia verba
trutinent, michi sufficiat sic loqui ut intelligar, et ut de scripturis
disputans scripturarum imiter simplicitatem. Hec Jeronimus. Illud eciam
michi dictum conveniat, quod Augustinus dicit contra Maximinum: Non ex-
ornato politoque sermone, sed rebus manifestis convincenda est vanitas
hereticorum. Veritati respondendum est etiam ad hec pravitati si fortasse
silencium hereticorum sibi ipse dum replicans sapiens videtur, et com-
primi silencio pertransiret crederet se in maioribus et alcioribus vicisse.
Probabo igitur quam meam, nec per alia nova media
Et eiusdem sancti Jeronimi contra Helvidium de perpetua virginitate
beate Marie qui contra eundem acturus hereticum ita aiebat: Non campum
rethorici desideramus eloquii, non dyaleticorum tendiculas et Aristotelis
spineta conquirimus, ipsa scripturarum verba ponenda sunt. Sentit quibus
adversum nos usus est testimoniis vincatur ut intelligat se et
legere potuisse que scripta sunt, et non potuisse cognoscere que
pietate roborata sunt. Hec Jeronimus. Hec predicta adiunxerim credebam
velle obscurare, dum in themate meo replicare proposui, quia Regnum
dei non est in sermone etc. nec in persuasibilibus humane sapiencie verbis etc.
sed in virtute dei, quod tamen minime fecit, quia statim absque qua-
cumque introductione thematis, adiunctiones et loycales preveniens
ludos, sed quid facto ostendens quod se verbis simulavit
Illius bestie imitatus similitudinem, de qua ait Augustinus sermone xi
super Apocalipsim ita dicens in leccione que modo recitata est, fratres
carissimi audivimus beatum Johannem dicentem: Et vidi aliam bestiam

ascendentem de terra quod est mare hec est terra, et habebat cornua
duo similia agno id est duo testamenta ad similitudinem agni, quod
est ecclesia, et loquebatur ut draco. Hec est illa que sub nomine
christiano agnum profert ut draconis venena latenter infundat. Hec
est heretica ecclesia. Agni enim similitudinem non imitatur sed apte loquendo
nunc fermentum per ypocrisim fingit quo securius incautos deci-
piat, propterea dux aut clamare a pseudo prophetis. Et reliqua sequitur
Bestia ergo cum duabus cornibus facit ut simulacrum bestie adoretur
id est ut populus adoret diaboli adinventionem. Hec ille. Veritatem respondendum
est etiam ad hec prolixe si fortasse plenius pertinerem sibi ipsi duos
replicans sapiens videtur et ex parvis plenius perciperet crederet
si in maioribus et altioribus vixisset. Probabo igitur quantum in me est ut
per alia nova media replicabo, sed tantum ex ratione sufficienter
Secundo respondebo ad zophisticas et medium apparentes instantias
predictas. Pro primi igitur conclusione, licet uno verbo possem me expe-
dire, videlicet quod illa quod sit bona, quia secundum regulam predictam illa que
est bona, cuius ex opposito consequentis infertur oppositum antecedentis, et ita
est in proposito quia valde bene sequitur. Homo sub una specie
sufficit ad salutem, ergo non est necessaria sub utraque specie ad salutem,
probatur ex opposito consequentis. Homo sub utraque specie est necessaria ad salutem
ergo quod sub una specie non sufficit ad salutem. et ita patet quod quod sunt
bona. Veritatem aliquantulum altius exordienda, sciendum quod principia
scilicet maior et minor propositio sunt cause conclusionis, et antecedens
in inferendo pro modo, quod quia conclusio atque consequens videtur in suis
continetur principiis. Quare conclusio et consequens semper accipienda sunt
secundum aptitudinem sive habitudinem continentie qua in eorum principiis
continentur, unde nichil attributum est conclusioni aut consequenti ratione
illationis aut inferentie nisi secundum virtutem continentie eius in suis prin-
cipiis continentur secundum istis proprietatibus cause et effectus, ex quo clarum est
tam in sylogismis quam etiam in consequentiis simplicibus, nam huic conclusioni
homo est substantia animata sensibilis, nichil potest attribui nec
potest aliquo alio modo simul ratione illationis et inferentie nisi quod con-
tinetur ut effectus in sua causa in suis principiis, que sunt Omne
animal est substantia animata sensibilis. Omnis homo est animal ergo omnis homo
est substantia animata sensibilis, non enim aliter ratione illationis convenit
homini substantia animata sensibilis quam conveniat animali virtute cuius denominatur
et applicatur homini. Similiter in ceteris. Homo movetur ergo animal
movetur, non enim animal ratione huius inferentie aut illationis aliter
movetur nisi scilicet quod continetur in homine. Super hoc fundamento
fundantur omnes regule tam sylogismorum quam etiam consequentiarum generaliter
et universaliter sive negative sive affirmative quomodocumque concludantur
datur et sive in materia necessaria sive topica et dyalectica
aut zophistica sive etiam in materia possibili sive impossibili quia nam
consequens ex habitudine quam habet ad antecedens sequitur. In hac
enim et in virtute huius fundantur ille regule consequentiarum
Ex opposito consequentis sequitur oppositum antecedentis. Item quandoque

prima responsio ad rationes prime questionis

repugnat cuicumque repugnat antecedens. Item quicquid sequitur ad consequens sequitur
ad antecedens. Item quicquid antecedit ad antecedens antecedit ad consequens.
Et similia plura que omnia verificantur ratione illius primi et prin-
cipalis fundamenti, ratione videlicet habitudinis cause ad effectum in inferendo
dico et non in essendo sive affirmative sive negative concludatur. Non est
autem multum difficile predicta manifesta deductione declarare, si non
essem in principio tantum [illegible] sed esse in dicto [illegible]. Pariformiter
vero hec pluribus declarantur. Et nisi me brevitas temporis coartaret.
Item secundum quod indigentia et sufficientia se habent in correlativis per
aliqualem per modum oppositorum habitus et privationis, et in ratione
utriusque includitur ratio necessarii, quia indigentia in ratione sua in-
cludit carentiam et privationem alicuius necessarii debiti respectu
alicuius perfectionis consequende. Sufficientia vero in ratione sua includit
habitum necessarii debiti, sine quo non potest consequi talis perfectio, taliter vel ta-
li modo vel in tali gradu. Ita quod sufficientia in antecedente et necessitas
in consequente considerantur oppositorum respective, prout unum concludit
aliud, et eodem modo est de indigentia et utilitate, quia consequenter se habent ad
Est autem triplex perfectio. Prima quidem secundum quod in suo esse constituitur.
Secunda vero prout et aliqua accidentia superadduntur ad suam perfectam opera-
tionem necessaria. Tertia vero perfectio alicuius est per hoc quod aliquid
aliud attingit sicut finem, sicut prima perfectio ignis consistit in esse
quod habet per suam formam substantialem. Secunda vero perfectio eius consistit
in caliditate levitate et [illegible] siccitate, et aliis huiusmodi [illegible] operatur.
Tertia vero perfectio eius est secundum quod in loco suo quiescit. Hec distinctio
triplicis perfectionis rerum ponitur a sancto Thoma in parte q. vi
arti. 3o. Predicta autem triplex perfectio in rebus diversis diversimode re-
peritur, nam deo competit per suam essentiam, creaturis vero omnibus
per participationem et secundum multiplicem varium actum, quia quedam per-
tingunt dictam triplicem perfectionem paucioribus modis, quedam vero
pluribus, ordine tamen debito adinvicem differunt. In acquisitione
igitur harum perfectionum et cuiuslibet ipsarum, aliquid dicitur sufficere
vel simpliciter vel secundum quid, et per quod necessarium aliquid dicitur simpliciter vel
secundum quid. Istis presuppositis dico quod quia mea est optima necessaria
et formalis, et quelibet sibi similis in genere, et in materia sua, quod
sequitur hoc sufficit respectu huius ergo non est necessarium aliud, proprie ac-
cipiendo necessitatem in consequente eo modo et in eo gradu et ordine et respectu
eiusdem prout accipitur sufficientia in antecedente modo apposito ut dictum
est. Sic igitur dico arguendo, laicis et non conficientibus sufficit
ad salutem sumere predictum sacramentum sub una specie, ergo non est
de necessitate salutis neque de precepto Christi sumere sub utraque. In quo
accipienda est necessitas eo modo et in eo gradu atque in eo genere
causam quibus ponitur sufficientia in antecedente vero huius finis et
perfectionis, que est vita eterna. Cum autem sufficientia in antecedente
propria ponatur non simpliciter sed tantummodo in genere nutritionis causalis
qua vita spiritualis continuatur, et secundum intentionem adversarii de pre-
cepto Christi requiritur ad vitam eternam consequendam utrumque si sumendo
alteram speciem sufficit per modum nutrimenti continuari vitam spiritualem

et eciam acquirere vitam in alia specie non sit necessaria. Et sic patet quod
quia necessaria non solum bona est sed eciam necessaria, quia sufficit et
non sufficit respectu unius et eiusdem secundum id et pro eodem tempore contra
dicunt. Et hec quantum ad primum. ¶ Sed dicendum est ad instancias quas
quas inducit. Et primo ad illam qua arguit: Baptismus fluminis sufficit ad 1am instanciam
in aliquo casu alicui sicut in Historiis beate Katherine, ergo baptismus
fluminis non est necessarius. Dicendum quod consequencia si accipiatur secundum regulam superius positam
ut concluditur in ante sic verum est, quod in casu illo pro quo quis nec sit sine
baptismo fluminis et hoc baptismo flaminis, baptismus fluminis nec est simpliciter
necessarius, et est quia bona, utilis et formalis. Si autem inferat simpliciter, tunc
committit fallaciam arguendo a secundum quid ad simpliciter, dicendo cum hoc sufficit in
hoc casu, ergo non est necessarium aliud in hoc casu, unum concludit. Sed si dicat
ergo non est necessarium simpliciter, utique committit fallaciam predictam, et causa cum in casu certo
quia aliud accipitur necessario prout concluditur a sufficiencia in ante et
aliter ut removetur in consequente. ¶ Similiter dicendum ad secundam instanciam ad 2am instanciam
de dileccione dei, quia tali casu posito utique finalis penitencia sufficit, nec
est necessarium aliud, quare et hic committitur fallacia a secundum quid ad simpliciter.
¶ Idem dicendum est de sufficiencia legis divine, passionis Christi et gracie ad 3am instanciam
dei, quia divina lex in suo genere et suo modo est sufficientissima 4tam et quintam
et in eo genere sufficiencie, ac eo modo leges humane nec sunt necessarie.
Similiter passio Christi est sufficiens et eo modo atque in eo gradu quo ipsa
est sufficiens nichil aliud requiritur similiter eo modo et in eo gradu
quo causa prima est sufficiens causa nostra nec est aliquid aliud
necessarium, et sic in omnibus istis instanciis et consimilibus factis per ad
necessarium duo sunt attendenda, quia si consequens seu necessarium ponitur in consequente
sumatur eo modo appositionis quo sufficiencia ponitur in ante sunt formales
consequencie et tenende. Si autem accipiatur necessarium in consequente simpliciter
tunc committitur fallacia a secundum quid ad simpliciter, vel aliter dicendum
quando necesse sit distractio aut remocio in aliquo consequente eius vel illorum
quod vel que coniunguntur in racionibus eorum, aut constitutive se habent sive
ordinem aliquem ad ipsa, tunc que in ante sufficiencia additur ut
communiter contra. Sic dicimus ad hoc quod non sit sensibile sufficit quod sit animal
ergo aliud non est necessarium, utique hec bona est. ¶ Sed si dicatur
non est necessarium quod sit corpus animatum vel quod sit compositum ex materia
et forma vel non est necessarium quod habeat corpus phisicum organicum, et
que coniuncte se habent ad ipsum animal. Itaque proposito est, quia cum in lege
divina includantur leges humane nec sunt necessarie, quia in consequente sit
distractio et remocio eius quod in ante includitur vel ad ante
sequitur. Similiter in passionis Christi sufficiencia includitur applicacio ipsius
ad homines, quecumque sit per modum sacramentorum, et similiter in gracie
requiritur ex divina voluntate quod et passio Christi sint servantes (?) effectum
salvacionis, unde non sequitur, passio Christi vel gracia dei est sufficiens
causa salutis, ergo sacramenta nec sunt necessaria, quia ipsa sacramenta
includuntur in ipsa sufficiencia eius, ex divina voluntate includit
ordinem causarum secundarum et concurrenciam earum ad causandum, licet enim
prima causa que est deus sit sufficiens simpliciter efficaciter producere

omne suppositum, quod per medias causas producat, tamen ex quo
sue maiestati ita placuit, ut causas secundas sibi voluit cooperatores,
[secunde?] cause accipiunt nobilitatem ex ordinacione sua et non aliunde. Unde
includitur in sufficiencia sue causalitatis, unde non sequitur: prima
causa est sufficiens, ergo alie cause non sunt necessarie. Et hoc modo
solvitur [secundum?] predictum argumentum. Si autem accipiatur simpliciter universaliter omnium
causarum, sic assumptum falsum est et argumentum nullum, quia deus non
supplet vices causarum earum que creaturarum comparuit et constituunt [?]
et naturam, quia hoc repugnat sue nobilitati et perfeccioni. Talis autem
inclusio causarum in ante non est in arte mea, quia [secundo?] species nullo modo
includitur in racione speciei primus, nec sufficiencia prime speciei includit
eam. Quantum sue instancie nichil militant contra [?] meam
ad casum aut argumentum. Volverimus ad casum positum qui est de morte hominis etc.
Dicitur quod dictus casus peccat in fallacia a secundum quid ad simpliciter, ut eciam
est superius in casu de baptismo flaminis et fluminis. Unde non est
possibile dare casum secundum regulam premissam in quo ante sit verum
consequens et ante falso, et per consequens consequencia est bona. Et hec quo ad
ad obiecciones contra probaciones [?] instancias contra dicta que mea dicta sunt. Volvimus post im-
pugnatorem dicere que procedit contra probaciones dictis racionibus modo
ante [illegible] mihi evadendo certam. Primo contra primam racionem
qua fundavi ex textu Joh. vi° capitulo, sic arguit: Tu arguis in
materia fidei et probas per illud Joh. vi° quod ille textus intelligitur de sacramentali
manducacione in sensu suo literali, probat quam per quandam supposicionem
meam sic dicentem: fides est necessaria ad salutem, fundatur in sensu literali.
Et ex illo sumitur argumentum et non ex allegoria glossa etc. Nego probacionem
quam sumis. Et ad probacionem dicendum quod supposicio mea intelligitur
de probacione que fundatur simpliciter in sensu literali, non autem in ea pro-
bacione que ex supposicione fit, cuiusmodi est hec mea prima probacio, quia
assumo dictum textum non simpliciter sed ex supposicione et ex intencione ad-
versariorum, quod patet ex deduccione dicte prime racionis, que iam
sic incipit: Nam in nova lege corpus loquentes de sacro [?]
racionem adversariorum Joh. vi° quidditatem vocabulis etc. et inferius, in quibus
[solum?] operatur locus sit mencio de participacione vini etc. Et subiungo:
manifestum est, quod qui sumit sub una specie etc. adimplet dictum man-
datum nisi manducaverit. Dato quod de sacramentali sumpcione intelligere-
tur. Et inferius: Unde et illud preceptum implet, si tamen de sacramentali
sumpcione intelligatur. Ex hiis aperte et clare patet me locutum fuisse
in dicta probacione ex supposicione adversariorum et non simpliciter. Sed non
est mirandum, quia sepe unus de pluribus passio et amor proprie opinionis
obnubilat mentem, ut eciam ea que luce clariora sunt videre non
valeat, unde et de hereticis scribit Augustinus contra epistolam Parmeniani
libro 2o: Cadunt in meridie quasi in media nocte. Hec enim heresis
est, qui cum manifestissima in luce omnium gentium constituta videre
non sunt, et hoc proprie contingit adversarios meos, quia si paratus animo
inspexisset dicta mea et ea intelligere potuisset, statim et in primo
in dictis locis deduccionibus meis clare comprehendisset me locutum fuisse
ex supposicione, si et in quantum ita textus ille intelligeretur, quod tamen
minime foret. Et per hoc patet responsionem ad prima alia argumenta

qua ad pauca respiciens credit me ad contradictionem deduxisse
Augustinum. Ille textus potest intelligi de sacra sacramentali manducatione
ut arguit in hoc loco, et tamen contradictorium ponis in alio loco
quod iste textus solum de spirituali manducatione intelligitur, et allegat hec
me dixisse in pluribus locis. Judicet ulterius utrum contradicat. Profecto
affirmo infert ut credit manifestam contradictionem. Sed in hoc valde
decipitur, non attendens ad rationem et conditionem contradictionis, cum enim
contradictio non fit nisi affirmatio et negatio conveniunt circa idem
et eodem modo accepta, ceteris conditionibus concurrentibus inadvertentibus est quod hic
nulla est contradictio, sicud si dicam quod supponendo in una loco quod aquila
volat habet, et in alio loco dicam aquila non habet alas, utrumque non esset
contradictio, in eo quod secundo supponitur aquila habet alas, et primo aquila
non habet alas. Est preterea salva pace sua nullibi contradictionem affirmavi
firmavi me in una opinione de intellectu istius textus sed attuli
me secundum omnem opinionem ad defendendum quod per istum textum sive ille
intelligatur de sacramentali sive de spirituali et receptive non habet adversarius
intentum suum de utraque specie. Quare nec in hoc loco nec in alio
quocumque capit me nec capiet incidendum in contradictionem. Et si dicit
me dixisse post dicta Augustini quod textus nisi manducantibus et
totum illud tamen intelligitur de spirituali manducatione et nullo modo de sacramentali.
Dicendum quod si ipse legisset totum epilogum quem dixi satis committitur
ipsum et Augustini clare comprendisset, non contradictionem mea sed
precedentibus me sic intellexisse legatur supra 6 capitulo et etc. Ad illud autem
quod dicit quod mos scripture est ut sub nomine panis cetera vite
necessaria intelligantur que designant et probat hoc per auctoritates
Augustini et Nicolai de Lira. Dicendum primo quod magna prudentia est
attendenda in sacra scriptura inter ea que solum ad puram narrationem
pertinent, et ea que ad narrationem sunt figuram aliquam
pretendunt, quia in hiis que narrantur ponitur scriptura ipse sub
principali comprehendit, ea etiam que nunc pro alia sunt ordinem
tamen ad aliud principale habent. In hiis autem que preter narrationem
sunt figuram, vacatur, ubi figure solum attenditur preter quod
expresse ponitur et narratur. Racio est quia ut dicit sanctus Thomas 2a 2e
quaestione 122 articulo 1°, figura ptz ad prestationem veritatis quia nec in
modico potuit ergo licet igitur in illis locis in quibus solum narratur
questio realis ut communiter sub nomine panis intelligantur alia
ad victum humanum necessaria, tunc de sunt loca allegata per adversarium
tamen in locis ubi fit mencio sive figurative sive veraciter de
hoc sacramento sub nomine panis non intelligitur nisi panis precedenter,
ut patet tam in oblatione Melchisedech qui utique hunc sacerdotem qua ad
sacerdotes prefigurans, cum esset ipse sacerdos dei altissimi, panem et
vinum obtulit, ut habetur Genesis 14°, ubi sub nomine panis nichil
aliud intelligitur nisi proprie panis, etc., non carnes, nec aliud nec
cibus nec alia humana ad victum humanum convenientia. Id etiam patet
in questione Helie, qui excitatus ab angelo surgens respexit
et ecce ad caput suum subcinericius panis et vas aque, de quo
comedens ambulavit in fortitudine cibi illius 40 diebus et 40 noctibus

Ad 1um quod dicunt quod sub nomine panis cetera vite necessaria intelliguntur et de pugnant

usque ad montem dei Oreb. Et patet quod sub nomine panis hic carnes nec vinum intelliguntur, sed proprie ad literam tantum panis, ut habetur 3 Regum xix capitulo. Idem similiter patet de panibus propositionis, qui hoc sacramentum prefigurabant, sub quorum nomine nec carnes nec vinum nec aliquid aliud sive sapores intelliguntur, sed mere tantummodo panis. Similiter de pane angelorum. Idem est et de manna, de quo dicitur panem angelorum etc., quia sub nomine panis nichil aliud intelligitur, et sic est in omnibus locis in quibus fit mentio figuraliter vel aliter de hoc sanctissimo pane altaris. Et ita dictum est in proposito, quod in hoc capitulo Joh. vi° sub nomine panis non intelligitur realiter sive specifice aliud quam ipse panis. Unde nec aliquis doctorum exponens hunc textum vel quicumque alius qui de hoc sacramento ad literam loquitur exposuit quod sub nomine panis intelligatur etiam vinum sive species vini. Quamobrem et videtur Nicolaus de Lira exponens illud Math. vi° Panem nostrum cotti-dianum sive supersubstancialem pro pane materiali exposuit, quod nomine panis intelligitur omnia alia necessaria ad vite humane sustentacionem. Cum enim exposuit de hoc sacramentali pane, nichil amplius fuit addere nec dicere, quod aliquid aliud comprehendatur aut intelligatur. Racio autem quare sub nomine panis in aliis cibis et quibusdam corporalibus intelligitur alia, est, quia ille panis materialis non habet in se sufficienciam prestare cibi nec etiam prestat nutrimenti. Ideo necesse est ut sub ipso termino sub principali alia que comitantur se habent subintelligantur. Sed in hoc pane celesti et supersubstanciali ad comunicantes vera caro Christi que est verus cibus et verus sanguis spiritualis qui est verus potus, non est necesse unquam nullo modo intelligi aliquid aliud ab ipsa specie panis. Hoc patet per omnes figuras que precesserunt in veteri testamento. Et similiter ubicumque fit mentio in novo testamento ut dictum est. Et sic patet quod non est simile de pane materiali et de pane sacramentali. Omnes autem auctores per magistrum Johannem adducte solum loquuntur de pane naturali et materiali, quod in se non habet sufficienciam humani victus, panis vero hic panis sanctissimus habet abundantem sufficienciam, in cuius figura manna precessit, quod sine precepto bibitionis sumebatur, et quod habebat in se totius humani victus sufficienciam et omne delectamentum et omnis saporis suavitatem. Et alia plura patent ut vobis videtur. Dominus innumerabilia super hec exempla congerere et amicum lacessere prolixitatem tediosam nube celare, vere hec pauca sufficiant ut hiis similia ipse sibi lector inveniat.

ad aliud de bibicione Christi post resurrectionem

Ad illud autem quod inducunt de Christo quod post resurrectionem Christus legitur comedisse Luc. xxiiii et Joh. ultimo, et tamen nec est dictum quod non bibit cum discipulis suis. Idem est quod verum est Christum comedisse post resurrectionem in locis predictis, et ex quo non legitur in aliis locis bibisse, non est asserendum quod biberit. Verumtamen an post resurrectionem suam biberit in aliquo loco, valetur est inter aliquos doctores propter duas auctoritates. Una est que habetur apud evangelistas, quod Christus in cena dixit: Dico enim vobis quod non bibam de generatione vitis donec regnum dei veniat, Luc. xxii, et Math. xxvi: Dico autem vobis non bibam amodo de hoc genimine vitis, usque in

diem illum cum illud bibam vobiscum novum in regno patris mei. Et
similiter habetur Marci xiiii° et propter auctoritatem Petri, qui Actuum x° sic dicit:
Qui manducavimus et bibimus cum illo postquam resurrexit a mortuis. Et
licet plures doctores ad hanc partem et auctoritatem Petri declinent, tamen in rationali
divinorum Guilhelmus Durandi ita dicit, parte iiii sub titulo de missa
in cena domini, et inter rationes quibus assignat quare sacerdotibus pro die pasce
non reservatur sacrum corpus Christi. In v^ta ratione ita dicit: Certo quia Christus
dixit in cena: Amen amen dico vobis, non bibam de genimine vitis, donec
bibam illud in regno patris mei. Non autem dixit de corpore, aut de esu, unde
invenitur quod postea comedit partem piscis assi et favum mellis, sed non invenitur
quod postea biberit. Hec ibi. Utrumque tamen sit, si bibit vel ubi, ipse novit quod
bibit vel non bibit, sufficit pro presenti quod quando ad hanc ille comestiones
quibus comedit cum discipulis non fuit de hoc cibo sacramentali, sed de
corporali cibo, qui sumitur tantum ad sustentationem et refectionem nature cor-
ruptibilis, ut tamen Luc. ultimo ubi comedit cum partem piscis assi et de favo
mellis, quod etiam Joh. ultimo, ubi accepit panem et piscem et dabat discipulis,
que comestio non fuit propter necessitatem nature, sed discipulorum consolationem
et sue vere resurrectionis approbationem. Ulterius ratio assignatur
tamen quare Christus non facit mentionem in toto capitulo Joh. vi° de vino,
dicit quod hoc ideo quia loquebatur de pane antique legis scilicet manna com-
parando ei panem nove legis in efficacia dicendo: quod qui manducaverunt
manna mortui sunt, sed qui manducat hunc panem vivet in eternum.
Et ideo dicit non nominavit ibi potum. Sed hec causa dicentis facit
contra eum, quod sic probatur, quia in ista comparatione aut Christus suffi-
cienter comparabat panem nove legis ad panem predictum aut insuffi-
cienter. Non est dandum hoc, quia esset error, ergo oportet dicere primum, quod sufficienter.
Cum igitur ille panis antique legis scilicet manna secundum scripturam sumebatur non
tamen cum sacrificio et potu, ergo eadem ratione iste panis qui est sine
comparatione maioris efficacie sufficit ad habendam vitam eternam
absque hoc quod aliquid aliud requiratur communicanti et in figura nulla
fit mentio de potu, utrumque licet in altero extremo scilicet figurato exigitur
in Cena potus separatus et divisus a cibo, quare certo Christus non
facit mentionem de cibo vino. Si enim aliquid plus in figurato exigeretur
perfectior videtur fuisse figura figurato, quia tantum res est perfectior
signo est magis unita contra. Postea causa non valet quia assignat dicendo
enim quod Christus faciebat comparationem panis ad panem, ideo necesse fuit
ut faceret mentionem de potu. Hoc enim nichil est dictum, quia eciam manna
illud erat figura huius sacramenti. Si utrumque panis scilicet et vinum tempore
figurativum sibi correspondebat, utrumque Christus debebat de utroque facere
mentionem. Quare etc. Item cum dicit quod per hec verba: qui manducat hunc
panem vivet in eternum, et similia, Christus ostendit quod sufficit sumere sub
specie panis, negat dicens quod intelligitur, si alia precepta custodierit
inter que est illud: nisi manducaveritis, in quo includitur utraque species.
Sicut si dicam: Qui crediderit et baptizatus fuerit etc., intelliguntur alia
quia non solum fides et baptismus requiruntur ad salutem, sed etiam
multa alia, sic eciam intelligi in adimpletione aliorum mandatorum

Ad illud ubi ad ... fidei comparat panem nove legis ad manna veteris legis

Ad rationes suas super ... auctoritatem Joh. vi ubi Christus non facit mentionem de pane et non de vino

Unicam sicut Jacobus, qui in uno offendit, omnium est reus. Et preterea
proposito, quod obligarem ad panem sumendum, non excludit a perceptione
sanguinis sub specie vini. Sed econtra, sumendo hoc sacramentum sub una
specie panis, adimpletur illud preceptum Christi, nisi manducaveritis. Si
tamen de sacramentali perceptione intelligatur. Ergo responsio nulla est, auctoritatis
aliorum in (propositione) passione, sicut probatum est ad quod eum nichil iuvat. Ubi primo in
hoc sacramento duo sunt attendenda, scilicet nomina rerum et nomina specierum.
Et valde diligenter attendendum est, quod Christi preceptum determinet, vel nomina
rerum vel nomina specierum, et dicebatur, sicud manifestum est, quod hoc primum preceptum
nisi non determinat nomina specierum, sed tantummodo res ipsas scilicet carnem
et sanguinem, et per concomitantiam res sub altera specie continentur. Utrumque preceptum
Christi adimplet nisi manducaveritis, sive sub una specie sive
sub duplici accipiat species, quia res utrumque et tantum sub una quantum
sub duabus speciebus suscipit. Ad illud autem quod dicit, quod per datum unum preceptum
quod semper est intelligere cum admixtione aliorum mandatorum. Eadem quod unum
est, sed ipse non demonstravit michi inclusum, quod aliud sit mandatum Christi
sumere in laicali communione (?) hoc sacramentum sub specie vini, ab eo quod est
sumere sub specie panis, sed unum solum preceptum est determinans sumptionem
tam huius sacramenti sive sub una specie sumatur sive sub duabus.
Si tamen sit preceptum Christi quod laici non consentes sumant hoc sacramentum, hoc
dixit sed non dedit in scriptis, nec valet quod infert, alias videtur
dividere Christum, nisi forte vellet sequi heresim Manicheorum vel Ebio-
nitarum, quorum alii dicunt Christum nondum resurrexisse a mortuis, et
ita adhuc sanguinem suo corpore caruisse (?). Alii in hoc sacramento sub alia
specie carnem tantum et sub alia sanguinem dicunt contineri. Addidit ulterius
inferius expedientis, et talis quis est antichristus, qui scienter et
continuanter solvit Jhesum et eius Ecclesiam, ut dicitur Joh. Sed si sapiens
fuisses, tacuisses hoc, nam antichristi sunt de quibus loquitur Jo. 2°
multi antichristi facti sunt, unde scimus quia hora novissima est.
Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis, si fuissent ex nobis
permansissent utique nobiscum. Sed ut manifesti sint, quod non sunt omnes
ex nobis. Videte fratres, videte et diligenter attendite, nos ex ipsis Bohemis
communiter (?) vel ipsi Bohemi ex nobis, palam est mundo. Unde Augustinus
super Apocalipsim ... et super illud, faciet descendere ignem de celo.
Idem est ignem de celo descendere, nisi hereses de ecclesia cadere,
sicud scriptum est ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis. Ignis
enim de celo descendit, quod hereticus qui de ecclesia velud ignis recedit
ipsam ecclesiam persequitur. Hec Augustinus. Ad confirmationem quod dicit quod
Christus facit mentionem aliquam de solo potu secundum illud Johannis: Si
quis sitit, veniat ad me, et aqua quam ego dabo ei, fiet in eo
fons aque salientis in vitam eternam. Unde non sequitur, facit
mentionem de solo potu ergo cibus non est necessarius. Eadem primo, quod in tota
Biblia, Si quis sitit, non reperit aliquem doctorem catholicum exponentem illa
de potu aque de potu sacramentali, sed solum de gratia spirituali, unde
Theophilus: Nam aqua scilicet quam ego dabo attribuo semper multi-
plicatur, prima enim et principium boni semper sumitur per gratiam

Si est preceptum Christi tunc non est aliud preceptum et aliud sub una et non despicere sub utraque specie

Ad obiectum de potu solo

ipso vero ingerebant et operantur ad eius articuli auspicationem. Et Augustinus
omnis qui biberit ex hac aqua sitiet iterum, quodquidem verum est
et de aqua sensibili et de ea quam significat illa aqua, et enim aqua
in puteo voluptas est seculi, et profunditate tenebrosa, hic eam hauri-
unt homines ydria cupiditatum. Et infra, ergo de hac aqua qui biberit
sitiet iterum, si autem acceperit meam aquam, non sitiet in eternum, non quia
sitiet qui inebriantur ab ubertate domus dei, promittebat ergo saginam
quandam in sanctitatem spiritus sancti. hec Augustinus. Ex quibus verbis
tam Theophili quam Augustini patet quod intelligatur per aquam et pota-
tionem ex ipsa que est sagina quedam in sanctitatem spiritus sancti. Et nichilominus
dato quod intelligeretur predictus textus et quicumque alius solum sacra-
mentaliter de potu de bibitione aut potu sacramentali, dico quod sufficeret
quantum ad rem et ad perfectum effectum spiritualem consequendum, quia
sacramentum sub specie panis vera caro Christi, verus sanguis totus et integer
corpus et deitas continentur. Ita quantum ad rem contentam et effectus nec
plus nec minus sumitur sub una specie quam sub alia, nec alio modo quantum
ad rem. Quare autem potius in usum sacerdotum non communicantium venit
species panis quam species vini est, quia maioris periculi est tractare tam
venerabile sacramentum sub hac specie quam sub alia, unde sicut sequitur
quod ibi non fit mencio de specie vini, ergo non est necessaria in illo loco
ita hic, cum non fiat mencio de specie panis quod sufficiat sola species aque
Et Christus loquitur de sacramentali manducatione sub specie aque. Volens
volens fugere predictam primam deductionem dicit scilicet quod hec non est necessaria
species vini, quia non fit de ea mencio, ergo pari ratione non erit necessaria
species panis, quia etiam de ipsa non fit mencio, quia in toto illo processu
evangelii non habetur nomen specierum panis, et si dicatur quod Christus ibi
dicit: et panis quem ego dabo, tunc sequitur quod illa species panis
sub qua corpus sumitur descendit de celo, quia ipse dicit ego sum panis
qui de celo descendi, dicendum quod inspiciendo seriem evangelii illius
videlicet spiritualem, quem Augustinus interpretatur vel arguit quod iste species panis
sub quibus sumitur corpus in sacramento non descendunt de celo scilicet
esse substancie separate, et ideo aliud panem corpus intelligit dominus
loquitur turbis in toto illo evangelio Johannis VIo quem panem spiritualem. Et
ipsa argumentum quo ducere facit contra eum, quod usque nunc fuit arguendo
contra ipsum per dictum evangelii, ipsum intelligendo quod supponit de sa-
cramentali manducatione et non sumitur de illo enim pane qui de celo
descendit, intelligitur ille textus evangelicus. Et quicquid dicit de pane
de carne et de sanguine, de manducatione de bibitione totum spiritualiter
est et intelligendum de ipso pane qui de celo descendit et de fide atque
caritate, quibus ipsum fideles comedunt et bibunt, ut exponit Augustinus et
ut patet clare, deductum est in exponendo dictum Christi nisi manducaveritis etc.
post eundem Augustinum et ceteros doctores ibidem allegatos, concedo tamen
consequenciam, videlicet quod ex isto textu non potest elici necessitas cuiuscumque specierum
de necessitate. Dato eciam quod elicitur necessitas cuiusque sacramenti scilicet. Ad illud
autem cum dicit non est bonum argumentum nec sequitur, hoc non scribitur
in evangelio, ergo non est necessarium, vel dicendo in hoc dicto supplicetur
communio calicis ad populum expresse non fundatur, ergo nullibi alibi

Ad primum ubi adiungit quod non argumentum sit quod non scribit in evangelio ergo non est necessarium, ut patet in hoc dicto supplicatio calicis ad populum expresse non fundatur, ergo nullibi alibi fundatur

fundatur, dicendum primo quod in tota positione mea non reperiet me scripsisse talem quam, unde satis miror de ipso, quod ad ipsa conquestus sicut de longitudine positionis mee, quod adhuc sibi ne sufficiat, sed nova michi et ceteram imponat, verumtamen dato quod scripserim dictam conclusionem quam michi fieri vel forte ex modo procedendi mei sequitur, quod tamen non sequitur, nichilominus adhuc valeret illud ex positionem veram et catholicam illius supponens in qua posui, quod sacra scriptura est sufficientissima ad omnia que necessaria sunt homini ad salutem; videat ipse et requirat qualiter hoc sit ibi oppositum. Pro cuius ampliori declaratione secundo Contraria inter adversarium et me stat solum in hac contradictorio est, videlicet quod sumere sub utraque specie quo ad laicos est de precepto Christi, et ex eadem contrarium, non sit de precepto Christi. Secunda quedam dicta tam scripturarum sanctarum quam sanctorum doctorum videntur facere pro una parte contradictionis, et quedam pro alia, cum tamen non ita sit, quia impossibile est in scientia veritatis infallibilis contradictionem implicare. Secundo duo sunt michi iuxta in positione mea pagere. Primum fuit adducere auctoritates scripturarum et sanctorum que videntur ad probandum meum sensum facere, ex quibus quedam ipsorum sufficientia huius clarius declarant. Aliud declarare auctoritates per ipsum adversarium adductas ne probare contentum suum de precepto quod intendit in utraque specie. Quibus per actus intuli veritatem conclusionis mee principalis, videlicet quod sumere sub utraque specie quo ad nos consistentes nullo modo erat de precepto Christi. Sed pro declaratione tam predicte conclusionis quam eciam aliarum per me factarum, Dicendum quod sicut ex omnibus singularibus sufficienter enumeratis concluditur una universalis per inductionem pure affirmativa vel pure negativa, et est quod bona et formalis atque nota sicut est in particularibus argumentis quod bona est concludendo particulariter. Unde sicut ista quod bona est, suppositis enumeratis particularibus: Marcus currit, Johannes currit, et sic de singulis, igitur omnis homo currit. Item Sortes non currit, Marcus non currit, et sic de singulis, ergo nullus homo currit, ergo hic homo demonstrato eodem Petro non currit. Item ego Petrus non currit. Quod optime concluditur in hoc loco scripture, ut est in proposito meo, non fit mencio de precepto utriusque speciei, ut puta Joh. vi. capitulo. Item nec ibi, et sic in omnibus locis sacre scripture sufficienter enumeratis in quibus fit mencio de predicto sacramento sequitur generaliter universalis conclusio, quod in nullo in sacra scriptura fit mencio de precepto communionis sub utraque specie quo ad nos constitutos, et per consequens nullo modo est de precepto Christi immediato, presertim per illam propositionem quod sacra scriptura sive lex divina sufficienter continet quecumque pertinent ad salutem. Unde ista consequentia evidens est necessaria: hoc non reperitur in lege divina explicite vel implicite directe vel indirecte esse necessarium vel preceptum, ergo non est necessarium vel preceptum ex lege divina. Secundo, sicut ex omnibus locis sacre scripture simul inductis concluditur universalis negativa, ita in particularibus locis concluditur particularis negativa. Et dicendo sic in hac auctoritate Johannis vi non fit mencio de communione sacramentali laica, nec in eo fit mencio de specie vini, nec ex hoc textu sequitur concludi preceptum utriusque speciei, et dato adhuc quod tamen

non est factum, quia in aliquo loco ex particulari inductione negativa
concludi vel simpliciter dicta quod non est necessarium aut preceptum vel etiam
universaliter dicendo quod nullo modo est preceptum, utrumque enim scola est in
inquisitione theologie utriusque partium ad rem esset appinendum, quia ad
formas logicales, et sic ad bonum sensum dicta interpretanda sunt
et sane intelligenda, unde in precedentibus quilibet semper alterum e duabus
intelligendum est, vel in hoc loco, aut ex hoc loco ut potest intelligi
hic non fit mencio de precepto utriusque speciei, ergo non est preceptum
vel quod nullo modo est preceptum, scilicet in hoc loco vel ex hoc loco
vel ceteris locis scripture, similiter potest si huiusmodi, certum primo admisso
sic est conclusio particularis, sed secundo admisso sic est falsa, nam in toto
processu posicionis mee non est nisi una inductio ad concludendum
unam universalem ex singularibus sufficienter enumeratis. ¶ Et in virtute tota
pars mea consistit in unico et tali sillogismo: Omne preceptum Christi aut
id quod est necessarium ad salutem est sufficienter traditum implicite vel ex-
plicite in sacra scriptura sub racione precepti aut necessarii. ¶ Sed communio
laicalis sub utraque specie non est sufficienter tradita implicite
vel explicite in sacra scriptura sub racione precepti aut necessarii, ergo communio
laicalis sub utraque specie non est preceptum Christi aut id quod est necessarium
ad salutem. ¶ Argumentum est bonum et formale, quia est in secunda
figure scilicet in Baroco, et reducitur ad primum modum prime figure scilicet
ad Barbara per impossibile, hoc modo videlicet: ¶ Omne preceptum
Christi aut id quod est necessarium ad salutem est sufficienter traditum implicite
vel explicite in sacra scriptura sub racione precepti aut necessarii.
¶ Sed omnis communio laicalis sub utraque specie est preceptum Christi aut
id quod est necessarium ad salutem, ergo omnis communio laicalis sub
utraque specie est sufficienter tradita implicite vel explicite in sacra
scriptura sub racione precepti aut necessarii, hoc predicto sillogismo in Ba-
roco scilicet ex suppositione mea generali in qua declarabam sufficienciam
plenam et amplam sacre scripture respectu omnium eorum que fidei sunt
et necessitatis ad salutem, hoc patet inductive per totum processum posicionis
mee, et conclusio patet ex forma argumenti. ¶ Et hec dicta sunt pro
declaracione auditorum, in quibus ipse fortasse clausis oculis impegit
et offendit sepe dicens: ¶ Ex argueret ab auctoritate negative nichil valet
quia ad faciendam inductionem oportet enumerare omnes particulares
ut expositum est circa negativam. ¶ Et precedat cum auctoritas, nisi induca-
tur, sit potissima auctoritas adversariorum, et in qua potissime
fundamentum intencionum eorum utique sublata virtute et potestate in argumento
tollitur quicquid potest dici in omnibus aliis locis sacre scripture in
quibus aliquid facere videntur pro ipsorum opinione. ¶ Unde secunda
optima quod est, ipsa non potest absolvere a tali crimine, ergo nullus homo
potest absolvere. ¶ Similiter ¶ Rex non potest expugnare hoc castrum, ergo nec
milites eius. Itaque hoc forte est optima quia ¶ Ista auctoritas nisi
manuducatur non potest concludere preceptum in communione laicali
sub utraque specie, ergo nulla alia auctoritas potest concludere, ex quo
ipsa ponitur potissima. ¶ Et in virtute cuius hunc passent salvari

et saluant omnes alie que nec quasi sunt sensum similes, etiam
ex quibuscumque sanctis auctoribus aut doctoribus, aut aliis scripturis ex-
probatis et declaratis. Ergo Rex qui est supremus in Regnis nec potest expug-
nare hoc castrum sequitur inductive et simpliciter quod nec dux nec comes
nec milites sub eodem contenti non possunt expugnare hoc castrum. Ista
hec solucio valde notanda est, quia in modo arguendi modo magno
scriptum stat ad pauca respiciens, nec attendens modum procedendi
quarto aut etiam sufficienciam sacrarum scripturarum. Ulterius ad argumenta
ex manifesta in predicto processu conclusio, et ubi ex ipso gradu implici-
citer et negat dicens, quia nomine panis intelligitur et vinum, cum
tota refeccio intelligenda sit in nomine panis. Sed ista non stare non
potest, quia ut superius declaratum est, licet sub nomine panis in locis
ubi agitur de refeccione corporali tantum naturali intelliguntur alia
necessaria ad victum humanum, non tamen in locis ubi agitur
de sacramentali sub nomine panis aliquod aliud intelligitur, ut apte
declaratum est, quod sufficiencia non exigit aliquid aliud ex necessitate
circa id quod determinat in racione sua. Sed ita est quod ipsius dicentis
si quis manducaverit hunc panem vivet in eternum ostendit sufficienciam
eius vite eterne consequende in genere nutricionis spiritualis, ergo nichil a-
liud ex necessitate requiritur. Aliquin ipse in genere nutricionis suffi-
cienter disposuisset. Si quis manducaverit hunc panem etc., quod nullo mo-
do est dicendum. Postea ulterius reperiuntur omnes requisiciones et
condiciones requisite ad perfectam contradictionem ubi est contradictio, sed ita
est quod data posicione adversariorum in dictis Christi et in predicto loco alle-
gato reperiuntur omnes condiciones contradictionis ergo etc. Maior est ex se nota.
Sed minor probatur, nam Aristoteles primo posteriorum diffiniens contradictionem ita
dicit: Contradictio est opposicio cuius secundum se non est dare medium. Ad hoc
autem quod aliqua opposita habeant racionem vere contradictionis, de qua in
predicta diffinicione intendit Aristoteles, requiruntur quinque condiciones que
colliguntur ex primo elenchorum in quadam diffinicione contradictionis que talis
est: Contradictio est unius et eiusdem secundum idem ad idem similiter et in eodem tempore.
Cuius partes sic possunt intelligi. Primo quod contradictio sit unius et
eiusdem intelligitur non solum quod sit idem secundum nomen tantum vel secundum rem tantum
sed eiusdem secundum rem et nomen. Unde hic est contradictio, latrabile currit,
nullum latrabile currit, quia ibi est affirmacio et negacio unius et eius-
dem secundum rem et nomen. Sed hic non est contradictio, canis currit, nullus
canis currit, quia non est eiusdem secundum rem licet sit eiusdem secundum
nomen, quia canis qui est sidus non currit, quamvis canis latra-
bilis currit. Et hec est prima condicio contradictionis. Secunda est quod unius
et eiusdem secundum idem, unde hic est contradictio, illud est duplum, istud
longitudine, illud non est duplum secundum longitudinem, quia hic est
affirmacio et negacio unius et eiusdem secundum duplum sed non secundum idem, quia
affirmatur duplum secundum longitudinem et negatur secundum latitudinem. Tercia
condicio est quod non sit non solum unius et eiusdem secundum idem sed etiam ad idem
respectu eiusdem. Unde hic non est contradictio, duo sunt duplum
ad unum, duo non sunt duplum ad tria, quia licet idem secundum duplum
affirmetur et negetur de duobus et eodem secundum de dualitate, tamen non
respectu eiusdem sed diversorum, scilicet respectu unitatis et ternitatis.
Quarta

ad id ubi adversarius obicit quod implicite

X Sed ...
Illud ...
... secundum ...
et dupl...

unius et eiusdem Quarta condicio est simul quod scilicet affirmetur
idem de eodem simul. Unde haec contradictio, celum movetur circulariter
et non movetur circulariter, sed non hic celum movetur circulariter
et non movetur deorsum. Quinta condicio est quod sit in eodem tempore, unde
hec est contradictio, domus est clausa nunc, domus non est clausa
nunc. Sed hic non est, domus est clausa nunc scilicet in hora tercia et
domus non est clausa in hora nonae, quia deficit condicio in eodem tempore.
Unde videmus quod deficeret aliquarum istarum condicionum concluderetur aliqua
condicio simpliciter esset fallacia vel secundum quid ex ultimis modis, secundum quos
attenduntur modi fallacie que vocatur ignorancia elenchi. Nunc igitur
applicando has quinque condiciones ad propositum nostrum patebit intentum. Nam
primo ibi est affirmacio et negacio unius et eiusdem, scilicet eius scilicet ipsius
panem et manne, quia dicitur sufficit panis et non sufficit
panis. Tercio ibi est tercia condicio ad idem respectu eiusdem finis videlicet
vite eterne, dicitur enim quod sufficit et non sufficit panis ad salutem
quia requiritur aliud. Quarta condicio est ibi videlicet simul quia in
genere refeccionis, et quinta quia in eodem tempore. Unde replicando
in hac contradictione requiruntur omnes alie condiciones, quia per
quod dicitur sufficit et non sufficit, datur intelligi prima condicio, cum
subiungitur sub specie panis, datur intelligi 2a, cum dicitur ad salutem
eternam notatur tercia, cum fiat locucio in genere spiritualis refeccionis
datur intelligi 4ta, et cum loquitur de eadem comedione que sit in
eodem continuo, patet quod ibi requiruntur omnes quinque condiciones contradictionis.
Ita esset vera contradictio in verbis Christi, quod nullus sane mentis diceret.
Ultimus cum arguebam, quod Christus in predicto processu 6a capitulo Iohannis
pro eadem accepit panem carnem suam carnem et sanguinem et corpus
et ad omnia predicta idem primum apparuit, et quod hac quod idem sunt predicta
quatuor, ex quo idem primum omnibus apponitur, dicit hoc non esse
verum nec posse stare in veritate, quia sequeretur quod pari racione
fides spes et purgatorium essent idem, immo elemosina superius reliquum
omnia preter Christum, mandata Christi et fides Christi cum omnibus aliis dicitur
unum primum videlicet vita eterna essent unum et idem, quod nullus sane
mentis diceret. Et ad hac approbandum utitur verbis Ieronimi utar in epistola
contra Eluidium hereticum congerit de scripture exempla, quod phurima mori
audebat, quasi gladium in tenebris ventilans, et lingue suum ad confodienda
sui corporis membra convertens. Sed dicendum quod non miror de hac in-
stancia sicut nec de aliis, cum videam ipsum non veritatis investigatorem
sed verborum venatorem, nam in tota replica sua, ut totum hoc vene-
rabile auditorum prependere potuit non veritatem sed hominem, non vim
sed verba insecutus est, et cum nec minima racionem aut auctoritatem
novam quam primus non adduxit, et quibus non satis plene satisfactum
fuit ad vim per intentam et principale propositum, unde doleam me ad
videam ut beatus Ieronimus ait, et nescio si impericie arguam an
temeritatis accusem. Nam si legisset Aristotelem in quinto methaphisice
quot modis accipitur idem non tantum scripsisset secundum unum mutando qualem
inquid et quantitando fallacia a secundum quid ad simpliciter. Nam sicut dicitur

ad 1m dicit vbi adversarius ab
initio contra hoc quod dixit
panem, carnem suam,
carnem et sanguinem
accipi pro eodem &c.

ubi dicit. Aliqua dixi eciam dudum secundum se et per circulus, et in pertractando
spiritus manifestius post. Applicacionem sunt doctores dicunt, quod tot modis dicitur
idem quot modis dicitur unum. Manifestum est autem, quod non solum
ea dicuntur que sunt unum secundum essenciam aut speciem sive secundum unum
aut quantitatem continua, sed eciam specie que analogo causa proce-
sive effectu, et secundum omnem convenienciam qua aliqua quecumque ma-
conveniunt vel plura se habent. Unum ergo ego dixi, quod illa quatuor erant
unum et idem propter unum finem intelligebam et intelligo de unitate
sufficiencie in convenientia et effectu, quia secundum intencionem Christi, quod
illorum quatuor sufficienter omnem sunt unum naturali et reali concomitancia
continet omnia predicta in sacrali sumpcione et totum et integrum
corpus et sanguis vite eterne per unum se digne sumitur. Sed hanc intencionem
veritatem portat hic clarissime ex materia subiecta et ex principali in-
iuncto quod totaliter fundatur in sufficiencia omnis spei. Unde
clare offendit, ymo et impegit in moralem regulam qua propter
apostolus quod sermones sunt exponendi iuxta materiam et ab illarum
intelligenciam dictorum ex causis est sumenda dicendi, quibus eciam tamen
rudis et insciens est, qui diceret species visibiles panis et vini carnem
Christi et sanguinem idem esse essencialiter et eventualiter atque simpliciter, nec minus
videtur esse rudis, qui hoc alios estimare credit. Unde in hac
adversarius superfluo labore desudavit quod hoc quisquam credidit et
tas ineptas quas redarguit aliquid prudens quispiam potuit
suspicari. Verba sunt Jeronimi ubi supra. Nec est simile de hiis
quatuor et de illis que ipse adducit in oppositum, quod ista quatuor
nullo modo sunt ab invicem separari, quomodo cum recipit sacraliter
panem consecratum, recipit carnem et sanguinem et spiritum Christi, non autem
ibi ita est in elemosina sapiencie et in aliis que ipse adducit, quod
non semper elemosinam committat sapiencia et alia que ipse connumerat.

Ad id ubi adiungit contra hoc quod dixit quod Christus docuit discipulos suos hoc sacrum petere sub nomine panis

Sed nunc prosequitur ubi de multo numero et de modica lana. Ad
illud ulterius cum arguebam quod Christus docuit discipulos suos petere
hoc sacrum sub nomine panis utique secundum multorum doctorum exposicionem
nec facit mencionem de quatuor aliis speciebus, videtur quod eciam propter solam
speciem panis in illa oracione nominet quod illa sufficiat. Respondet quod sub
nomine panis utraque refeccio intelligitur. Et ulterius petit causam

De diversitate inter panem sacralem et panem corporalem

diversitatis, quia eciam in illa peticione petitur utique panis tam sacramentalis
talis quod corporalis et utique ad vitam corporalem sustentandam cum
ceteris potius sub nomine panis sive quod petuntur necessaria vite intelliguntur
omnia alia que requiruntur ad sustentacionem vite corporalis quod
sub nomine panis sicut quod petitur adde hoc sacrum. Sed dicta causa
stare non potest, quia declaratum est superius quod non est simile de pane
corporali et de pane sacrali. Et ad peticionem dicitur quod causam diversitatis
dicendum prout superius dictum est, quod quia panis materialis non habet
in se sufficienciam plene refeccionis, ideo oportet ut alia intelligantur
que conveniunt ad nutrimentum vite. In pane vero sacrali est totalis
et plena refeccio, et ideo non oportet quod aliquid aliud intelligatur aut
exprimatur visibiliter. Ad illud autem quod ulterius inducebam

de eo quod dicitur Ecce agnus dei et de vitulo saginato, et de
eo quod dicit apostolus Pascha nostrum immolatus est Christus etc. Dicit ista quia
non valet, hic non facit mentionem nisi de cibo, ergo non facit alibi
vel non est necessarius potus. Dicendum quod dux replicans multa
michi imponit que non sunt scripta in libro hoc vel meo, nec in hoc
venerabili et glorioso auditorio umquam fuere audita prosunt a me
etiam conqueritur de longitudine et prolixitate, miror quod solum non suffi-
ciant dicta mea, sed etiam adducit alia, et videat ipse ut cum honestate
loquar ne de falsitate tam coram deo quam coram hominibus et conscientia
sua arguatur, nunquam enim huiusmodi quales fecit sic enim loquor in scriptis Sed
igitur loquor in predicta oratione Christus nullam fecit mentionem de potu
aut de vino, sed tamen de pane, manifestum est quod sufficit specie panis
tantum, alioquin Christus insufficienter suos docuisset circa discipulos
Et similiter in aliis que ad illud adducuntur de agno Christi et de vitulo
saginato etc. Ex quibus patet magna et distantia differentia inter quam
meam et eas quas ipse michi imponit Et est simplex dicere quare
mee ut sunt opposita premissis cum igitur etc. manifestum est speciem
panis tantum, quia videlicet ex hoc textu, vel ex hoc loco non potest haberi preceptum
de potu in sacramentali sumptione, Et similiter ex aliis locis sacrarum
scripturarum Et ita etiam de fide trinitatis quod inducit, male inducit
dux, in hoc loco scripture non fit mentio de articulo trinitatis ergo nullibi
fit mentio Et forte in voluntate dei adduxit ut per exemplum suum
trinitatis clarescet amplius Dicendum enim quod nulla parte scripture sive
veteris sive novi testamenti potest argui firmius trinitas divinarum personarum
nisi ex illis in quibus manifesta et aperta fit mentio et expressio
beatissime trinitatis Ita nec preceptum communionis possumus firmiter
asserere nisi ex illis locis scripture in quibus fit expressa mentio
de huiusmodi precepto et duplici specie, et per respectum ad eos quibus de
huiusmodi materia Christus loquebatur, Cum igitur in nulla parte scripturarum
reperiatur communio sub utraque specie precepta laicis, patet quod a nullo sibi
presumptuose et temerarie potest asseri diagonaliter et affirmative similiter
et secundum generalem intellectum et doctrinam ecclesie catholice. Ad aliud autem
quod dicit, quod non valet argumentum argue negative ab auctoritate, declaratum est superius
et enim secundum quod ex omnibus locis sacre scripture sufficienter concluditur con-
clusio universalis negativa, et in quolibet loco particulari particularis negativa in ordine
ad illam universalem negativam, sic etiam ex omnibus doctoribus catholicis con-
cluditur universalis negativa et in dictis cuiuslibet atque ex dictis particularis negativa sicut
dei gratia in positione principali satis clarius et manifestius
patuit, et adhuc ex dicendis deo auxiliante lucidius apparebit
Ulterius progreditur ad videndum figuris veteris testamenti Et primo
ad figuram Melchisedech, de quo dicebam quod per hunc Melchisedech
panis et vinum oblata non leguntur a populo sub utraque specie suscepta
Et quod hoc est falsum, et contradictorium dicti mei est, unum enim contra
dictorum utitur plane veritatem, et mendacem falsitatem, per Ambrosium
super epistolam Pauli ad Hebreos vij etc. Et ulterius infert, quod falso dixi
quod non leguntur fuisse sumpta a populis, sed panis debuisse

de agno dei et vitulo saginato, pascha nostrum etc.

de figura Melchisedech

dixisse, non legi. Sed sic videndo, adimpletur in eo dictum Se-
quid casset, probaret istius quod statim probabit, iuxta. Pro quo notandum
est, quod ex aliis non habemus que sint fidei credenda, nisi illa in
articulis fidei contineantur vel in sacra scriptura vel ex determinatione
ecclesie sic quod ista inducunt necessitatem credendi de articulis fidei. Notandum est
Sed de sacra scriptura dicit beatus Thomas quodlibeto xii q. xxvii
quod quicquid in sacra scriptura continetur verum est, alias qui contra hoc
sentiret esset hereticus, et sic necesse est credere scripture canonice
que in veteri et in novo testamento continetur. Hec ille. Sed de determinatione
ecclesie et de scriptura canonica dicit idem beatus Thomas quodlibeto ix q. xvi al-
legans beatum Augustinum in epistola ad Iheronimum, qui dicit quod si in scriptura
canonica aliquod mendacium admitteretur, nutabit fides nostra que ex
hac scriptura dependet, sed sicut tenemur credere illud quod est in
sacra scriptura, ita et illud quod est per ecclesiam determinatum. Unde
hereticus est qui sentit contra determinationem conciliorum, et ergo omne
iudicium ecclesie erroneum esse non potest. Hec beatus Thomas. Et hoc est verum
de iudicio ecclesie universalis in hiis que ad fidem pertinent, quod secundum beatum Thomam
illud divina providentia preservat ecclesiam spiritu sancto dirigente ut non erret, sicut
ipse promisit Iohannis xvi quod spiritus sanctus adveniens docebit omnem veritatem
de necessariis scilicet ad salutem. Certum est quod ecclesie universalis iudicium errare
in hiis que ad fidem pertinent impossibile est, sed in aliis sentenciis que ad
particularia facta pertinent, ut cum agitur de possessionibus vel de criminibus
vel de huiusmodi possibile est iudicium ecclesie errare propter falsos testes. Hec beatus
Thomas ubi supra. Et licet de hoc scilicet de determinatione ecclesie superius in prima
parte huius operis sint hec dicta, que hic sunt posita et plura
alia, tamen ad declarandum fidelibus planius materiam fidei, illa sunt
hic repetita. Ultimus nota quod licet regulariter locus ab auctoritate
negative non valeat, quod tamen in hiis que sunt fidei valet in
dicto modo arguendi, posita supra posito, et iuxta statim ponendo. Nam
sicut ista gratia verum: hoc continetur in sacra scriptura vel hoc est ut
de fide determinatum ab ecclesia vel approbatum, ergo est fide tenendum.
Sic ista gratia verum: hoc non continetur in sacra scriptura nec est ab ecclesia
ut de fide determinatum vel approbatum, ergo non est fide ex precepto
vel necessitate tenendum. Iste que tenet ex hoc, quod continentie fidei
credendorum non habemus post fidei articulos nisi ex sacra scriptura
vel ex determinatione ecclesie, nam illa que non sunt expressa in sacra
scriptura vel non sunt determinata ab ecclesia non inducunt
necessitatem credendi, sicut inducunt illa que sunt contenta in sacra
scriptura vel ab ecclesia determinata, ut ex premissis dictis. Arguitur hec
per quod ista gratia verum: In scriptura sacra est expressum et contentum
quod corpus Christi dederit xii apostolis sub utraque specie in sua ultima
cena. Sed ista gratia non valet. Non est expressum in sacra
scriptura nec in ea contentum nec ab ecclesia determinatum vel ap-
probatum quod corpus Christi in illa ultima cena plures quam xii apostolis

communicasset, patet ex dictis, quia quamvis non est fundatum in scriptura
vel determinacione ecclesie in hiis que sunt fidei, hec quia fideles
debent eam contempnere, et hunc hamo credendo vel discredendo non in
dictam errorem. Sed illa quam prius posita, scilicet ex scriptura expresse non
habemus, nec ex determinacione ecclesie, quod Christus in illa ultima cena plures
quam xii apostolos communicavit, ergo in illa ultima cena non communicavit plures
quam xii apostolos, verum est quod non valet. Ista tamen bona est: Scriptura expresse
non habemus nec ex determinacione ecclesie nec ab aliquo doctore
katholico credibili posita in tali suppositione, ergo non est verum quod Christus in
illa ultima cena plures quam xii apostolos communicasset, quia ex tali suppositione
et sic illud ante est verum, igitur et consequens, ex quo sequitur quod consequens illarum
apostoli non gesserunt vicem tocius communitatis fidelium — Circa hanc conclusionem pressam patet, quod in illa ultima cena Christi apostoli non gesserunt
vicem et figuram tocius future communitatis fidelium usque ad consummacionem
seculi in suscipiendo corpus et sanguinem Christi sive corporis et
sanguinis Christi sacramentum sub utraque specie, sed solum gesserunt vicem
et figuram officium futurorum sacerdotum usque ad consummacionem seculi.
Contra hoc arguunt hussite — Sed contra hanc hussite multipliciter arguunt, probare volentes quod
apostoli domini in cena gessissent vicem et figuram tocius future communitatis
fidelium. Et primo arguunt sic: Apostoli tunc suscipientes sacramentum sub utraque
specie habuit se per modum gregis spiritualis et non per modum pastoris
sive sacerdotis, quia quamdiu grex spiritualis tunc pascebatur a pastore
et summo sacerdote, et non ipsemet grex tunc pascebat, ergo tunc
illa turba discipulorum habuit se per modum plebis, que pasci debet
Responsio — et non per modum pastorum qui active pascere debent. Ad hoc dicitur
quod sicut hodie omnes episcopi et sacerdotes vel papa habent se per modum
gregis spiritualis, et tamen sunt pastores, sic apostoli tunc suscipientes
sacramentum sub utraque specie habuit se per modum gregis spiritualis respectu
Christi, et erant pastores futuri, quia tunc Christus eos communicando pastores
instituit, eo quod tunc eos episcopos et sacerdotes ordinavit et consecravit
et ergo per modum pastorum tunc eos communicavit, et in hoc plus
differunt a pastoribus presentibus, quia isti actualiter pascunt, illi autem
non actu tunc pascebant, quod sacramentum sub utraque specie tunc suscepissent
sed tamen tunc ad pascendum erant a Christo instituti. Et contra hoc probat
quod apostoli tunc suscipientes sacramentum sub utraque specie gessissent vicem
future plebis et laicalis. Sed hec ex solucione et ex prius dictis
2m — patet quod gesserunt vicem solum sacerdotum officium. Secundo arguunt sic:
Responsum verbis domini Jhesu Christi quibus dicit alloquendo discipulos consecravit
et instituit hoc dignissimum sacramentum utriusque speciei, precepit primitive
ecclesie ante adventum domini nostri Jhesu Christi consecratum hoc sacramentum
et ministravit plebibus iuxta quem ritum adhuc consecracionem eu
kanonice observandam. Igitur dominus Jhesus per hec consecracionis verba
alloquendo apostolos alloquebatur futuram plebium turbam, hoc autem
tunc ante sicut patet, quod alii sacerdotes in Canone
misse ex verba sacra domini Jhesu Christi non solum consecrent eucharistiam
et plebi ministrarent, per verba Christi dicta ad discipulos

ne sumserunt dicta ad futuras plebes in discipulis designatas. Secundo
concludo quod ex verbis quibus dominus allocutus discipulos instituit et
instituit hoc sacramentum utriusque speciei, contra primum. Certum autem est quod dominus
dominus Jhesus Christus tradidit sub utraque specie ad sacramentum, sed quod plebi ministrasset
sub utraque specie, quod autem Christus hoc negat, quod si sic tunc quod in institucione
vel precepto hoc sumserunt, quod est falsum, quod hoc Christus non instituit nec
precepit ut infra patebit, contra probacionem 2e conclusionis, sed quod aliqui plebi
ministrabat sub utraque specie hoc sacramentum, hoc fuit ex devocione vel sim-
plicitate vel ex errore, ut Nestorius et Pellagius, et de hiis
infra dicetur in 2a parte, tamen de ritu et consuetudine ministrandi hoc sacramentum
primitive ecclesie dicetur, si quis fuit. Nam tunc dicit quod ritus iste primitive
ecclesie ministrandi plebibus hoc sacramentum sub utraque specie ecclesia
diminuit et diminuere potuit, prout infra dicetur contra probacionem 2e
conclusionis. Et patet quod hoc, quod licet ecclesia seu summus pontifex, non
possit aliquid statuere circa formam consecrationis sacramenti, tamen circa
usum sacramenti potest statuta pia ponere, sed quod complures vel sacramentum
debeat. Et racio hujus est, quod primum est ab ipso deo, 2m vero pertinet
ad ipsos ministros ecclesie. Et patet per beatum Thomam in 3a parte Summe sue
et Hoppium ar. iijo in solucione viij arti, ubi sic dicitur quod dispensacio
sacramentorum pertinet ad ministros ecclesie, sed consecracio eorum est ab ipso
deo, et ideo ministri ecclesie non habent aliquid statuere circa formam con-
secracionis, sed circa usum sacramenti et modum celebrandi, hec ille.
Sed ea que ab ecclesia statuuntur ab ipso Christo ordinantur, ut dicit
beatus Thomas in 3a parte Summe sue et Hoppium ar. iijo. Propter quod beatus
Thomas adducit illud Mt. xviijo: Ubicumque duo vel tres congregati
fuerint in nomine meo, ibi sum ego in medio eorum, ubi glo. or. dicit: In
omnibus que in iudicando aguntur in terra ad salutem hominum, assisto cooperator
hec glo. Sed quicumque prelati ecclesie conveniunt ad tractandum de hiis
et ad statuendum eaque sunt fidei vel ad salutem fidelium, qui id
in nomine Christi, ergo Christus est in medio eorum. Et sacerdotes in canone
misse, hii confirmant eucaristiam ministrantes plebi sub prima specie tantum
et soli sumentes sub utraque specie, nec verba Christi dicta ad dis-
cipulos sunt dicta ad futuras plebes sed solum ad sacerdotes suc-
cedentes in discipulis designatas, ut quod dictum. Tercio arguitur sic
secundum Augustinum libro de contemptu mundi: Quedam sunt precepta dei generaliter
ad omnes fideles, aliqua solum sacerdotes, ut sunt predicare, conficere
ministrare sacramenta, et cetera hujusmodi. Quedam generalia omnes sunt, ex quibus
unum est illud: Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, et
tollat crucem suam et sequatur me, et cetera. Sed illud sicut ergo sum Christi
dictum sive preceptum, si quis vult venire post me etc., dictum est discipulis
et non solum discipulis sed in eis toti congregacioni fidelium, et per quos discipuli
ut sic gerebant vicem tocius communitatis. Sic a pari discipuli domini suscipientes
dignissimum sacramentum sub utraque specie per modum congregacionis populi
suscipientes pascua suscepunt hanc institucionem de eucharistia
utriusque speciei non pro se solum sed pro tota communitate fidelium sic quod

modum gregis pastum susceperunt, et per quos in se suscipiendo passive gesserunt vicem future plebis, quod est similis. Respondetur quod id Si quis vult venire etc. non est preceptum sed consilium, sicud et illud Si vis perfectus esse, vade et vende omnia que habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in celo, et veni sequere me, Mat. xix°, ponit namque illud in libertate arbitrii. Unde glo. inter. super ibi Si vis etc. dicit, quia quod voluntatis est, hec glo. precepta autem et consilia non ponit in libertate arbitrii sed simpliciter precepit. Sed quod beatus Augustinus dicit id esse preceptum Si quis vult venire etc. hoc est intellectum quo ad viam perfectionis, que tamen in voluntate hominis posita est, unde beatus Augustinus in tractatu suo de assimulatione anime in fine dicit Tu qui iubente filio tuo perfecti estote, sicud pater vester perfectus est, scripto exhortante, ut ad perfectum statum omnibus modis tendere debemus, tendentes sine ductore errare possimus, optime considerant nobis in eo tua bonitas deus meus, quod eundem unicum tuum nobis ductorem tradere dignatus, ut nobis faceret et verbis viam perfectionis ostenderet ac doceret. Tu et eum ut eum confidenter sequerentur perfectionis testimonium perhibuisti dicens hic est filius meus dilectus in quo michi bene complacuit, ipsum audite. Propter hoc ut faceret voluntatem tuam, compendium vie perfectionis brevibus verbis, sed plurimum pondere, nobis ostendit dicens Si quis vult, hec ille. Ulterius concessum est hoc Si quis vult ve. etc. dictum est discipulis et non solum eis, sed in eis toti cristianitati fidelium. Sed tunc nec datur quod ergo a pari sicud a solis discipulis domini susceperunt dominissimum sacramentum sub utraque specie per modum gregis pupilli etc. quod discipuli non susceperunt dominissimum sacramentum sub utraque specie per modum gregis pupilli etc. sed per modum pastoris ut dictum est, nec est ibi similitudo ut habetur ex glo. or. Luc. xiv° super illo Si quis vult venire etc. que dicit Sicut Sacramentum ad fidem dominice nativitatis vel passionis pertinet, quod institutum est ad memoriam dominice passionis, unde per apostolum i Corint. xi Quocienscumque manducabitis panem hunc et calicem domini bibetis, mortem domini annunciabitis. Et ergo susceptorum dominissimi sacramenti sub utraque specie solis discipulis apparuit cui vicem solum sacerdotum officium gerebant, unde quod dicit apostolus, dicit et beatus Paulus panem manducabitis, et calicem bibetis etc. Quod hoc sit intellectum infra patebit. Quarto arguit per Augustinum super Iohannem omelia dicit, quod Petrus significavit totam futuram ecclesiam militantem edificandam super petram Cristum, quod sibi a domino erat dictum Mathei xvi°, tu es Petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Et per que Petrus gessit figuram sive vicem future ecclesie cristianitatis, sic a solo domino plures duodecim discipulis accipitur et bibitur quod hoc omnes, designat hoc future cristianitati, ecclesie et plebi, id est discipuli gesserunt vicem ipsius plebis future, eciam si discipuli tunc non gesserunt vicem future plebis in suscipiendo hoc venerabile sacramentum sub utraque specie, tunc et ideo nec gesserunt vicem ipsius ad suscipiendum tamen sub dicta specie corpus non datur vacua dominicalis, et per quos sicud nec esset sine dominicali in illa institutione cena dominice, quod sunt

plebs communicaret fideliter tunc sub prima specie, et si non fundaretur
communio sacramentalis plebis in illa institucione evvangelica divine cene, tunc
nescio ubi alibi in celebri certius fundaretur. Hec hussite. Sed dicitur
quod Petrus dicit est figura ecclesie, nec ideo quod gessisset figuram vel
vicem future ecclesiastice caritatis, et per consequens, licet ad duos dixerit: acci-
pite et bibite ex hoc omnes, dixerit hec future universitati ecclesie
et plebi, et ergo ibi nulla similitudo. Sed iste Petrus significavit tantum
eciam quod postmodum a Christo erat institutus caput ecclesie prout
dictum est superius in prima parte huius opusculi. Unde glossa dicit super
illud Luce xxii° Ego pro te rogavi Petre, ut non deficiat fides
tua, id est ecclesie tibi commisse scilicet Romane ecclesie, quia hec est causa quod
fides Romane ecclesie quam in ea Petrus plantavit sit semper duratura.
Hec glossa. Sed ad dictum, quod si apostoli tunc non gesserunt vicem cleri tunc
per idem nec gesserunt vicem populi ad suscipiendum tunc sub prima
specie, conceditur, sed tunc cum subditur et per consequens sic tunc non esset fundata
in illa institucione evvangelica divine cene, quod communis plebs communicaret
tunc sub prima specie, conceditur, quod in illa institucione divine cene non
esset fundata talis explicite sed bene implicite, quod communis plebs commu-
nicaret tunc sub prima specie. Et cum subditur et si non fundaretur communio sacramentalis etc.
tunc nescio ubi alibi in celebri certius fundaretur. Si nescis o hus-
sita, tunc nota ut sciatis, et lumine vere fidei capiatis, quod fidelis
plebis communicacio sub prima specie tantum scilicet panis in vera et solida
fundacione evvangelice fidei. Hanc facit ipse Ihesus Christus testante Johanne vi°:
Ego sum panis vivus qui de celo descendi, si quis manducaverit
ex hoc pane vivet in eternum, et panis quem ego dabo caro mea
est pro mundi vita. Ecce fundamentum solidum evvangelice fidei, quod ap-
probat, et de quo agentes reprobat cunctus laudabilis et pervetusta consue-
tudinis usus sancte matris ecclesie, atque predictorum verborum promissio et
precedens fidelis laudabiliter et salubriter omnes fideles communicant
solum sub prima specie scilicet panis, extra solum sacrificium altaris, preter
quod ex precepto Christi solum sacerdos vel sacerdotem sub utraque specie
et consecrandus et sumendus est Christus, vel sub eisdem speciebus simpliciter
libuit sacerdotibus sacramentaliter, et ista verba protulit Christus populo multa faciens
miracula de pane suo usque ad aliam clausulam eiusdem evvangelii, quam
dum litigabant ergo Judei, quomodo potest hic dare nobis carnem suam ad man-
ducandum, ubi et Judei de pane suo memoria, sed hoc solum manduca-
bant, nec credebant, et horrorem reputabant, quod dixit panis
quem ego dabo caro mea est pro mundi vita, et verba ista longe
ante dudum cenam agni paschalis dixit Ihesus protulit, et do-
cuit et publica professione veraciter stabilivit, dicens: panis
quem ego dabo caro mea est pro mundi vita. De quo scandalizabantur Judei, et filii discipuli, quod esus suo sui carnis pro-
latus esse deberet pro mundi vita. Quorum hussite manifesti

Fundamentum solidum quod fideles debent communicare solum una specie tantum

illam faciunt

vestigia ad predicandum sequuntur, dicentes, unde patet insufficiencia pro
illis qui iuxta fidem habere debent, quos hic Christus carnem suam ad dare
manducandum, sub sola specie panis sive sanguinem sub specie vini
Sunt quos nec Gregorium, nec Augustinum, nec Ambrosium, nec Jeronimum, sed
audi illum quem solum appellamus magistrum et dominum dicentem, Panis
quem ego dabo vobis caro mea est pro mundi vita, ubi futurum
dicit dabo, sed sacramentaliter ad tempus acceptum non iam sed tunc, quando
cum discipulis ultimam cenam pasche celebrante usque finem ex hac
mundo ad patrem, unde communi, ut sic vobiscum sum usque ad consummacionem
seculi. Caro mea est pro mundi vita, ubi vitam accipit pro
vivificacione fidelium sive spiritualem sive salutarem, unde manifeste constat
quod superius devota inepta zizania seminata ecclesie omnibus fidelibus sub
sola specie panis et sacramentale officium altaris solum. Ideo sit testa
sufficiat ad salutem, cum testimonio huiusmodi dampnabiliter vacillant. Et
ex illa institucione domini cene habetur expresse, quod soli sacerdotes
officiantes debent communicare sub utraque specie, et implicite habetur
ex illa eadem institucione, quod plebes communiter debent communicare sub una
specie tantum. Ex quo enim Christus promisit, in futuro fidelibus suis
dare panem qui est caro sua pro mundi vita, et hunc dare
voluit sacramentaliter prout dedit, et non alio tempore nisi in ultima
cena. Cum fideles domini sunt duplices distinctorum condicionum et offi
ciorum ac preceptorum, scilicet sacerdotes et plebes communes. Aliqua enim sunt
precepta specialia sacerdotum, licet aliquando sint communia omnium fidelium, prout superius
dictum est, et ex quo Christus in illa institucione domini cene
communicavit sub utraque specie, solum illos quos fecit sacerdotes scilicet
solum XII apostolos qui gerebant typum solum sacerdotum officiancium, prout
superius ostensum est, sequitur ipse Christus expresse et expresse quod
soli sacerdotes officiantes debent communicare sub utraque specie
et implicite autem, quod plebes que debent communicare sub una specie tantum, et
hoc quod promisit dicens Panem quem ego dabo etc., quemquidem panem
voluit ut omnes fideles sumant pro loco et tempore, dicentes, Cum
discipuli manducabant hunc panem scilicet pro loco et tempore vivet in eternum
Quasi diceret, Aliquos sunt, licet utrique manducaverint hunc panem
scilicet pro loco et tempore apto, non vivet in eternum. Ex quo patet quod ut
ex predictis patet, Dominus Jhesus voluit et instituit implicite in
illa cena domini, ut plebes que sacramentaliter carnem suam sub specie panis
tantum manducarent, non tamen sine potu salutari sanguinis sui quem
plebem communem potare voluit, spiritualiter sive invisibiliter sacramento
vini. Hoc sic patet, nam sanctus dicit Beatus Augustinus in libro de remedio penitencie
Crede et manducasti, quia racione eadem invisibiliter et fideliter
dicitur, Crede et bibisti. Et hoc sic deducitur, auctore pluribus sanctis
auctorum, nam Johannes VI, aliquibus dicentibus de turba, patres nostri
manducaverunt manna in deserto, prout scriptum est, panem de
celo dedit eis manducare, dixit eis, Amen amen dico vobis

non Moyses dedit vobis panem de celo, sed pater meus dat
vobis panem de celo verum. Panis enim dei est qui descendit
de celo et dat vitam mundo. Isti ergo non intelligebant spiritualem cibum
in manna prefiguratum, secundum quod de quo apostolus, omnes eandem escam
spiritualem manducaverunt, et omnes eundem potum spiritualem biberunt.
Bibebant autem de spirituali consequente eos petra, petra autem erat Christus. Hunc
cibum et talem potum non intelligebant illi. Iudei ergo dixerunt: panis
dei est qui de celo descendit et dat vitam mundo. Responderunt ergo
ei in carnis sensu sapientes: Domine semper da nobis hunc panem. Certe
carnales, credentes verbis domini Ihesu, et credendo petunt cibum vite
sub specie panis, nulla de potu facta mentione: Domine semper da
nobis hunc panem. Sed forte carnalis aliquis diceret: quemadmodum ante
pro apparuit cibum talis vel talis leguminis manducandum est quod et panem
non negabit plus dare. Ecce bene audivisti dominum apposuisse talibus
cibum vite sub panis specie, pariter, sed nequaquam neglexit eius cibum
et potum huic parum ministrare, et dare illis ad sufficientiam eius vite
spiritualis, dicens: Ego sum panis vite, qui venit ad me non esuriet;
et statim addidit et potum ad refocillandas animas plebium
fidelium dicens: et qui credit in me non sitiet umquam. Quod eius verbo
Ihesu Christo sepe, quod primum, sic quod catholice dicitur: crede et manducasti,
ita crede deum credere et bibisti. Et hic est salutaris potus sanguis
Christi fidelium plebium spiritualiter sumpti cum corpore domini corporis sub specie
panis sumpti sacramentaliter. Et ideo Ambrosius cantat in ympno sic
dicens: Christusque nobis sit cibus, potusque noster sit fides, leti bibamus
sobriam ebrietatem spiritus. Sed post ista verba, scilicet panis quem ego dabo caro
mea est pro mundi vita, litigabant Iudei: quomodo potest hic nobis carnem suam
dare ad manducandum? Dixit ergo eis: nisi manducaveritis carnem filii
hominis etc. Istis ergo verbis nichil perceperunt Iudei nec [illegible]
posset eis modo manducandi carnem suam, sed istis dictis auditis
magis movebantur, ut dicit glosa ordinaria super Iohannem verbo: panis
quem ego dabo caro mea est pro mundi vita. Io. vi. quia
sit panis determinat, non solum secundum illud quo vivit anima, sed etiam
secundum carnem assumptam pro mundi vita. Humana enim caro que erat
per peccatum mortua, carni eius munde unita et incorporata tamquam unum
effecta vivit de spiritu eius, sicut vivit corpus de spiritu suo. Qui
vero non est de corpore Christi non vivit de spiritu Christi. Qui autem Iudei
non erant per hanc unitatem, litigabant, nec talibus exponuntur
quomodo dominus carnem suam dat ad manducandum, sed audientes verba
magis movebantur nisi manducaverint. Hec glosa. Et hac de causa [illegible]
plus dicet. Quarto arguit per Marc. xiiii. apostolus quod 4to arguit
vobis dico omnibus dico. Notandum est quod hoc dixit eius futuris [illegible]
et quod quis [illegible] in hac institutione [illegible] bibite ex hoc omnes
dixit generaliter omnibus posteris fidelibus qui hoc sacramentum voluissent
specialiter quemadmodum sumere habere [illegible] et ipse apostolus. Respondeo

q debet intelligi sic Quod vobis dico precipue quando/ quia precepta
generalia sunt quando per pronomen precepta apostolis/ precepta sunt omnibus
futuris in eis/ et tale sunt illud preceptum quod dicit Quod vobis dico
omnibus dico/ ut patet per glo/ vult per dicit/ hac fine concludit sermonem
ut quod omnes preceptum novissimi/ per primos audiant/ hugo.
Et ibi quod loquitur est de die iudicii/ quod patet ex textu eodem/ Illud
autem quod in illa institutione cene dixit bibite ex hoc omnes
non dixit hoc quando ad omnes sed solum ad apostolos in persona omnium
sacerdotum/ ita quod proprie dixit hoc solum ad xii tunc ibi collectos
per eos designans futuros sacerdotes/ Patet quod hoc sit verum quod (?)
dixit solum hoc ad illos/ tunc ibi collectos/ testante Marco
capitulo xiiii/ biberunt ex eo omnes/ i. illi xii apostoli/ et non plures
alias evangelista dixisset falsum de preteritis/ quod est erroneum/ quia contra
dicit Christum/ quia hoc non potest intelligi distributive ad omnes preteritos
quia multi ante passionem domini sunt mortui/ qui non biberunt
nec manducaverunt corpus et sanguinem eius sub utraque specie/ et tamen
quod constat salvati sunt ut patet de pueris occisis per herodem/ de sancto Johanne
baptista et de aliis multis/ nec ad omnes presentes/ quia multi non fuerunt
vocati ad illam cenam et sunt salvati/ sicut patet de matre domini et
aliis de quibus prius dictum est/ nec ad omnes futuros/ quia
multi post Christum sunt salvati et nunc salvantur/ non manducantes
nec bibentes corpus et sanguinem eius sub utraque specie/ ut patet
de latrone dextro in cruce/ et de pueris decedentibus post baptismum quibus
non debet dari hoc sacramentum ut probabitur infra in 2a parte/ licet hussite
dicant oppositum/ et ergo hoc solum dixit ad omnes illos tunc ibi collectos
non tamen solum ad presentes/ exclusis absentibus futuris/ sed in persona
omnium futurorum sacerdotum/ modo prophetico/ quia aliquando per preteritum loquitur
sicut de futuris. Sexto arguitur sic Christus Mathei ultimo dixit
discipulis/ Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi/ non solum hoc dixit
illis xii apostolis/ quod illi non debuerunt nec esse potuerunt in hac mundo (?)
mortali vita usque ad consummationem seculi/ ergo sicut in dicendo eis
sunt hoc dixit futuris electis usque ad consummationem seculi/ et per
quos discipuli gesserunt vicem aliorum electorum/ ergo sub utraque specie
ad et una sine alia non dando/ instituit se porrigendum (?) electis
sumentibus sumendum sub utraque specie. Respondetur/ secundo quod sic
addo verbum sed usque ad consummationem seculi dixit omnibus futuris electis
et quod tunc discipuli gesserunt vicem omnium electorum. Sed cum dicitur/ cum
est verbum de sacro utriusque speciei ingerando est hoc/ quia sicut patet per glo.
ordinaria super illud alterum hic ... super verbo Et quibus voluit venire post
me etc que dicit/ que ad fidem ... vel passionis post
solis corporum discipulis apparuit/ nec sacramentum utriusque speciei patet
ad sic passionis/ quia ad memoriam passionis institutum est
prout supra dictum est etc. Sed hoc quod dixit dominus vobiscum
sum usque ad consummationem seculi ut glo. intelligit de divinitate filii
doctores glosant per gratiam/ modo et nunc electis cum divinitate

vel alias per graciam, non pertinet ad fidem nativitatis vel passionis
quia si nunquam fuisset natus vel passus, adhuc divinitate vel
per graciam potuisset esse non electus, et ideo hoc non dixit solis xij
apostolis, sed hoc dicendo eis dixit omnibus futuris electis, sic
autem non est de sacramento utriusque speciei, quod instituit porrigendo
solis apostolis sumendum a solis sacerdotibus quorum vicem gesserunt
tunc apostoli et non futuris communicantibus quia hoc sacramentum pertinet ad fidem
passionis, et ideo solis tempore discipulis apparuit et non aliis
quam apostolis eo quod tunc illis instituendo hoc sacramentum porrexit
prout superius ostensum est, et ideo illa quam non est que hic instituit
et ideo populus porrigens verbum sacramentum eis sub utraque specie et
patet ex dictis ¶ Item husite sic dicunt quod floruit martirum sic 1º argumentum
sancti hanc institucionem a Christo sic intellexerunt, ideo sic populis porrexit
hoc sacramentum sub utraque specie, cum intellectum sanctorum sic a Christo Ihesu
tenditur multo amplius est fidelibus standum quam alicui glose doctorum
doctoris ¶ Respondetur non dicunt husite ubi floruit aliquis quod ullus
apostolorum communicavit populum quemquam sub utraque specie nec Paulus et solum de
duobus martiribus legitur scilicet Donato et Cypriano qui sic populum de sancto Donato et Cypriano qui
quemquam sub utraque specie communicavit licet ipsum in scriptis suis alle quamvis populum communicarent
gant multos sanctos, ut Augustinum Iohannem Gregorium Ieronimum tamen multos quos nec sic licet sub utraque specie
sinistre intelligunt ad suum sensum proprium trahentes prout de hijs
et de omnibus iam supradictis infra patebit in 2a parte ubi de scriptura
circa agetur, et scripta omnium doctorum per eos allegatorum elucida
buntur, nec illi martires institucionem illam ad communicandum sub utraque
specie intellexerunt a Christo Ihesu vel a Christo sic, quod Christus hoc non
instituit nec precepit sicut patet ex predictis et patebit infra in
probacione 2e conclusionis ¶ Sed illi martires hoc fecerunt ex quadam
simplicitate et devocione sed per visionem dei miraculorum ab illa
communicacione populum sub utraque specie sunt revocati ut cessarent
ab eadem, quod et cessaverunt statim visis miraculis que eis circa
talem communicacionem acciderunt, nam legitur in legenda sancti
Donati ¶ Cum autem quadam die missa celebrata populus communi
caret et dyaconus communicantibus sanguinem Christi ministraret subito
paganorum impulsu dyaconus cecidit, et calicem sanctum fregit,
de quo tam ipse et omnis populus plurimum mestus esset Donatus frag
menta calicis colligens oracione ipsum in formam pristinam reformans
restauravit, et hoc idem dicit beatus Gregorius in libro dyalogorum ¶ Sed
tempore sancti ¶ Cypriani hoc accidit circa predictam communicacionem
sub communicata quod pagani quadam puella venit singultus
et vomitus in corpore atque ore violatis, eucaristia permanere
non poterat ut dicit beatus ¶ Cyprianus epistola 3a de lapsis ¶ Similibus miraculis
revelatis scilicet Christi vult quod non esset voluntas quod communicarent populum quem
sub utraque specie communicavit, et preterea nullus de suo populo

sub utraque specie communicavit, quia non legitur post pentecosten aliquem sic communi-
casse. Sed husite contra hoc possent arguere, immo eis falso et
consueto, quod non sic, non legitur quod post illa miracula aliquis de communi
populo sub utraque specie communicasset, ergo post illa miracula nullus communi-
cavit sub utraque specie de populo communi. Secundo dicitur, quod unde est quod
non sequitur, scriptum habetur in [illegible] in scriptura, non est compertum nec ab
aliquo doctore catholico ab ecclesia approbato dictum, verius
posuit in 7a propositione quod post illa miracula communicasset aliquis sub
utraque specie de populo communi, ergo non est verum quod post illa miracula
aliquis communicassent sub utraque specie de populo communi, quod est contra 7am propositionem
et totum [illegible] contra verum per [illegible] probat posuit in 7a propositione. Ex quo
ulterius sequitur quod illatum fuit quod post illa miracula non communicavit de

Replicacio contra [illegible] [illegible]

Sed contra husite sic arguunt: Non est credendum quod tam magni
sed mire ad tantum spiritu dei illustrati et dotati admitterent plebem
dei simul sacramentum [illegible] sub specie vini, quod non debet, nam ex quo [illegible]
pro grandi peccato computat, admittere vel permittere plebem ad bibendum
sacramentum [illegible] sub specie vini, tunc utique ipsi estimatores [illegible]
grandi peccati fuissent, tam magnus [illegible] et vere pastores
gregis domini, quod admiserunt plebem bibere sacramentum [illegible] de calice sub
specie vini. Et si fuit dotatus in hac tam gravi peccato deliquisset
tunc indubie non fuisset indigens quod deo faciendi miracula ad
restaurandum calicem [illegible] sacramentum [illegible] nec propter hac tam grande
peccatum [illegible] appellantur. [illegible] quod licet sed mire predicti
fuerint multum illustrati et dotati spiritu dei, non tamen omnis dei voluntas
nec omnia iudicia dei, que sunt abyssus multa, erat eis nota, quod hoc ulti-
mum est datum [illegible], immo nec angelis, nam inter angelos
bonos dicitur esse pugna et discordia sine peccato, et non ex alio, nisi
quia divina voluntas non est eis nota. Unde Danielis 9o dicitur: Ecce
Gabriel angelus quem ego videram in visione a principio volans
tetigit me in tempore sacrificii vespertini, et dixit mihi, nunc egressus sum
ut docerem te, noli timere, quia ex audita sunt verba tua, et ego
veni ad liberandum populum tuum propter sermones tuos. Princeps autem regni
Persarum restitit mihi xxi et uno diebus, et nullus adiutor meus
est in hoc, nisi Michael princeps vester, nunc tamen [illegible] ut [illegible]
[illegible] principem regis Persarum. Fuit autem hec discordia et
pugna inter illos angelos bonos sine peccato et tamdiu du-
ravit, quousque voluntas divina eis fuit revelata. Et fuit
ex hac illa pugna, quia angeli boni preerant duobus regnis
et duobus principatibus, et quilibet angelus vult salutem populi cui pre-
est. Ad hanc sunt deus [illegible] gloriosus constituit angelos prelatos
hominum ut eorum salutem procuret. Angelus ergo qui preerat populo Persarum
vel babilonicorum, in quorum captivitate iudei erant detenti propter eorum
peccata, angelus bonus erat et probabat eos ut dimitterent ydola, et
adorarent verum deum, et angelus qui preerat populo iudeorum etiam

boni angeli erat / inter quos dicitur pugna et discordia / quia angelus
iudeorum volebat liberare iudeos de illa captivitate ad preces
danielis / et aliorum sanctorum / sed angelus persarum hoc impediebat / quia videbat
provenire salutem persis / ex residencia danielis et aliorum iudeorum
bonorum ibi / nam daniel propter peccatum sanctitatem / Bel quod erat ydolum
ipsorum destruxit / et predictum occidit / ac draconem interfecit / necnon
ipse eciam socios liberavit erat de fornace ignis ardentis / et de lacu
leonum illesus loco corporis intromissi fuit et quampluta et multa per se
Regi babilonis predixit et sapienter interpretatus est / propter quod ibi omnia
credendum est / quod multi de illis persis conversi sunt ad deum / sed angelus
eorum qui preerat eis / impediebat iudeorum liberacionem / tamdiu quo
diutius duravit ista pugna et ista discordia / inter istos angelos
bonos scilicet donec quod divina voluntas voluit super hoc declararet /
que declaravit et voluit liberacionem iudeorum / non enim ut dictum est
omnia dei iudicia que sunt abyssus multa non sunt angelis ¶ Ita
eciam bonos potest velle et procurare / salutem populi sui / cui preest / supposito
quod deo placeat / et talis pugna data / quia unus angelus vult unum aliud / contra
dum durat donec divinum beneplacitum revelatur eis et manifestetur
¶ Ista eciam sicut dictum sub predicta voluntate quod de communicacione plebis quam
liberaverunt facta / tamdiu communicaverunt ipsam sub utraque specie / eciam ante vo
luntas quod fuit eis revelata et manifesta per ecclesiam pena pro qua ab
illa communicacione nullatenus cessaverunt / nec ... sed inventos ... quo
tandem plebem sub utraque specie permiserunt / quia hoc non fecerunt temera-
rie nec ex pertinacitate sed ex simplicitate et devocione quibus vo-
luntas dei super hoc fuit incognita / pati ... sancti ... voluntatem
dei eciam cum agnoscerent / quia ... pro ... agnoverunt / propter quod a
communicacione ... sunt revocati ¶ Unde legitur genesis xx° quod ¶ Abime-
lech tulerat ¶ Saram uxorem abrahe / ad quem deus venit nocte in
sompnis et dixit ei / ¶ Ecce morieris propter mulierem quam tulisti / cui Abime-
lech dixit ¶ In simplicitate cordis mei et mundicia manuum mearum
feci hoc / dixitque ad eum dominus deus / et ego scio quod simplici corde
fecisti / et ideo custodivi te ne peccares in me ¶ Sic dicam potest de sacer-
dotibus quod dominus deus custodivit eos a peccato / quia in simplicitate cordis
et mundicia manuum suarum plebem sub utraque specie communicaverunt / diligit
enim dominus deus simplices / propter quod psalmista ... ubi dicitur ¶ Precio dominus deus
quod plebs tanta et simplicitatem diligit et protegit ... simplici
... ubi glosa ... simplices ¶ Non sic autem est de hussitis qui
ex pertinacia / plebem communicaverunt / resistentes legi divine nec
ecclesie declaracioni / innitentes sue prudencie / et qui sunt sapientes apud
semetipsos contra illud proverbiorum iii° ¶ Ne innitaris prudencie tue / ubi glosa or-
dinaria / prudencie sue innititur / qui ea que sibi agenda vel vitanda videntur
patrum decretis preponit / ¶ Iste sapiens apud semetipsum est qui in illis
que ex prius magisterio potuit recte cognoscere sunt pertinaces ex doctore
contradicunt ¶ Et ita est in hussitis / et ex hoc ut credo inciderunt
in errorem magis quam ex alio ¶¶ Contra hussitas arguitur ¶ In viii° argumento

Si in cena domini laici non fuerunt, et per consequens nec in cena laicis dedit Christus hoc venerabile sacramentum sub utraque specie. Et ex hoc sequitur quod usque ad diem iudicii in futurum non est dandum hoc sacramentum sub utraque specie ipsis laicis. Item ex eadem racione sequitur quod usque in diem iudicii hoc sacramentum sub prima specie debet porrigi laicis. Respondetur hoc non sequitur, quod ex eadem racione sequitur quod nec sub prima specie deberet dari laicis. Et quod dicit ob hoc quod non debeat Christus porrigere sub prima specie, cum laici non fuerint nec tunc Christus dedit laicis sub secunda specie, hoc conceditur, et ideo inferunt ergo non est fundatum in lege Christi quod etiam laicis sub prima specie debet porrigi umquam dari hoc dignissimum sacramentum, quia hoc est heresis, sed illa quam [illegible] quod fundatum sit in lege Christi quod laicis debeat hoc dignissimum sacramentum sub prima specie tantum, scilicet ex superdictis. Et cum ultimo dicunt, unde dicit dando discipulis, intendebat instituere hoc futuris communitatibus fidelium utriusque sexus sive laicorum sive clericorum indistincte quorumcumque statuum sine acceptione personarum. Conceditur, quod Christus dando discipulis, non debebat instituere hoc futuris communitatibus fidelium utriusque sexus sive laicorum sive clericorum. Sed non quod indistincte, quia Christus dando discipulis, explicite instituit, [illegible] clericis dandum sub utraque specie, et implicite laicis sub una specie tantum scilicet panis ut ex superdictis, et sine acceptione personarum, quia apud Christum non fuit acceptio personarum, unde Matthei xxii° pharisei dixerunt ad Christum Non respicis personas hominum, ubi glossa interlinealis dicit indifferenter doces divites maioribus et minoribus, nec per instituendo clericis sub utraque specie et laicis sub una specie, apud Christum fuit acceptio personarum, quia tunc per instituendo dari laicis sub una specie tantum scilicet panis, optimum clericis in sacrificio altaris sub utraque specie scilicet panis et vini, quia laici sub una specie sumunt Christum et non plus, et ita eciam clerici sub utraque specie non plus sumunt quam Christum, ut infra probatur. Ergo ibi non est acceptio personarum. Sed ultimo hussite dicunt, Ille enim magnus sanctus Paulus non diceret Ego enim accepi a domino, quod et tradidi vobis, nisi per Christum scivisset quod illa que Christus dixit, et instituit apostolis in cena, hoc dixit et instituit futuris communitatibus indistincte quorumcumque statuum sine acceptione personarum. Conceditur quod beatus Paulus hoc dixit et instituit futuris communitatibus non indistincte sed distincte, quia sacerdotibus sub utraque specie, et laicis sub una specie tantum scilicet panis, quia sic instituit Christus ut ex superdictis. Et hoc beatus Paulus accepit a domino et tradidit futuris communitatibus sine acceptione personarum, ut infra probabitur 1a 2a parte. Item hussite allegantes Bedam in actis apostolorum in cap. [illegible] super id [illegible] Christum:

9a argumentum ex Beda

Hec sunt verba que locutus sum vobis, cum adhuc essem vobiscum. Velut per locutiones [illegible] apostolos de misteriis fidei diligenter instruere curavit, ut tanto certius hanc mundo predicarent, quanto eam ab ipsa veritate ore percepissent, et propheciarum ore iam dudum designatam fuisse cognoscerent. Respondetur cum post verba hussitis inscripta hec quod non in evangelio legitur audivimus: Hec sunt verba que locutus sum vobis, cum adhuc essem vobiscum, et [illegible] sunt

ad hec vobis corpus corruptibile ac mortale gestarem, quia necesse est
adimpleri omnia que scripta sunt in lege Moysi et prophetis et psalmis de
me impleta dicit de se sacramenta, que Moyses et prophete et psalmi
predixerunt. Unde lucido patet quod una est ecclesia in omnibus fidelibus eius eadem
fides electorum omnium precedencium videlicet et subsequencium carnalem eius ad-
ventum, quem nimirum sicud nos per fidem preterite incarnacionis passionis
ac resurreccionis illius salvamur, ita et illi futuram ipsam resurreccionem passionem
ac incarnacionem fidelissime credentes, per eundem vite auctorem se salvari
sperabant. Quod bene duo viri illi qui botrum de terra repromissionis ad
populum in desertis cooperatam in vecte portabant insinuant. Botrus
quippe vecti impositus, dominus est in cruce exaltatus, qui dicit ego
sum vitis vera. Et alibi poculum discipulis porrigens, hic est inquit
calix novi testamenti in meo sanguine, qui pro vobis fundetur. De quo
eciam Botrus cypri inquit dilectus meus michi. Portant autem
in vecte duo viri botrum, per quem populo ubertatem terre repromissionis
asserunt, quia predicatores utriusque testamenti gloriam patrie celestis duo viri
laute dederunt [illegible] passionis illius archanum populis intimare non
cessant, quos per hec communi passi, quanta fidelibus premia dabuntur
sunt in celis, qui pro illorum salute filium suum unigenitum passurum
misit ad terras, et cetera ibidem. Et post quedam subdit Beda. Nichil
ad propositum, nec presumendum quod Bethania in latere montis Oliveti posita
narratur. Porro cum Bethaniam obedientem dominum mandatis eciam
ita mons Oliveti ipsam redemptoris nostri personam multum decenter
exprimit, que in carne apparens, et altitudine dignitatis et spiritualis
gracia virtutis cunctis qui fuerunt fuerunt et sunt sanctis antecellit. Unde
et illi canitur in psalmo Unxit te deus deus tuus oleo letitie
pre consortibus tuis, et ipse fons eciam fuit sicut quondam terre testatur
eiusdem sancte unccionis munus suis compatibus hereditatis fidelibus promisit, non
multo post tempore sed novissime quod promiserat misit. Sed aut debeat audiri
quod dominus abcedit a sancta ecclesia in eiusdem montis Oliveti sit latere
constructa legamus [illegible] Joh. ubi passione illius completa in cruce
unus militum lancea latus eius aperuit, et continuo exivit sanguis
et aqua. Hec eternim sacra sunt quibus eciam in Christo nascitur et
nutritur, aqua videlicet baptismatis, qua abluitur a peccatis, et sanguinis
calicis domini quo confirmatur in bonis. Hec verba Bede. Sed hii sunt
sunt hec omnia vera, et sunt contra a hussitis propter hec nullum
oblatum, et sanguinis calicis domini quo confirmatur in bonis. Ideo quos prius
inficiunt venenum sic dicentes. In quibus verbis vacat eciam
hic omnium doctorum, omnis ecclesie tempore est votis prius Petrus, iuxta
illud allegandum supremus Ysaye [illegible] qui ecclesia ut dicit Beda, sanguine
sanguine calicis domini in bonis confirmatur propter quod confirmacionem in bonis
nimis [illegible] fidelium laicorum debet accedere ad preciosum calicis sub specie
vini iniuriam aut magnam faciunt sacerdotes laicali [illegible] eo
[illegible] est in eis, auferunt sibi tam magnum bonum salutis. Hec
hussite. Respondetur quod eciam sanguine calicis domini confirmat

in bonis solum in consecracione et oblacione et non in communione
simplici laicali sub specie vini, quia calix domini offertur pro ecclesia
et pro peccatis omnium fidelium, non autem per a laico sumitur, sed pro ecclesia et pro
peccatis omnium fidelium, hoc patet quia hoc, quia hoc sacramentum sumptum a sacerdote
conveniente non solum prodest sacerdoti, sed eciam omnibus christi fidelibus. Sed hoc sacramentum
sumptum a laico, vel a sacerdote non conveniente solum prodest sumenti, secundum
et alia sacramenta solum prosunt sumenti, sicut dicit lyra super illud Joh vi^o nisi
manducaveritis carnem filii hominis etc, quia alia sacramenta solum prosunt su-
menti, sicut cum baptismum recipit gratiam baptismalem, et nunquam alii. Sacramentum
autem eukaristie non solum sacerdoti, sed eciam toti ecclesie, et eciam illis qui sunt
in purgatorio. Cuius racio est, quia eukaristia non solum est sacramentum sed
ecclesie sacrificium misticum continens christi passionem, et proficiens omnibus
fidelibus. Si autem quidam alius sumit contra sacrificium scilicet a laico, tunc
prodest solum sumenti, quia eius officium non est offerre sacrificium. Hec ...
Et beatus Thomas in 3a parte summe sue q. lxxix ar. vii^o in corpore
principali dicit, quod sacramentum non solum est sacramentum, sed eciam est sacrificium
misticum cum in hoc sacramento representatur passio christi in qua christus obtulit se
hostiam deo patri ut dicitur hebre v^to. habet enim verum sacrificium misticum
unde hoc sacramentum traditur sub visibili specie hoc racione sacramenti. Hic igitur
hoc sacramentum sumentibus quidem prodest per modum sacramenti et per modum sacrificii
quia pro omnibus sumentibus offertur. dicitur enim in canone misse ut
quotquot ex hac altaris participacione sacrosanctum filii tui corpus et
sanguinem sumpserimus omni benediccione celesti et gracia repleamur. Sed
hiis qui non sumunt prodest per modum sacrificii et non per modum sacramenti
misticum pro salute eorum offertur, unde et in canone misse dicitur
memento domine famulorum famularumque tuarum pro quibus tibi offerimus
vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis pro se suisque omnibus pro
redempcione animarum suarum pro spe salutis et incolumitatis sue. Et utrumque
modum dominus expressit dicens: qui pro vobis scilicet sumentibus et
et pro multis aliis effundetur in remissionem peccatorum. Hec beatus Thomas. Et lo-
quitur de sumentibus et offerentibus ut verbis suis et ita est dicendum ad dictum
intelligi in canone ut supra etc. Ex hiis patet quod communicacio in bonis
non ... fidelium laicorum ... ad ... calicis sub
specie vini nec sacerdotes faciunt iniuriam laicali communioni non dantes
sibi calicem domini sub specie vini, quia nullum bonum salutis eis
per hoc auferunt, quia sub specie panis iuxta institucionem domini dat
eis corpus et sanguinem christi sibi sumentes ac afferentes sub utraque
specie, quia dominus Jhesus manducatum et bibitum corpus et sanguinem
suum sub duplici specie sacramentalis instituit solum in oblacione sive con-
secracione et immolacione, et non in simplici communione, ut patet per glosam domini
super illud levit. viii^o. vitulum pro peccato duobus arietes etc, que dicit
christi passio signatur, qui est dux populi sui. Duo autem duo arietes in
holocaustum, quia cum his nobis misterium sue passionis committit primo
quod agimus misterium in cena precedit, secundo quod eadem misteria in panis
et vini et consecracione instituit. Hec glosa. Cuius racionem assignat Gregorius
et habetur de conse. di. ii. c. cum et sanguinibus. Et de. ...... c. ut
sub figura christi corpus sicut se corpali ab hoc seculo processurum

Racio quare sacerdos sumunt
sub ... laici sub ... ...
...

ad preces et homines graviter peccare vel in peccato invidere, et ipse dicto
modo non sunt pro peccatis unde relinquit post se salutare solamen, consolationem
et medicinam peccatoribus corpus suum offerendum in altari pro remissione
peccatorum omnium fidelium ob memoriam sue passionis et sanguinis eius effu-
sionis sub duplici specie ut duplex memoria sui habeatur, scilicet sui corporis in cruce
immolati sub panis specie, et sanguinis effusi sub vini specie. Manduca-
tio autem et bibitio extra officium non sunt in remissionem omnium peccatorum
sed solum ut possit sumptum sacramentum recipere. Ideo talis sumptio non recipitur
apud laicos sub duabus speciebus, sub quo ipsorum peccata non sunt de remissione
peccatorum omnium fidelium. Sufficit ergo laico vel sacerdoti non celebranti sub una
specie scilicet panis corporis et sanguinis habere memoriam et non sub specie vini.
Ex hiis patet ratio quare soli sacerdotes debent communicare sub utraque specie et
communes simplices sub una specie tantum. Hec qua ratione hussite multum vexantur
et de hac infra magis patebit. Alia ratio potest assignari quare soli sacerdotes
celebrantes debent hoc sacramentum dividere sumere sub utraque specie et non laici. Et
est ista quia sacerdotes sunt vicarii christi, ut patet glosa Nicolai super 10 Levitici
Cur non comedistis hostiam pro peccato que data est vobis, glosa vicarius
christi. Item glosa Nicolai super ad Levitici 1. Et offerent filii Aaron sacerdotes. Et
dicitur mistica sacerdos verus christus, unde vos estis genus electum regale
sacerdotium. Hec glosa. Ideo sacerdotes ut innuant mortem christi in qua sanguis
separatus a corpore christi, offerunt et sumunt sub duplici specie corpus et
sanguinem christi, quia sic christus instituit, eo quod solis apostolis in ultima
cena sumendum tradidit, quorum vicem cum sacerdotum tenent successores
ut predictum est. Sed laici non sunt vicarii christi, ut hoc non habetur ex scriptura.
Et possunt probari ex dicta suppositione, et tunc se digne suppositum, utrumque
de veritate corporis et sanguinis sub specie panis accipiunt quia presbyteri et
laicis sub specie panis non sumunt aliud nisi christum, et ita et sacerdos sub
utraque specie non sumit nisi christum, ut sanctus dicit magister in quarto distinctione 9. Quia
tantum est sub una specie quantum est sub utraque specie, et sic qui sumunt
tantum sub una specie non minus sumunt quam ille qui sumit sub utraque specie, et qui
sumit sub utraque specie non magis sumit quam ille qui sumit sub una specie tantum
quia utroque non aliud sumit nisi christum. Unde patet quod laici sic communicando sub
una specie tantum sumunt perfectum sacramentum et utique salutare quo ad efficaciam
in eo quod sumunt corpus et sanguinem, et sumunt perfectum, patet per beatum thomam in 3a parte summe
sue q. 80 articulo 12 in quo dicit quod perfectio sacramenti consistit in corpore
et sanguine, et ideo ergo ad sacerdotem pertinet sumere hoc consecrare et consumere, multo
non dicit quod corpus christi sumere sine sanguine, quia sumit corpus christi sine
sanguine tunc non sumit sacramentum perfectum, cum perfectio in utroque consistit
sed quia perfectio huius sacramenti non est in manducatione et potatione, sed
in consecratione materie. Ideo sine derogatione perfectionis huius sacramenti
populus sumit corpus sine sanguine sub specie vini dummodo sacerdos consecrans
sumat sub utraque, quia sacerdos in persona omnium sacrificium offert et sumit.
Hoc patet per beatum thomam ibidem in solutione 2i articuli ubi sic dicit: perfectio huius
sacramenti non est in usu fidelium, sed in consecratione materie, et ideo non
derogat perfectioni huius sacramenti si populus sumat corpus sine sanguine, dummodo

a a vo c 49

summe

sacerdos sumat utrumque. Et patet in solucione tercii articuli dicti. Quia
sacerdos in persona omnium sanguinem offert et sumit. Ex hoc patet quod ad
consecrationem istud sacramentum est perfectius sub utraque specie, hoc patet ex dictis,
sed quo ad sumentes perfectum est sub una specie, quia perfectio huius sacramenti
in corpore et sanguine consistit ut ex iam dictis patet. Sed primum sub una specie
sunt corpus et sanguis, et sunt totum perfectum Christi, ergo sub utraque
specie huius sacramenti continetur totus Christus ut dicit b. Thomas in 3a parte q. lxxvi
articulo 2. Et etiam sub utraque specie huius sacramenti est Christus perfectus ut
per eundem in scripto super 4to di. viii ar. 1o q. ii. Et in [illegible]
sub una specie tamen sumat utrumque sacramentum. Pro eo est ut secundum dicunt
doctores in 4to sen. di. viii. Duo sunt circa hoc sacramentum consideranda, primum est
eius efficacia, 2m est eius sufficientia, 3o aliquid pertinet ad integritatem
aut perfectionem huius sacramenti. Dicitur primo quantum ad efficaciam secundum illud quod
ex parte sacramenti requiritur ad totalem efficaciam eius, et ex parte utriusque speciei
est de integritate sacramenti, quia qualiscumque est ex una specie separata sufficit
sine alia ad causandum totalem sacramenti effectum, et hac de causa efficacia
sacramenti non est racione speciei sed racione contenti. Idem autem per omnia continetur
sub utraque specie et secundum eundem modum existendi realem, nec plus sumit qui
sumit utramque speciem quam qui alteram tantum ut dicit magister v di. x. de pe. ut [illegible]
Quod sicut sub speciebus panis est totus Christus ad corpore anima sanguine et
deitate, ita sub speciebus vini est totus Christus ad omnibus eisdem, et secundum eundem
modum existendi realem, et sicut sub speciebus panis deitas est vere et
humanitas, sic sub speciebus vini, et sicut hic anima informat corpus, ita ibi,
et sicut hic sanguis includitur intra venas corporis, ita sub speciebus vini,
et ita in modo existendi reali nulla est diversitas, quia panis conversio
in corpus tantum racione sunt ibi concomitanter. Sciendum autem ad hoc quod eundem
modum realem existendi hoc non prohibet, unde sicut dicit b. Thomas in 3a parte
summe sue q. lxxvi ar. 1o, quod aliquid in hoc sacramento est dupliciter, uno modo
ex vi sacramenti, alio modo ex reali concomitancia. Ex vi quidem sacramenti est sub
speciebus huius sacramenti illud in quod directe convertitur substancia panis et vini preexistens,
et hoc significatur per verba formae, quae sunt in hoc sacramento
effectiva, sicut in ceteris sacramentis, puta cum dicitur hoc est corpus
meum, hoc est sanguis meus. Ex reali autem concomitancia est in hoc
sacramento illud quod realiter est coniunctum ei in quod terminatur predicta conversio.
Si enim aliqua duo sunt realiter coniuncta, ubicumque est unum realiter oportet
et aliud esse, sola enim operacione anime discernuntur quae realiter sunt coniuncta,
sed conversio panis et vini non terminatur ad divinitatem vel ad animam
Christi, consequens est quod divinitas vel anima Christi non sit in hoc sacramento
ex vi sacramenti sed ex naturali concomitancia, quia enim divinitas
corpus assumptum nunquam deposuit, ideo ubicumque corpus Christi est, ibi
necesse est eius divinitatem esse. Quia vero ista realiter sunt separata a
corpore, in triduo si in illo triduo mortis fuisset hoc sacramentum celebratum,
non fuisset ibi nec ex vi sacramenti nec ex reali concomitancia, sed quia
Christus resurgens ex mortuis iam non moritur ut dicitur Ro. vio, anima
eius semper est realiter et inseparabiliter unita corpori. Et ita est dicendum
de sanguine. Ex tunc in hoc sacramento sub specie panis est corpus

et ratione quidem concomitancie [illegible] et
totus Christus sub utraque specie
concomitanter

Christi ex vi sacramenti, sed divinitas anima et sanguis sunt ibi ex naturali
concomitantia. Et sub specie vini in hoc sacramento ex vi sacramenti est
sanguis, sed divinitas anima et corpus ex naturali concomitancia. Alio modo
aliquid est de integritate sacramenti quantum ad eius perfectionem scilicet illud quod requiritur
ad totalem et completam alicuius sacramenti perfectionem, hoc modo ambe species et
neutra illarum est de integritate et perfectione sacramenti, eo quod per ambas
et per nullam earum seorsum sufficienter et complete exprimitur huius sacramenti
signum, quod patet per hoc sacramentum prestat Christum ut [illegible] perfecte re-
fectionis se digne manducantibus sacramentaliter, sed non perfecta refectio corporalis
non fit in pane solo vel in solo vino, sed in utroque, nec potest una species
sola significare Christum ut perfecte refectionem, sed una significat eum per modum
cibi refectionem [illegible] corporis Christi, et alia per modum potus refectionem
sanguinis ad sensum quem mistice dicitur. Ambe vero simul hoc complete
significant [illegible] ad integritatem significationis huius sacramenti.
Item hoc sacramentum est memoriale dominice passionis prout fuit in corpore
Christi multiplici afflictione, et eius sanguinis copiosa effusione, igitur
oportuit in sacramento utrumque eorum corpus et sanguinem distincte fieri, corpus
quidem per speciem panis et effusionem sanguinis per aliam speciem scilicet vini. Ad
hanc ergo completam significationem requiruntur ambe species. Item hoc sacramentum significat
assumptionem totalis humanitatis a Christo scilicet tam quo ad animam quam quo
ad corpus et fit propter [illegible] redemptionem scilicet in anima et corpore. Unde
dicit magister ubi supra, quod in duabus speciebus celebratur, ut anime et corporis
in Christo susceptio et utriusque in nobis liberatio significetur. Hec autem significatio non
posset fieri per alteram speciem tantum sed per ambas simul, nam per speciem panis significatur
corpus, et per speciem vini anima cuius sedes est in sanguine. Ex hiis dictis patet
quod ad integritatem et ad perfectionem huius sacramenti quo ad eius efficaciam
id est ad causandum in eo qui digne suscipit totalem eius effectum non
requiritur utraque species, sed sufficit altera earum, cum efficacia huius sacramenti
quia licet ex opere operato non sit ratione signi visibilis, sed sit ratione
contenti sub eo, totus autem continetur sub utraque specie, nec plus continetur
quam sub una earum. Et patet etiam quod non est de efficacia si intelligatur
de totali refectione spirituali, quia refectio spiritualis significatur [illegible]
Sub specie autem panis continetur cibus et potus tam vere et totaliter
sicud sub ambabus speciebus, ibi enim continetur cibus anime scilicet corpus
Christi et potus scilicet sanguis Christi, eodem modo existendi naturali sub
specie vini, qui ergo sumit sacramentum sub specie panis, sumit cibum et potum
licet non per modum potus in ordine ad sensum, quia non sub specie potabili.
Illud autem nichil variat quo ad efficaciam et refectionem totalem
saltem quantum ad opus operatum licet variet quo ad signum. Item patet
quod ad integritatem sacramenti quo ad eius significationem pertinet et requiritur
utraque species, nec sufficit altera earum, sed istam perfectionem Christus populi
fieri voluit per sacerdotes quibus ipse dedit potestatem hoc sacramentum
consecrandi et aliis ministrandi, et ideo hoc statuit et voluit fieri
in misse celebratione que principaliter est [illegible] passionis Christi, et ita
inviolabiliter voluit observari ut sacerdotes missantes solempniter

celebrantes sub utraque specie consecrat et sub utraque specie sumant
et hoc faciunt coram populo ut populus cottidie assistens divinis
consequatur fructum quem sibi affert per consecrata sacramenta ut hoc
devota memoria passionis Christi et redempcionis sue ac omnium bo-
norum que inde consecuti sumus ¶ Item patet quod incredibilis laicus
sumserit eucaristiam solum sub specie panis, quod ut dictum est laici recipiunt
ad refectionem spiritualem, et ista consequitur tamen perfecte in sumpcione sub
una specie sicud sub utraque, cum effectus ad quem sumpcio est ex
opere operato et ideo quantum ad eos sub una specie nichil eis deperit
et quantum ad totalitatem sacramenti, et cottidie coram eis fieri ad representandam
memoriam passionis Christi ¶ Ex predictis patet manere dubium quod ex quo
hoc sacramentum sumptum sub una specie tamen efficit saciacionem spiritualem vel
refectionem et totalem effectum hunc sacramenti causat in eo qui digne
suscipit. Quare ergo consecratur sub utraque specie ¶ Ex predictis patent
plures cause. Est eciam ex hoc quod ad representandum passionem
Christi in qua sanguis fuit separatus a corpore Christi, quod Thomas
de Argentina super quarto distinctione xi clarius declarat dicens in hac
in passione Christi sanguis eius a corpore fuit separatus usque ad horam
qua surrexit a mortuis, et ideo quis qui consecrasset in tempore medio
ille sub speciebus panis habuisset corpus sine sanguine, et sub
speciebus vini habuisset sanguinem sine corpore, sed post resurrectionem eius
sanguis semper manet unitus corpori, et in perpetuum sic manebit
Ideo qui post resurrectionem sic consecrarunt vel consecrat species unionem realem
corporis et sanguinis Christi sub utraque specie scilicet panis et vini habet
corpus et sanguinem Christi. Et licet sub specie panis sit corpus
et sanguis Christi, et ita de speciebus vini quamvis in substancia dicitur fieri
consecratio corporis et sanguinis, quia istud sacramentum non solum sit gratia
confundam mediante eius percepcione, sed eciam nobis sit in passio-
nem in qua sanguis fuit separatus a corpore per effusionem, et ideo distincte
dicitur fieri consecracio sanguinis, et expresse ponitur, quod in passione
sanguis per effusionem fuit separatus a corpore ¶ Ex quo sequitur corre-
in digne manducantes corpus Christi sub speciebus panis, quod ille veri-
manducat eius carnem, et bibit eius sanguinem licet hoc non fiat sub
speciebus ita expresse sicud si reciperetur illud sacramentum sub accidentibus
vini. Hec ille ¶ Sed contra hoc arguunt hussite quod hoc sacramentum
debet dari populo sub signis magis expressivis et representativis pas-
sionis Christi, sed passio Christi magis consistit in sanguine Christi quam
in corpore, ergo non solum debet dari hoc sacramentum populo sub specie panis
sed eciam sub specie vini ¶ Ad hoc dicit sanctus Thomas in 3a parte summe
in q. lxxx art. xii in solucione 3i art. Quod representacio
dominice passionis agitur in ipsa consecratione hunc sacramenti, in qua
non debet corpus sine sanguine consecrari, potest autem a populo corpus sine sanguine
sumi, nec exinde aliquod sequitur detrimentum, quia sacerdos in persona
omnium sanguinem offert et sumit, et sub utraque specie totus Christus continetur

hec s. Tho. Sed ad hec hussite sic respondent, quod non solum
presbiteri debent vivaciter et fructuose memorari mortem Christi in qua
sanguis separatur a corpore, sed etiam layci fideles. Et circumscripta
consecracione sive consecracione aut oblacione sacramenti sacerdotalis officii
layci aliqui possunt ita mentaliter gustare sanguinem Christi sub specie vini sicud
aliqui presbiteri offerre aut sacrificare, offerre sive consecrare presbiteris vicariis
plus attribuendo, tunc necessaria gustacio sanguinis Christi sub specie vini
est eiusdem racionis in presbitero sicud et in layco, et etiam quemadmodum degus-
tacio vera corporis Christi sub prima specie tantum est eiusdem racionis in presbitero
sicud et in layco, ergo circumscripta consecracione et oblacione sive consecracione
gustacio sanguinis sub specie vini sicud convenit presbiteris sic et laycis
devotis ad memorandum mortem Christi in qua separatus fuit sanguis
a corpore, ergo non videtur apparere, scilicet quod soli sacerdotes et non layci debent
sumere utrumque, et ergo sic arguitur sic: Layci non sunt presbiteri et vicarii
Christi ideo non debent consecrare, sed non sequitur quod non debent layci gustare
sanguinem Christi sub specie vini. Hec hussite. Respondetur concedendo quod non
solum presbiteri debent vivaciter et fructuose memorari mortem Christi etc.
Sed dico quod layco sufficit memorari vivaciter et fructuose mortem
Christi communicando sub prima specie tantum. Sed contra arguunt sic hussite: In
layco ipsum communicando sub duplici specie fit distinctior memoria passionis
domini quam sub una specie tantum scilicet panis, quia laycus sub specie panis
memoratur passionis Christi in cruce, et per speciem vini memoratur sanguinis
effusionem. Respondetur quod laycus hec duo distincte potest memorari sub una
specie panis, unde passio Christi et eius sanguinis effusio potest omni hora a
quolibet fideli memorari distincte contra quorum errorem aut sic dicitur sed
Christus instituit ad memoriam sue passionis sub duabus speciebus in oblacione
per sacerdotes, sed communionem laycalem sub una specie tantum scilicet panis prout
supra ostensum est. Ad hec autem que dicitur: Et circumscripta consecracione etc.
Respondetur quod circumscripta consecracione aut oblacione, tunc nec presbiteri nec
layci possunt mentaliter bibere sanguinem Christi sub specie vini, sed soli presbiteri
mentaliter in oblacione possunt gustare sanguinem Christi sub specie vini, sed
layci nunquam possunt mentaliter gustare sanguinem sub specie vini ut est supra
dictum et infra tamen prohibitum est laycis gustando sic sanguinem Christi contra
facere ignorancia sacramentalis institucionis Christi et ecclesie. Sed cum dicunt
offerre aut sacrificare etc. Conceditur quod est eiusdem racionis quo ad hoc, quod sicud
layci non debent gustare sanguinem Christi sub specie vini, sic nec presbiteri extra oblacionem.
Et cum dicitur, quemadmodum gustacio vera corporis Christi sub prima specie tantum etc.
Respondetur quod extra oblacionem degustacio corporis Christi sub prima specie tantum
eiusdem racionis in presbitero et in layco, scilicet quia layco convenit solum sibi per
se sic et presbitero extra oblacionem convenit sicut solum sibi prodest etc.
Sed in oblacione non est eiusdem racionis in presbitero et in layco, quia
in oblacione corpus Christi immolatur Deo primum sub prima specie nisi tantum
sic, aut non est in layco, nec secunda ergo est quod non constituit circum-
scripta consecracione et oblacione sive consecracione gustacio sanguinis
Christi sub specie vini, sicud convenit presbiteris sic laycis, quia ut sic non

presbiter uel laicus quereret. Et ultimus dicit quod ergo dicti Ieronimi apparet
quod solum sacerdotes debent sumere sacramentum. Concedunt eciam Hussite
quod presbiteri sunt uicarii Christi. Sed eciam ultimus dicunt. Et ergo sic arguendo:
sic laici non sunt presbiteri et uicarii Christi, ergo eciam debent consecrare.
Ista quidem est bona, quia soli presbiteri debent consecrare.
Sed non sequitur quod laici non debent gustare sanguinem. Sed tunc eciam dicitur
uerum est quod sic arguendo non sequitur. Sed sequitur bene: laici non sunt presbiteri et uicarii
uicarii Christi et per consequens solum instituit [illegible] uicarios in oblacione sanguinis
sumendo bibere sub specie uini. Sed laici non debent gustare sanguinem
Christi sub specie uini. Hec quidem est bona, et totum antecedens patet ex predictis et
tenetur ex dictis. Item ad id quod dictum est supponitur quod laici nichil
minus de uirtute corporis et sanguinis sub specie panis quod presbiteri sumunt.
Respondent Hussite sic: quod licet eadem uirtus tota que est dulcedinis
est et sumitur a fidelibus dignis sacerdotibus uel laicis, tamen aliud
dat se in prima specie, aliter in secunda. In prima eciam dat se per modum
cibi, in secunda per modum potus. Vere corporis spiritualis refectio et se terminat
et prima degustatorum corporis Christi sub specie prima, dulcis uirtus gustatorum
sumit manducatorum dicentis: Accipite et comedite: hoc est corpus meum. Secunda
degustatorum sanguinis Christi sub specie uini, uidelicet bibitorum dicentis: Bibite
ex hoc omnes. Item quod alius gustandi illa uirtus que est gustus dat se
degustari sub prima specie, et alio modo sub secunda. Et quidem iste modus
gustandi non est sufficienter a deo institutus, sed est ex parte diuersitatis
sacramentorum, sicut et sentire ea quod dulce et amarum, nichil sine sapore
sensato. Ergo ad uirtutem medialem et formalem eadem uirtus
est in prima specie dando per modum cibi, nunquam se dat, sicut se solo
secundum illum modum, quamdiu eciam sub hac se dat in secunda specie per
modum potus degustari. Et sic percepit sensus ad quiditatem suam
se dare sub duobus modis, sub duplici forma. Et dando se tamen
sub primo modo et quiditas respectus uero plus sub prima specie
nunquam respicit ad secundos in secunda specie sub ratione et modo
per modum potus sacramentaliter et spiritualiter. Et per hoc gustandi
prefert laicis ut sub una tantum specie sumant, et tamen quod dat complete
[illegible] ecclesiam declarat [illegible] patet ad laicos
sacerdotes instituit conuenienter institutum et nullam patet ad laicos hac sacramentali communione
dum eorum salus et prima est necessaria medicina. Et hoc ut dicit
non ad operandum [illegible] in admiratione degustandi. Hec Hussite respondent.
Et hec uerba sunt satis subtilia et conspicua, sed non ad salutem
edificatiua unius uiuentis plane. Contra que uidentur plane secundo
quod per hoc quod dicitur dat se degustari completa specie per modum cibi simul
dat se degustari sub specie cibabili, que est panis, et quod
dat se degustari per modum potus intrinsece sub specie potabili, que
est uinum. Et addo dico quod sequitur in oblacione, et quia ad hoc et quod
supra dictum est, instituit ad dandum se sub specie cibabili scilicet panis
et potabili scilicet uini, et sic solis sacerdotibus, quia hec uerba

accipite et comedite, similiter et bibite ex hoc omnes, solum de parte
Christus illis qui vicem tenent sacerdotum offerentium, ex parte dictorum
verba solis apostolis eis, quos tunc in ultima cena ordinando fecit sa
cerdotes et preceperit. Item extra oblationem et quo ad efficaciam misterii
sacramenti tamen sub una specie sub dat corpus et sanguinem, licet nõ
non sub specie potabili sed cibabili. Et licet cum sic dicendo de hoc
panis, sed adhuc ad declarandum plenius fidelibus istam fidem, non
piget me iterare, quod eternum corpus promisit se daturum fidelibus
sub panem, qui est cibus suus pro mundi vita. Joh. vi°, ubi dicitur
Deum inducitur hunc panem vivet in eternum, et panis quem ego dabo
caro est pro mundi vita, et hoc dum voluit passurus, quod sic dedit et
non nisi in ultima cena, quia ordinavit illos, qui tenent vicem solum
presbiterorum. Et in hoc explicite ostendit, quod soli presbiteri debent degustare
sub utraque specie, ut in prima pro mundi vita, et in secunda pro mundi pretiis. Et
implicite ostendit quod laici debent corpus eius degustare et sub sua
specie tamen sub qua dat corpus suum sub specie cibabili scilicet panis
et sanguinem suum, licet non sub specie potabili, quod hic tamen apud
doctores catholicos firmum sub una specie tamen se quando corpus
Christi et biberet sanguinem eius, licet non quando pretium eius, non
sub specie potabili. Et sic ponitur tale exemplum in simila sem
bibita vino, ut quod dicta simila quando est talis est et vinum bibitur
sub specie panis, videlicet simile. Sic eciam est spiritualis manducatio in sacramento
panis non fidelis recipit corpus Christi sub specie panis bibit et san
guinem eius conviviale licet non bibit sub specie liquoris vini, quod
sequitur laicis nichil facit ad salutem ut supradictum est. Item in ob
latione sacrali multum valet quod offertur speciebus omnibus fidelium vivorum
et mortuorum in purgatorio existentium, quod laici quod non computat
quia illa tamen reputant utilitatis recipiunt si est bene dispositus
alioquin quia sic non est bene dispositus, dampnationem sibi accessit
ut patet per beatum Paulum prima Corinthiorum xi. Et quod recipientes corpus Christi
sub specie panis recipiunt sanguinem Christi, hoc probat sanctus Gregorius
in libro dialogorum multis miraculis, quia non credentibus sanguinem Christi
esse sub specie panis, illa species panis versa fuit in digitum
carneum et sanguinolentum, ut de tribus heremitis et una muliere,
que dabat panem album sancto Gregorio ad offerendum. Et aliqui doctores
mandant dari laicis, purum vinum aut aquam non consecratum pro ab
lucione, et debent laici moneri ad recipiendum et non dent abundanter
bibere non propter misterium aliquod, sed ut laveant ora quamdiu ne ri
maneat aliqua reliquie sacri eucharistie, inter dentes vel gingivas
et excipiunt non frangantur in ore propter maleficium exercendum, ut exemplum
fuit tempore sancti Ambrosii quia hostia consecrata per unam mulierem
fuit frangata et abscondita cum miraculo quod ibi accidit, sicut
hodie habetur in Mediolano videlicet in monasterio [illegible], quia
apes corpus Christi tunc fecerunt. Sed quidam heretici ulterius dicunt. Et

secundum primum modum degustandi non est frustra a duobus institutus
sicut et 2m. Hoc totum est concedendum quia ut patet ex dictis quod iste duo
modi degustandi corporis christi sunt a deo instituti solum in
oblacione quo ad sacerdotem. In qualibet oblacione offertur corpus
et sanguis christi pro peccatis omnium fidelium ut patet per glo. ord. super ad hebr.
vii°. Obtulit alterum que dicit sacrificium christi factum ad ablacionem
iniquorum peccatorum hec glo. Et ponitur hec post passionem christi glosa et hoc
dicitur quia obtulit in ara crucis hostiam pro peccatis unde hoc autem
sacrificium quod facit sacrificium sacerdotis dum in altari offert corpus
et sanguinem christi ut patet per glo. interli. super ad hebr. vii°. Hec est oblacio
salutarium salutarem eius que dicit quia sacrificium sacerdotis est sacrificium christi
hec glo. Et quo ad tale sacrificium requiritur ambe species sacramentales et
sacramenta sufficit una species ut patet ex dictis sed quo ad efficaciam
contra oblacionem tunc effectum capitulum ambe. Et sic degustacio sub una
specie tunc facit quo ad laicos capitulum facit degustacio sub ambabus
sufficit ergo quo ad laicos modum degustandi in oblacione sub una
specie tantum. Cuius sufficienciam innuit glosa ordinaria super ad hebr.
viii° Sequitur caruit autem fontibus tabernaculi et ubi concedit causa
Prima quod constitutiones edite que dicit Caruit eciam panibus comedit quod
deputat sunt intelligamus corpus christi quod caro est et panis qui de celo
descendit hec in ecclesia tunc celebrari. hec glo. Sed cum institut ergo
quo ad modalitatem modalem et formalem dicitur in tunc est ista quod sicut
dicitur est quod ista modalitas modalis et formalis nichil realitatis addit
ad degustacionem corporis et sanguinis christi sub una specie tantum ad degu-
stacionem corporis et sanguinis sub utraque specie iuxta fidelium descripcionem
Et super hiis dubius ponitur rubrica nota diligenter pro vere intelligencia
videtur sed melius potuisset dicere nota diligenter pro vobis fidelis
decipi fraudulenter l. hec sic patet vel ista modalitas formalis
est substancia vel accidens Si substancia vel ergo est corpus christi vel sanguis
vel deitas vel aliqua alia substancia distincta Si primum corpus christi
vel sanguis vel deitas vel alia tunc illa modalitas formalis
sunt memoratas formales modalis et formalis in degustacione corporis
et sanguinis christi sub una specie ad degustacionem sub utraque specie
nichil addit ut notum est. Si autem dicatur secundum scilicet quod illa moda-
litas formalis sit alia substancia a predictis tunc sequitur quod sub illis
speciebus sit alia substancia que non est corpus christi vel sanguis
vel deitas quod falsum est et erroneum cum illa
vi forme verborum vel ex concomitancia cum ut notum est Si autem
dicitur quod modalitas formalis sit accidens tunc queritur quid illud adveniat
ipsi sacramento vel ergo ante consecracionem vel in ipsa consecracione vel post
nullum illorum potest dici quod primo in dando et recipiendo illud sacramentum
advenit sacramento ut patet ex dictis communiter Si autem dicitur quod in dando et
recipiendo sacramentum advenit sacramento vel ergo est in subiecto
vel sine subiecto Si in subiecto vel ergo est in corpore vel sanguine
vel in deitate quod nullum autem illorum dici potest non in deitate

quia in illam non cadit accidens ut dicit philosophus in methaphysica
nec in corpore suo vel sanguine, cum illa sint glorificata, nullum accidens
denuo suscipiunt pro se ut notum est. Si autem dicitur quod sine subiecto
hoc est falsum, patet quia nullum accidens est sine subiecto in illo
sacramento nisi id quod fuit in pane vel vino ante consecracionem, ut patet
per omnes doctores catholicos. Tales autem modalitates formales non
fuit in pane vel vino ante consecracionem ut notum est. Ergo patet quod verba sec
sunt solum ficta et excogitata ad deceptionem fidelium. Pro quo ultimo est
notandum prout dictum est superius, quod licet per omnia contineatur sub utraque specie
et per eundem modum existendi naturalem. Dico naturalem propter hoc, quia sub specie
panis sanguis est concomitanter, qualiter non est sub specie vini. Modus
autem existendi concomitanter sub specie panis vel vini non est naturalis
quia non est a natura Christi, sed est ex institucione ipsius Christi. Iste autem
modus existendi concomitanter nichil facit ad efficaciam sacramenti
quia efficacia sacramenti est racione contenti ut dictum est supra et non
racione speciei esse tamen concomitanter corpus vel sanguinem sub specie
panis vel vini requiritur ad perfectionem sacramenti, quia illud perfectio vel salus
est racione contenti sed eciam racione corporis vel sanguinis. Dico ergo quod Christus
ad efficaciam corporis dando se in prima specie tamquam per modum cibi non
minus se dat sicut se solo secundum illum modum dandi quam dando se
sub utraque specie per modum cibi et potus. Et racio est, quia
ille cibus efficit refectionem spiritualem usque ad gloriam, prout allegatur
super illud Johannis 6° Qui manducat me et ipse vivet propter me, quod dicitur
hoc vivet corpus et anima, quia caro mea vere est cibus qui solus
facit immortales. Et secundum perfectam locucionem in calice, sola species
vini bibitur et non sanguis ipse, sanguinem sicut effusum secundum intellectum
repetimus, sicut sub specie panis una species specie vini sumi
bibatur, tamen quia hoc non habetur in sanguis magis bibatur sub specie
vini ipse et respiciendo omnino ad rigorem quam sub specie panis
cum omnino eundem modum naturalem existendi habeat hic et ibi
et sic dando se sub specie 2a scilicet vini per modum potus non magis
dicitur dari bibere sub specie vini sanguinem quam sub specie panis
quo ad efficaciam licet magis duo ad significacionem. Et si dicitur
Christus porrigens calicem dixit etc. Bibite ex hoc omnes
hic est enim sanguis meus novi testamenti qui pro multis effundetur
in remissionem peccatorum et ita Christus realiter dedit sanguinem suum bibere
sub specie vini. Respondetur quod ipsum hoc dixit quo ad secundum talem
quia enim sanguis effusus habet speciem potabilem et sic Christus dedit
sanguinem sub specie potabili dicens hic est sanguis meus, secundo
tu effusus, scilicet quod effundi deberet sicut dixit qui pro multis
effundetur. Ad hoc autem quod hussite ultimo dicunt, et sic pepigit
fedus cum civitate fidelium dari se sub duobus modis sub
duplici forma. Respondetur quod Christus pepigit fedus cum civitate fidelium vel
in oblacione, ut per pene corpus per sacerdotes offeratur et sumatur

in persona cum sub duplici forma, et per ipsos scilicet quo oblacionem
sub una forma ut ex predictis. Item quia prius quod licet dictum est quod professi
laicis sunt sub una specie cum pariant, et eciam licet dictum est quod sacerdos
complet misterium proprie institutum ut ex predictis. Sed ad hoc quod
dicunt quod Christus dando se tamen sub duplici modo exigitur recipientis tamen
sub una sub una specie minus recipiet quam qui sub utraque sub racione 2
modi scilicet gustandi quemadmodum potus sanguinis et spiritualis. Respondetur ut de
hoc quod minus recipiat quo ad efficaciam licet bene minus quo ad sanctam
[illegible] sacramentalem populus voluit solum fieri in oblacione per
sacerdotes ut ex predictis. Item quod dicitur quod in sumendo sub duplici specie sine fructu
salutis et summa medicina negata est laicis, hoc est negandum
quia in hoc negata est eorum dampnacio quia se faciunt contra
Christum et ecclesie institucionem ut ex predictis. Sed Hussite adhuc in alio latere
contra predicta tamen resistunt inter se vel ut plurima. Item hoc insinuando
dicunt se hoc facere propter planiorem declaracionem facti et licet illa possent
solui ex predictis, tamen ne simpliciorum corda reciperent adhuc ad ipsos
contra communi [illegible] [illegible] [illegible] eorum fallacias. Primo namque
dicunt quod dominus Jhesus porrigens corpus suum sub prima specie, solum
dixit accipite et comedite, et non dixit bibite. Et porrigens
suum sanguinem in secunda specie solum dixit bibite ex hoc omnes, et non
dixit ibi comedite sub illa secunda specie. Hec Hussite. Item ista sunt contra
eos tamen ultimi insistunt. Item ergo dant modum bibendi sacralem sanguinis
Christi sub specie vini, quem Christus ex sua sapiencia instituit ad magnum
[illegible] [illegible] [illegible]. Item secundum ipsum modum bibendi, se a deo institutum arte
ducunt tamen ad primam speciem sacralem et non solum in bibunt sanguinem
Christi modo predicto sub specie vini. Respondetur concedendo quod dominus Jhesus ex sua
sua sapiencia instituit modum bibendi sacralem sanguinis Christi, sed
dico quod illum modum bibendi instituit quo ad presbyteros sive [illegible]
solum sacerdotibus offerentibus, eciam secundum [illegible], [illegible] [illegible] ex
se per corpus et nichil est [illegible] [illegible] quia dicit se dando in prima
specie ergo dando se in prima specie dat se secundum [illegible] sui [illegible]
tenendo [illegible] sui, nec sit [illegible] dare se in prima specie secundum corpus
eciam secunda specie [illegible] sanguinem est aliquid sui [illegible] sui [illegible] [illegible], quia
nec est aliquid [illegible] nec corpus nec [illegible], et solum illa [illegible]
sunt in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] dicitur ex in [illegible], licet bene
aliquid est sui [illegible] sui [illegible], quia ad ipsum [illegible] se per dare
in prima specie videlicet corpus, et in secunda sanguinem, [illegible] [illegible]
stat per se dare instituit in illis speciebus, et se eciam [illegible] [illegible]
[illegible] est sui, quia ad ipsum [illegible] [illegible] [illegible] ipsius instituit [illegible]
creaturam esse et se [illegible] [illegible] sui [illegible], tamen nec ipsius dicit
se [illegible] [illegible] sui in ambabus speciebus quia [illegible] dicit se in
illis speciebus secundum [illegible] [illegible] [illegible] est quia est sui
[illegible] sui [illegible] [illegible], in illa dicto [illegible] dicit. Et se in prima
specie dicit se [illegible] [illegible] sui [illegible] quod ibi capiant [illegible], et [illegible] se
ipsius dando se in prima specie, dat se [illegible] [illegible] sui utz [illegible]

dicit concomitanter sicut in prima specie bibitur sanguis Christi per modum
potus, scilicet ex vi verborum; et utrumque verum est quoad efficaciam licet non
quoad consecrationem, quia sed solum in oblatione bibitur sub specie
vini, ut etiam Christus premisit. Sed tunc Hussite probant, quia secundum unum
Christus dat se in una specie, et secundum aliud in alia specie. Respondeo
in secundum unum daret se in prima specie et in secunda, sed secundum se totum dat
se in utraque specie, nam sicut dictum est in qualibet est anima et divinitas
secundum eundem modum consistendi naturalem, et omnibus eisdem modis concomi-
tantibus est in prima specie et in secunda; ergo secundum unum dat se in prima
et in secunda. Sed Hussita posset se probare, quia Christus solum daret 2a
se secundum corpus in prima specie et solum secundum sanguinem in secunda specie,
quia Christus tradendo discipulis primam speciem dixit accipite et comedite
hoc est corpus meum, nullam mentionem faciens de sanguine nec de
aliquo alio, et tradens eis speciem secundam dixit bibite ex hoc omnes
hic est calix sanguinis, et nullam mentionem faciens de corpore nec de aliquo
alio; ergo Christus discipulis dedit se in prima specie solum secundum corpus
et in secunda secundum sanguinem, et per consequens et nunc fidelibus dat se eodem modo.
Respondetur quod Christus volens reficere fideles suos perfecta refectione
spirituali ad modum refectionis perfecte corporalis que fit ex cibo et
potu, seipsum fidelibus dedit sub duplici specie, scilicet cibabili et potabili,
in cuius signum refectionis dicitur seorsum se dare corpus ut cibum
in prima specie, et seorsum sanguinem ut potum in secunda specie; nec tamen per hoc
tunc seorsum fuisset corpus a sanguine, sicut nec nunc corpus Christi
est seorsum a sanguine, sed hoc dixit ad signum sue passionis
in qua sanguis debuit separari a corpore et separatus fuit. Unde et
Christus ad signum sue passionis duplicem formam instituit sue con-
secrationis corporis et sanguinis sui; et ex vi verborum forme consecra-
tionis corporis quod in prima specie est solum corpus Christi, sed concomitanter
est ibi sanguis et alia; et ex vi verborum forme consecrationis sanguinis
Christi in secunda specie solum est sanguis Christi, licet concomitanter sit ibi corpus
et alia ut est predictum. Et quod tradendo discipulis suis primam speciem dixit
hoc est corpus meum non faciens mentionem de sanguine nec de aliquo
alio, et dans secundam speciem dixit hic est calix sanguinis mei et
nullam mentionem faciens de corpore, hoc fecit ut dictum est propter
signum sue passionis in qua corpus debuit separari a sanguine. Et consequenter
Et arguitur: ex vi verborum forme consecrationis corporis in prima specie consecrate
Christi solum fuit ibi corpus suum, prout et nunc libere in consecratione
sacerdotis licet ibi concomitanter fuit sanguis, per eadem enim verba consecrat
nunc sacerdos per que et quibus consecravit ut dicit beatus Thomas tertia parte summe
questione lxxviij articulo [illegible] [illegible]. Et non sequitur quod ex vi
verborum forme consecrationis corporis Christi in prima specie est solum
corpus Christi, ergo in prima specie est solum corpus Christi. Similiter consimili
non sequitur in ista oratione que in principiis sunt solum mille [illegible]
[illegible] in ista oratione solum sunt mille [illegible], quia stat cum eo omnes

vite gratie. Similiter stat quod in eodem quod accipit sunt solum ...
et tamen quod in altero sunt plures quam in illo vel etiam secundum ...
dat se in prima specie in qua est solum corpus sed quod in ...
ratione concomitantie ergo in prima specie dat se solum secundum corpus.
Patet quod in simili non sequitur, et pono quod partes sicut panis speciei
panis dilatatum in quo quod in partes sunt incluse species inanimati
et det illud totum Platoni ad manducandum. Tunc non sequitur Sortes
dat Platoni panem in prima specie in quo sunt species inanimati
quod in partes ergo dat panem Platoni solum secundum species inanimatas solum,
saltem quia dat sibi illud secundum se totum et tamen quod est contrarium utrumque
[illegible]. Item ad illud hussitarum quo inferunt: ergo secundum non
dat se nisi per modum cibi secundum corpus spiritualiter et sacramentaliter in prima
specie, et non dat se secundum sanguinem nisi per modum potus in secunda specie
sacramentaliter. Respondetur sicut dictum est in precedentibus: Christus dat se secundum se totum
et quod in prima specie dat se per modum cibi et non solum secundum corpus,
et in secunda dat se per modum potus et non solum secundum sanguinem.
Hoc satis dictum est superius. Sed quod dicunt quod se [illegible] a Christo insti-
tutam nec bibunt sanguinem sacramentaliter in prima nec comedunt corpus
Christi in secunda. Conceditur: in sanguinem Christi bibit in prima specie quo
ad efficaciam, sed non sub specie sacramentaliter, et sic etiam in secunda specie comedit corpus
Christi quo ad efficaciam sacramenti, licet non sub specie sacramentali. Quod si bibens
sanguinem Christi in prima specie accipit sanguinem Christi sub sacramento
utens illo quod accipit ut sacramento, et ergo sacramentaliter [illegible]
[illegible] in [illegible] et in [illegible] dicit quod hic
est [illegible] corpus et sanguis ... ut iam dictum est [illegible] quod in [illegible]
sumentis corpus et sub sacramento non sunt sacramentaliter [illegible]
quod accipit ut sacramento sed ut [illegible] [illegible]
licet sumentis sanguinem Christi sub specie panis non sumat sub specie [illegible]
quia sub specie ipse sanguis [illegible] solum in ablatione a sacerdotibus.
Et quod hussite dicunt: illis si in una specie concessa esset et libera
sacramentalis et spiritualis secundum quod altera species sufficit. Respondetur quod in prima
specie est concessa et libita sacramentalis, licet non sub ipso sacramento
quo ad efficaciam, et dicis licet non sub ipso sacramento, quod in una
specie est concessa sacramentaliter non prima specie tamen sub sacramento speciei
et hoc quo ad [illegible]. Et [illegible] et [illegible] quod nulla illarum specierum
sufficiat quo ad [illegible] unde utraque est [illegible] et quod potest
licet una illarum sufficiat quo ad efficaciam, quia tamen efficaciam
sacramenti [illegible] sumentis sub una specie [illegible]
sub ambabus [illegible] nisi [illegible] hoc [illegible] hussite
dicunt quod sub duabus speciebus maior gratia, maior devotio, maior [illegible]
[illegible] effectibus acquiritur quam sub una specie. Respondetur quod [illegible]
sub una specie acquiritur maior et multiplicior [illegible]
[illegible] effectibus quam sub duabus speciebus, [illegible] stat alicui una
[illegible] vel una [illegible] [illegible] et [illegible] et [illegible]
[illegible] et indignus [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible]

prout devotionis, tunc sub una specie accipitur, maior gracia. maior
devoto et contrito, quia laicus est magis dispositus pro devotione quam sacerdos
sub duabus speciebus, videmus enim ad experienciam, quod laici utriusque sexus
cum magna laude ac efficacia suscipiunt hoc sacramentum sub una specie, et
suscipientes id sacramentum faciunt, quod raro reperitur in sacerdotibus, qui sub
utraque specie communicant. Item patet et patuit in hominibus, qui non omni die
communicant, sed aliquando cum bene fuerint dispositi, secundo et quidam nunc faciunt
qui sine reverencia et devotione, vino et sine confessione, ut hussite qui
omni die accedunt ad hoc venerabile sacramentum, non solum sacerdotes sed et laici.
Ceteris tamen paribus dico sacerdos bene dispositus quam laicus, tunc in sa
cerdote communicante sub utraque specie et bene disposito surget maior gracia
maior devocio, maior contricio, quam in laico bene disposito, sed hoc non est
ex parte sacramenti in se, sed quia sacerdos consecrando se ad offerendum hoc
venerabile sacramentum, intelligit quid legit, et offerendo intelligit quod
tractat et multa legit ante oblacionem et post oblacionem, sicut in canone
misse, que multum sunt inductiva ad devocionem, et hoc non est in laico.
Item ut dicunt hussite, probet adversarius ipsam quam, corpus christi existens
vivum et sic in se corpus et sanguinem in prima specie. Respondetur
quod ista que est bona, corpus christi existens vivum, et sic in se corpus et sanguinem
in prima specie ergo cuilibet digne accedenti tamen sub prima specie ad sacramentum
dat se per modum potus secundum sanguinem quo ad efficaciam prout
sub 2a specie, hoc patet ex predictis, licet sub prima specie non det se per
modum potus quo ad sumptionem, nec hoc corpus valuit ad omnes fideles
sed solum ad sacerdotes offerentes, ut patet ex supradictis. Ex quo patet quod hussite
sunt contenti quod digne accedens ad sacramentum prime speciei bibit sanguinem christi
prout sub 2a specie, et hoc est verum quo ad efficaciam ut dictum est. Ad
ultimum eorum dictum, quo dicunt quod aliud est corpus christi velud per cibus
sub prima specie et aliud sanguis velud potus sub 2a specie. Conceditur
negando quod aliud est corpus christi velud cibus in prima specie ac quia
non solum corpus christi est in prima specie velud cibus sed totus christus
nec solum sanguis christi est sub specie 2a velud potus sed totus christus
patet ex supradictis. Item sic dicitur non omnes fideles christi dicunt et credunt corpus
christi velud cibum esse in prima specie, et sanguinem christi velud potum
in 2a specie. Conceditur quod hoc sit, videlicet per synodochen, ponendo partem
pro toto, et in prima specie partem cibabilem, puta corpus, quia in illa
specie dat se per modum cibi, et in 2a specie, ponendo partem potabilem
scilicet sanguinem pro toto, quia in illa specie, dat se per modum potus et
hoc propter figuram sive passionis, et propter alias causas prius expressas.
Sed cum dicunt primum ad manducandum digne sacramentaliter, secundum ad bibendum
sacramentaliter fidelibus communicantibus laicorum. Respondetur quod primum scilicet corpus christi
est in prima specie ad manducandum, et secundum scilicet sanguis in 2a specie
est ad bibendum ad sensum dicte superius expressum, solum in obla
cione sacerdotibus christi figuram passionis christi, sed fidelibus communicantibus
laicorum ad comedendum et bibendum utrumque est sub prima specie tantum

quo ad efficaciam, patet ex supradictis, et hec sufficit laicis ut liquet
ex premissis. Quod tamen negant Husite dicentes, quia hec consequencia
in tota veritate corporis et sanguinis Christi sumitur sub specie panis tantum, non
sequitur ergo sufficit laicis sumere tantum sub prima specie. Sed si omnis
modus sumendi communicandi fidelium publicus esset institutus in prima specie
tantum, etiam ille modus qui est sumendi sub 2a specie secundum quodlibet
sui, esset in prima specie, et sic esset a Christo institutus secundum omnem modum
suscipiendi in prima specie, et tunc bene infertur, quod laicis fidelibus sufficeret
accedere ad primam tantum speciem, sed tunc negatur quando non autem. Hec Husite.

¶ Videtur quod sufficit laicis sumere tantum sub prima specie, patet ex predictis et patet
ex hoc, quia laici sumentes eucaristiam sub sola specie panis sunt
integre participes quo ad efficaciam, que efficacia est solum racione contenti
et non plus continetur aut sumitur sub ambabus quam sub altera tantum et
per consequens ipsam efficaciam habet suscipiens sub utraque specie, id est habet suscipiens sub
sola specie panis, et ipsum sacerdos in altari sub duplici specie offert, hoc
totum fidelis laicus sub specie panis recipit, ex quo Christus qui est indivisus
deus et homo sub duplici specie offertur, et idem Christus qui est deus et homo
a fideli laico sub specie panis recipitur. Ideo sufficit laico, eo tamen cum
a Christo toto offerente eo recipit eadem sub utraque specie una tantum, quia
frustra est fieri per plura, quod ergo bene potest fieri per pauciora. Et duplex po[...]
philosophorum. Et etiam quia sacramentum plus sub duplici specie esset frustra
et sine utilitate, eo quod laicus sub una specie panis non minus recipit
nec destruit quam sacerdos offerens sub utraque specie panis et vini, ex
quo ut dictum est tam laicus quam sacerdos nisi unicum non recipiunt Christum.
¶ Item omnis modus sumendi communicandi fidelium publicus est institutus
in prima specie tantum, et hoc patet ex predictis ut dictum est, quod recipit quo ad
efficaciam huius sacramenti et quod ad sumptionem eius. Etiam ille modus
qui est sumendi sub 2a specie secundum quodlibet sui est in prima specie quo ad
efficaciam laicis licet non quo ad secundum. Et sic institutus est a Christo secundum
omnem modum suscipiendi in prima specie quo ad efficaciam licet non quo ad
secundum, ex hanc speciem Christus solum instituit in oblacione ut dictum est.
Et sic patet quod bene infertur ex predictis, quod laycis fidelibus sufficit accedere
ad primam speciem tantum. Et doctores ponunt plures raciones, quare
laicis sufficit communicare sub prima specie tantum scilicet panis, et quare non
debent communicare sub specie vini. Et prima racio est quam collegit ex dictis
beati Thome in 4o parte summe sue et [illegible] articulo [illegible]. Sed circa usum
huius sacramenti ex parte sumencium requiritur summa reverencia et cautela, ne a[li]-
quid accidat quod vergat in iniuriam tanti misterii, quod precipue
posset accidere in sumptione sanguinis Christi. Si quidem si incaute sumeretur
de facili posset effundi, et quia crescente multitudine populi christiani in qua
continentur senes et iuvenes, quorum quidam non sunt tante discrecionis
ut cautelam debitam circa usum huius sacramenti adhibeant. Ideo p[ro]-
vide populo quod sanguis sumendus non datur, quia de facili posset fieri
effusio super terram vel destillacio. Hec autem cautela debita circa usum
sacramenti huius adhibetur per sacerdotes, et ideo a solis sacerdotibus sumendus
est sanguis Christi, qui ipsum in persona domini offerunt et sumunt. Hec ille.

voces quae legitur non de
Thoma hic parte quarta summe

Propter igitur evitandum periculum sanguinis Christi effusionis, sanguis Christi non
est dandus populo. Item periculosum est et negligendum et maius peius
est sanguinem Christi per pepla mulierum effundere, vel more barbas madidare et
terram inrigare, et hoc evitare esset nimis grave, si populus [illegible] deberet
gustare sanguinem Christi sub specie vini, portando ad usum vel gustando
populum impetuosum. Et hoc est contra hussitas. Sed quia ut dicit [illegible] Gerso
[illegible] pro [illegible]: Dato uno inconvenienti sequuntur plura. Magni vero
tamen dicunt, ~~uno inconvenienti sequuntur plura~~, quod non est peius
sanguinem Christi fundere in terram, quia sanguis Christi fusus est in terram. Respondetur
[illegible] sanguis fusus est in terram pro salute [illegible], nunc autem fundi non
potest nisi per voluntatem malam et claram comparanda. Et quia sanguis
Christi iam est glorificatus et gloriosi corporis Ihesu Christi inseparabiliter unitus
est, et sic ubicumque fuit pertinet totus Christus [illegible]. Quicquid sanguinis
Christi primus fuit et divisibilis et corruptibilis, sed iam non est corruptibilis
nec est divisibilis a corpore. Ideo illi maxime peccant, qui ad
invicem et indiscrete fundunt sanguinem Christi, et hoc faciunt quando populum
sub specie vini gustando. Cum enim sanguis maius peius fuit fundere vel
[illegible] sanguinem Christi mortalem et divisibilem, nunc autem est peius
fundere sanguinem Ihesu Christi inmortalem et indivisibilem. Et ideo
et sanguinis sui discipulis suis in persona totius ecclesiae / sed solum
in persona futurorum sacerdotum offerendum, nec populi, ut supra ostensum est. ¶ Et
ulterius dicendum est quod discipuli debuerunt domino obedire / et corpus et sanguinem suum
manducare et bibere / et quod obligati sunt ad illud debitum / et quod sunt
eis hoc praeceptum. Sed negandum est quod tunc discipuli gesserunt vicem
totius communitatis ecclesiae, immo solum sacerdotum offerendum vicem gesserunt
ut patet ex praedictis, circa plures articulorum. Et ad doctores per eos allegatos
probabitur infra in secunda parte / ubi dicta eorum declarabuntur. ¶ Sed hussite ad contra
[illegible] sed si praeceptum esset communicare populum quemquam sub utraque
specie / tunc sequitur quod ecclesia praecepisset impossibile / vel ad impossibile
obligasset. Respondendo negant hoc antecedens / et dicunt / non inconve
nienti quibus nec dare sub prima specie nec sub secunda sacramentum licet
deperdiderunt / excusati sunt propter aliud, in eis non est defectus / Prae
ceptum enim de humane [illegible] non obligat, nisi de quanto tamen
[illegible] sunt libere et susceptae vel ministrare possunt clericaliter / et opus
ime convenientia indigentibus facere est praeceptum / et tamen multi

destitutis in temporalibus non possunt elemosinari, et pro deo si vellent
dare non suppetit eis facultas dandi, tunc ipsis sufficit bona vo
luntas. Et quia ad probationem que respondent ad dictum aliqui sunt
qui vinum bibere vel glutire non possunt, et maxime quidam Ruteni
et, nescio quis talis esset, qui non posset saltem minimam guttulam
suscipere vini dum sibi offertur vel infundere in os. Unus communionem
speciem panis infirmus et pueri infantibus, videtur difficilius
deglutire quam secundam. Et tamen dedit modum communicare, et infantibus
post baptismum porrigendo primam speciem sacramenti, quod si in casu aliquis
nullo modo posset accipere primam speciem neque secundam, et aliunde non posset
obtinere, ut supra dictum est, talis non obligaretur ad actualem sumptionem
et susceptionem supradicti sacramenti. Respondetur tamen ad hoc ut dixi possi
bilitas et opportunitas loci et temporis cum ceteris circumstanciis hoc requirit.
Respondetur primo quod non est simile de incarceratis, et de non potentibus bibere
vinum, quia et si incarcerati non possunt sumere hoc sacramentum sub aliqua specie, hoc
est ex defectu materie vel ministri huius sacramenti, ergo non potest sumere
hoc solum est ex defectu nature. Item non est simile de elemosinatione et
de susceptione huius sacramenti sub specie vini, quia pauperes non potentes bibere vinum
quia quod nequit elemosinare et opera misericordie corporalia indigentibus facere non potest
hoc solum est ex defectu materie, quia bonorum temporalium. Sed non potentes
sumere hoc sacramentum sub secunda specie, hoc non est ex defectu materie sed solum
ex defectu nature, quia quia vinum bibere vel glutire possunt. Et tamen dicitur
nescio quis talis esset qui non posset saltem minimam guttulam etc.
Respondetur quod tales duo Wladislaus Rex Polonie, et dux Wi
toldus dux magnus Litwanie, qui non solum vinum glutire non
possunt, immo nec odorare, qui statim vinum odorant, statim ad vomitum
provocantur de quibus ego certus sum. Sed tamen dicitur, unus primam
speciem panis infirmus vix difficilius deglutiret etc. Similiter negando
hoc, quia quibus infirmis sunt necessario potest deglutire primam speciem
panis, quia panis nulli infirmo nocet licet nephetico omnis sit no
ceat, qui non sit de supradicti huius sacramenti sub specie panis, sed vinum
nocet quibusdam infirmis, prout patet Dominus Thomas de 3a parte summe sue q
lxxx articulo ... de solam 3o articulo, quod vinum in modica quantitate
sumptum non potest egrotanti multum nocere, et tamen si nocumentum timeatur
non est necesse quod omnes accipiant corpus Christi, etiam sanguinem accipiant
et quibus infirmis facilis potest deglutire primam speciem scilicet panis
cum postea datur aqua pura, ne quid in ore vel gutture hostie
remaneat vel pure vinum si non timetur nocumentum vel ... infirmi
de vino propter vomitum. Sed si dicitur, quare non datur infirmo pura
aqua vel pure vinum, quia fit in ambabus speciebus sine remanentia
aliqua specie posset deglutire. Respondetur quod mandatum, dat infirmo
aqua pura vel vinum pure si non timetur periculum vomitus quod sacra
mentum sub specie vini. Et non est, quia hoc institutum est et
ecclesie statutum quod speciem secundam vegit, quod nullus contra oblationem sive
laicus sive sacerdos debet sumere sanguinem Christi sub specie vini

prout superius ostensum est contra primam conclusionem. Dicit autem non
de susceptione aque vel vini puri post susceptionem sacramenti sub specie
speciale, ut notum est. Et etiam quia infirmi quandoque in quibus infirmitate
habent nauseam vini et appetunt aquam, et ideo propter periculum vomitus
non datur eis dare sanguinem Christi sub specie vini, et sic nec purum vinum statim
post susceptionem sacramenti sub specie panis prout dictum est, ubi non timetur
periculum vomitus. Sed quod dicit quod Innocencius invenisset modum
infantibus post baptismum porrigendi pro tempore speciem sacramenti. In hac stulte dicunt
et false Innocencio ascribunt, ut infra patebit contra secundam partem.
Et ad illud quod dicit quod si in casu aliquis nullo modo posset accipere
primam speciem neque secundam etc. tales non obligantur ad actualem
sacramentalem susceptionem sacramenti. Aliud quod iam dicunt ipsi hussite quod preceptum
de sumptione corporis et sanguinis Christi est equale precepto de
susceptione baptismi, quia sicut preceptum de susceptione baptismi est absolute
generale, quia dicitur Johannis iij: nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto,
obligans omnes qui ad viam salutis ingredi debent pro voluntate,
sic quod dicitur Johannis vj°: nisi manducaveritis carnem filii hominis etc. est preceptum
similiter et absolute obligans omnes fideles pro loco et tempore
et dato quod possent hoc divinissimum sacramentum sub utraque specie, ut suscipiatur.
Ita dicunt hussite. Sed quia qui nullo modo pro loco et tempore potest
suscipere baptismum dampnatur, ergo etiam qui non potest suscipere pro
loco et tempore hoc divinissimum sacramentum utriusque speciei dampnatur, hoc
quia alias preceptum de susceptione sacramenti huius sub utraque specie non esset
equale precepto de susceptione baptismi, contra quod dicunt hussite.
Sed autem scilicet quod qui pro loco et tempore nullo modo potest suscipere baptismum
dampnatur, patet per beatum Thomam quodlibet vj° q. i, ubi dicit quod puer qui
nascitur in deserto ubi non potest aquam habere moritur sine baptismo,
salvari non potest in fide parentum fidelium. Et declarat hoc idem in responsione
principali, ubi dicit quod ab illa dampnatione quam humanum genus
incurrit propter peccatum primi parentis nullus potest liberari nisi per Christum qui solus
absque dampnatione innocens inuenitur, ita scilicet ut ei incorporetur tamquam
capiti membrum. Hoc autem tempore gratie fieri potest primo quidem per susceptionem
baptismi, secundum illud Galathas iij°: omnes qui in Christo baptizati estis Christum
induistis. Secundo per sanguinis effusionem propter Christum, quia per hoc etiam ad
passionem Christi conformatur, a qua efficaciam sortitur baptismus, unde dicitur
de martiribus Apocalypsis vij°: laverunt stolas suas in sanguine
agni. Tertio per fidem et dilectionem, fidem id est predicando Christo, quia per fidem
et fide purgantur peccata. Actuum xv° dicitur: fide purificans corda
eorum. Et per fidem Christus inhabitat in cordibus nostris, ut habetur Ephesios iij°.
Unde etiam baptismus dicitur fidei sacramentum. Et sic hec dicuntur tres baptismi
scilicet aque, flaminis et sanguinis, quia alia duo supplent vicem baptismi
aque, si tamen assit propositum suscipiendi tale baptisma, ita scilicet quod articulus
necessitatis, non autem contemptus religionis sacramentum excludat. Mani-
festum est autem quod in pueris nondum habentibus usum rationis non
potest esse motus fidei et dilectionis aut propositum suscipiendi baptisma

an deus precipit impossibile

et ideo non potest salvari nisi per baptismum aque vel sanguinis, sed post
passionem Christi accidit aliter, quia propter non solum parvuli sed etiam innocentes sunt ut
dicit Augustinus de Innocentibus. Et sic patet quod ille puer in deserto mo-
riens sine baptismo salutem non consequitur, licet post hanc passionem
est artata via salutis primo quantum ad aliquid, in hac ipsa est amplificata
est habitus via salutis, quia per eum est eis ianua vite eterne, que
ante clausa erat propter peccatum primi parentis. hec ille. Sed forte dicet
hussita, quod in illo qui non potest bibere vinum propter preceptum huius sacramenti
sub utraque specie, articulus necessitatis concludit, et ergo non est, sed aliud non
potuit obicere quod dampnetur non sumens illud sacramentum sub utraque
specie, dummodo non potest bibere vinum. Respondetur quod in baptismo articulus
necessitatis dicitur concludere sacramentum, quia ad ipsum pervenire non potest, quia prevenitur
morte licet habeat propositum suscipiendi. Sic autem non est de illo qui non
potest bibere vinum, quia ille potest pervenire ad illud sacramentum utriusque speciei
supposito quod sit sanus et liber, moratus, trahens inter fideles, quia
potest habere materiam et ministrum utriusque huius sacramenti, et ergo in tali sacramentum
non concludit articulus necessitatis. Et si dicit, licet ille non potens bibere
vinum possit pervenire ad illud sacramentum, tamen non potest recipere. Respondetur
et ergo si est preceptum de sumpcione sacramenti utriusque speciei equaliter
obligans sicut preceptum de sumpcione baptismi, tunc quod iste dampna-
retur sicut et ille puer de quo dictum est. Ex hiis patet quod si est preceptum
fidelibus sumendi dimissum sacramentum sub utraque specie quod deus
aliquos obligat ad impossibile, patet ex isto qui non potest bibere vinum, sed
contra dicit beatus Augustinus de verbis domini sermone primo: non dampnarent
si ea que nullo modo fieri possunt imperant. Et Ieronimus: maledictus qui dicit
deum aliquid impossibile homini precepisse, anathema sit. Sic allegat eum
beatus Thomas in scripto 3 sententiarum q. ult. articulo ult. 1° articulo. Sed quia
ut hussite dicunt, quod Christus precepisset omnibus fidelibus sumendi dimissum
sacramentum utriusque speciei, ergo hereticum esset dicere quod pro loco et tempore
et habita possibilitate [illegible] hoc sacramentum ab aliquo non posset im-
pleri, quod tamen hussite non concederent, utrum ex dictis. Et sic ex quibus dictis
possunt concludere se fore hereticos utrum comprehensi. Sed hussite
pro solucione predictorum movent tale dubium: Sed deus precipit
impossibile. Et videtur quod sic, quia precepta obligancia ut est de dilectione tocius
cordis ad deum et talia videntur esse impossibilia, et tamen deus obligat
nos ad illa per precepta. Unde dici potest quod aliquid est impossibile quo
ad nos et non quo ad deum, et ad tale nobis precipit deus et ob-
ligat nos ad illud. Aliud non est impossibile simpliciter quo ad deum
et ad tale nos non obligat, nec obligare potest, quia carere
talibus et sequi Christum, cognoscere vias [illegible] laqueos et eos fugere,
constantem esse in adversis et perseverare in bono usque in finem, ca-
ritatem habere usque ad inimicos, esse misericordem et perfectum sicut
pater celestis. Ista et alia salutis necessaria nobis, quantum est ex nobis
sunt impossibilia, deo tamen nobis dante [illegible] et gratiam, et ad illa
nobis [illegible] est valde possibile. Ideo ait Christus suis apostolis
discipulis: Sine me nichil potestis facere. Sed hussite dicunt

ces. Apud homines hoc impossibile est, apud deum autem omnia possibilia sunt
Et hic. Non enim impossibile apud deum omne verbum. Obligat ergo
gratis sperantes deus ad impossibile quo ad nos, quia ex insufficientia
non valemus adimplere, sed hoc non derogat sue pietati, quia
ipse dat nobis posse velle et perficere bonum. Et ita quod mandat
nobis prius in nobis operatur, ipso dicente, pater meus usque modo
operatur et ego operor. Ideo sufficientia nostra ex ipso est. Derogaret sue
pietati si mandando nobis ea que nobis impossibilia per lapsum, si non iuvaret
vel non daret facere quod precepit. Unde est quod rogat beatus Augustinus in So-
liloquiis dicens: Domine da quod precipis et precipe quod vis. Hec hussite
Secundo quod deus precipiat nobis aliqua impossibilia, hoc reputo falsum unus
hetenim ut ex predictis, et etiam quia si depravatio preceptum implere non po-
tentes retorqueretur in deum, quod nephas est dicere. Nec deus obligat
nos ad hoc quod nobis est impossibile licet deo sit possibile, quia omne preceptum
dei quod nobis faciendum precipit potest a nobis impleri, patet hoc per sanctum
Thomam in scripto 3 sententiarum distinctione xxvii questione ... articulo ... in solutione
primi articuli ubi dicit: Illud quod precipit lex ut faciendo impleri potest et
impletur ab omnibus in statu salutis. Hec ille. Unde quamvis sine gratia
dei non possumus implere omnia mandata dei, ut dicit beatus Augustinus in
3o de libero arbitrio in hec verba: Illa enim est pena peccati iustissima
ut amittat quisque quod bene uti noluit, cum potestate homo ... cum
potuisset sine difficultate omnia mandata implere, nolens bene
facere, uti ista potestate perdidit, ut etiam volens non possit omnia man-
data implere. Hec ille. Tamen quia cuilibet homini faciendo quod in se est presto
est gratia dei, ideo hoc dicitur homini possibile quod potest facere vel implere
faciendo quod in se est. Et hoc dicitur impossibile homini quod non potest facere
vel implere faciendo quod in se est. Et sic quilibet homo faciens quod in
se est potest implere omnia precepta dei, eo modo quo cadunt sub
precepto in via, quia sibi presto est gratia dei, cum cuius auxilio potest im-
plere omnia mandata. Et hoc probat de impossibili de omnibus
mandatis, super quo Hussitas allegat. Quod autem cuilibet homini
facienti quod in se est presto sit gratia dei, patet per Alexandrum de Hal-
lis iii parte questione ... dicit quod deus homini facienti quod in se est
necessario secundum necessitatem immutabilitatis, licet non coactionis dat gratiam
quia immutabiliter se habet divina bonitas ad dandum gratiam ei
volenti recipere faciendo quod in se est, qua necessitate nulli negat
si condecenter. Sequitur quod si homo faciat quod in se est deus dabit ei
gratiam et etiam necessario immutabiliter, sicut sol immutabiliter dat
lumen suum omni volenti suscipere secundum dispositionem ad hoc, et si homini
impedit disponere ad salutem. Sic dicitur est ex parte gratie, quam
dat deus cuilibet disposito et parato ad eam. Unde Augustinus
in libro de civitate dei ... quod Satan lucifer non habuit perseve-
rantiam, quia aut hoc fuit quia deus non dedit, aut quia
ille non accepit. Et declarat illam questionem dicens: hec non

non fuit quia deus non dedit sed quia ille non accepit, cum
deus semper paratus esset dare, ille vero non accepit. ergo sic quod
aliquis homo non habeat gratiam hoc non est quia deus non dat sed
quia ille non vult nec paratus est accipere. Qui ergo vult accipere, et paratus
est, deus dat ei gratiam hec ille. Sed quid est hoc dictum facere
quod in se est. Respondetur quod facere quod in se est, est gratitudine na-
turaliter. Item Magister 2° hoc vbi supra dicit, quod facere quod in se est
solum pertinet ad adultos non ad paruulos. Secundo ad videndum quid est
facere quod in se est. Notandum est quod in quolibet homine per naturam recta est
ratio, et hec rectitudo boni que indita est a creatore quod habet
ratio ut cognoscat suum creatorem scilicet deum. Et hec dicit. Dictat quod
deus ille est deus, ille fecit nos et redemit nos, propter hoc cum quis
quilibet se naturaliter cognoscit non ex se fuisse sed sic factum esse, et ita
scit se habere creatorem, et scit quod ab ipso habet quicquid habet, et
totum bonum quod habet et non a se, et scit quod ab illo debet petere
bonum et quod propter illum debent suppleri omnes sui defectus. Si ergo
secundum istam cognitionem et rationem aperiat homo suo arbitrio recurrendo
ad illum quem scit esse patrem, et quem scit esse creatorem suum,
et petit ab eo lumen cognitionis fidei et boni, dabitur ei, quia
sic faciat quod in se est. Patet ergo quid sit facere quod in se est quantum
in quolibet homine. Plus autem in fideli christiano in materia peccatoris
requiritur de hoc, quia ille habet fidem sine caritate, unde habet
fidem informem. Fides autem informis respicit, ad diuinam iusticiam
dampnationem reproborum et ad diuinam misericordiam saluationem electorum
hec enim cognoscit per fidem suam. Si ergo mutat suum arbitrium
ab actu peccati et dirigat ex hac fidei iusticiam dampnationis
reproborum et in diuinam misericordiam saluationem iustorum. Ex primo oritur
in eo timor, et ex 2° spes, et hoc est facere quod in se est, quod
cum hoc facit, deus dat sibi gratiam non ex necessitate sed immutabiliter
hec ille. Item Sanguinem cum esse videt inter innocentes peccator prodigo filio
et vagabundo, qui abierunt in regionem longinquam, vanis se in-
volvunt quibus peccatorem, videntem ad gremium patris dominicaliter,
ad pietatem suscipiat, et errata valenti corrigere gratiam lar-
giatur super id apostoli. Benedictus deus et pater domini nostri Ihesu Christi pater
misericordiarum et deus totius consolationis qui consolatur nos in omni tribulatione
nostra. Peccator non est excusatus ad sue vite correctionem. Facit
totum quod in se est, assimilatur filio prodigo, qui dixit in corde suo: Surgam
et vadam ad patrem meum, et dicam: pater peccavi in celum et coram
te, iam non sum dignus vocari filius tuus. Unde sed dicit ethica de Alr
gentina super 4° sententiarum di. xxxvi, quod si faceret totum quod in est sic
etiam si paganum consisteret, deus numquam dimitteret quin veritatem sue
fidei sibi panderet, et infunderet gratiam suam speciale, quod bene apparet
de Cornelio, ad quem deus miraculose misit beatum Petrum. Secundo
modus aut recedendi sive quietandi gratiam quibus in predicta
parabola patet sunt tres, primus sit in dicta quod primo per gratiam preuenientem
deus admonet et per aliquos impetus spirituales apud peccatorem

quorum perceptione ipse peccator incipit iratum sentire conscientie, et aliquid
habere displicentiam peccatorum, talibus admonicionibus deus stat et pulsat
et petit a nobis ianuam confessionis, et quia ex nobis ipsis converti non possumus
ideo ad ipsum clamare debemus Trenorum v° ultimo Converte nos domine et convertemur
Ad quod videtur dicere illud Zach. primo Convertimini ad me et convertar ad
vos id est sequimini meam ammonicionem, et facite quod in vobis est, et ego con-
vertar ad vos infundendo graciam meam, hec ille. Ex hiis dico quod gracia
dei presto est cuilibet homini facienti quod in se est, cuius auxilio potest implere
omnia dei mandata, et quilibet potest faciendo quod in se est potest facere vel
implere, non dico per se impossibile, et sic est de omnibus preceptis dei, quia quilibet
homo faciendo quod in se est cum presto sit sibi gracia dei potest implere omnia
mandata dei. Et hoc potest ostendi inductive de singulis preceptis
dei, et precipue de allegatis a predictis hussitis, puta de preceptis caritatis
que dicunt nobis fore impossibilia. Ad quod ostendendum ponitur prima dis-
tinctio, que non est ad propositum minus planum in quod dicitur, quod
aliquid est impossibile quo ad nos et non quo ad deum, et tale nobis
precipit deus, et obligat nos ad illud. Quod hoc sit planum patet ex predictis.
Prima quamquam nobis deus precipit et ad quod nos obligat est
nobis possibile eo modo, quo cadit sub precepto in via, nam preceptum de
dilectione totius cordis ad deum, quod dicunt esse impossibile quo ad nos
est possibile nobis implere eo modo quo cadit sub precepto in via
Pro quo notandum, secundum quod dicit Bonaventura super 3. sententiarum parte de preceptis.
Quod aliqui sacri doctores dicunt quod tenemur ipsum adimplere, alii
quod non. Et pro primo sciendum ipsum notandum, quod dicitur posse intelligi, quod amor
dei possideat totum cor, aut ita quod excludat omnem affectum contra-
rium, et sic dicitur plene et perfecte cordi, hoc autem est quod omnis
motus cordis per amorem refunditur in deum, et hec totalitas ponit de
minimo plenum. Alio modo dicitur amor dei totum cor possidere, quod excludat
omnem actum contrarium, hoc est quod nichil diligatur super deum, vel equaliter
ipsi deo, et sic diligit deum ex toto corde qui diligit propter
se et super omnia, prima totalitas que excludit omnem contrarium motum
est perfecte dominii, nec potest haberi ante adeptionem glorie ubi ad ipsum deum
appropinquamus et in ipsum feremur continue. Secunda vero totalitas potest haberi
per infusionem gracie que est expulsiva mortalis culpe, secundum hec precepto
intelligatur diliges ex tota anima ex toto corde et quantum
ad primam acceptionem totalitatis sic preceptum illud non obligat ad sui
impletionem sed ostendit in ipso, ut sciamus quo per amorem debeamus
tendere, et ut nemo perfectum se arbitretur quousque illam perfectionem
fuerit assecutus. Sed vero dicitur diliges ex toto corde secundum secundam acceptionem
sic tenemur in via ad illud preceptum implendum, et quia secundum utramque
acceptionem volunt sancti intelligi mandatum hinc est quod quidam dicunt
ipsum posse impleri in via, quidam vero dicunt quod non potest impleri
quousque perveniatur ad patriam, hec ille. Et hoc idem dicit beatus Thomas
in scripto 3 primum contra dist. xxvii articulo ultimo. Trenorum ultimo in responsione
primi, et in summa 2a 2e articulo dicit. Ex hoc quod ponitur ut legitur

preceptum sic hec ligat ad id quod implendum est in via et quantum
vero ad id quod impletur de ipso magis in patria ponitur ut dicitur
fidei scilicet ut preceptum legis. Hec ille. Et hoc est quod dicit beatus Augustinus
super 20. Consummata non recte currit si quo currendum est nesciatur. Quid autem
sciretur si nullis preceptis ostenderetur. Et tamen hec enim illud preceptum est
quod penitus impleri non potest, impletur tamen in parte secundum perfectionem
vie. Alia est enim perfectio currentis id est viatoris. Alia pervenientis id est
comprehensoris. Facit hoc mandatum ut currens id est viator qui deum ante
omnia et pro omnibus diliget. Hec ille. Ex hiis dico quod preceptum
de dilectione totius cordis ad deum est possibile quo ad nos et ut
quo cadit sub precepto in via, et ita ad illud obligat nos deus
et non obligat nos ad illud implendum quod impletur in patria quia
sic ipsum impleri in via est impossibile ut ex predictis. Et consimiliter dicendum
est de aliis preceptis supra positis per hussitas que sunt precepta
quo ad viam perfectionis que cuilibet homini facienti quod in se
est sunt possibilia, quia ad illa ut sic prout dictum est superius cuilibet
homini presto est gratia dei, cuius auxilio semper et quasi sic potest impleri
illa omnia mandata sive precepta. Sed de illo quod dicunt hussite
esse misericordem et perfectum sicut pater celestis. Dicendum quod dominus hic sicut
non dicit similitudinem equiparantie sive equalitatis, quia talis non
est impossibilis simpliciter, sed dicit similitudinem imitacionis scilicet ut
imitemur eum in via et perfectione que tamen nobis possibilis est divina
et hoc est possibile quo ad nos hoc faciendo totum quod in nobis est. Per
hoc autem quod allegant illud Mathei 19o capitulo quod apud deum
Dives quis potest salvus fieri. Respondens Jhesus dixit eis, apud
homines impossibile est, apud deum autem omnia possibilia sunt, non
dicitur quod totaliter precepisset aliquid impossibile quo ad nos possibile
tamen quo ad deum. Sed quia totus autem iste textus loquitur de
divitibus hoc est de cupidis et amatoribus divitiarum. Unde
dicit Amen dico vobis quia dives difficile intrabit regnum
celorum. Unde glosa interlinearis dicit Amator divitiarum non impossibile est sed rare
quia difficulter contempnuntur divitie. Et subdit textus Et iterum
dico vobis, facilius est camelum per foramen acus transire quam
divitem intrare in regnum celorum. Marci 10o dicit Confidentes in pe
cuniis. Et subditur in textu Auditis autem hiis discipuli mi
rabantur valde dicentes Quis potest salvus esse. Sed non quia omnes
omnes cupiant esse divites ut dicit glosa interlinearis super hiis verbis Marci
10o. Et glosa ordinaria Mathei 19o Qui amat divitias et si non ha
beant, aliud enim cum non sit maior turba pauperum non diceret Quis
poterit salvus esse. Et hoc idem dicit glosa interlinearis Marci 10o super
ista verba que dicit Cum plures sint pauperes quam divites non hoc
dixissent nisi in dicto suo intellexissent cunctos qui divi
tias adipisci vellent. Post hec sequuntur verba per hussitas
superius allegata Respondens autem Jhesus dixit eis Apud homines
impossibile est etc. Dico sed non facientes id quod in se est ut careant
se a cupiditate et amore divitiarum, apud deum autem omnia
sunt possibilia, quia illi ab amore temporalium ad caritatem

ciborum gulosi ut dicit glossa interlinearis ibidem et hec dico quia hominem facientem
quod in se est. Et idem glossa ordinaria super eodem dicit. Item a cupiditate
ciborum ad caritatem ciborum gule potest et superbas facere humiles. Ad hoc
dico quod textus ille per eos allegatus non est ad propositum quo ad hoc
propter quod ipsum allegant, nec 1 Luce 1. Ad illud ad dicunt obli-
gat ergo gravissime deus ad impossibile quo ad nos, quia communicare insufficien-
ter non valemus implere. Respondetur prout dicit sanctus Thomas 1a 2e q. c. ix articulo
in suo in solucione 2i articuli, quod illud quod possumus cum auxilio dei, non
omnino est nobis impossibile secundum illud philosophi iii ethicorum, quod per amicos possumus
aliqualiter presumpsimus possumus, unde Jeronimus in exposicione fidei catholice
dicit maledicimus eos qui liberum arbitrium ita dicunt ut dicamus nos semper indigere auxilio
dei, prout allegat eum sanctus Thomas ibidem. Item secundum deus precipit aliquando
quod ex nostra insufficiencia implere non possumus, sed tamen possumus illud im-
plere cum dei auxilio, quod est presto omnibus facienti quod in se est
non dicitur nobis impossibile, nec deus obligando nos ad id dicitur nos obligare
ad impossibile quo ad nos ut ex iam dictis. Item tamen dicunt, nec derogat
sine precepti [illegible]. Ad quod quod si est preceptum de communione plebeorum quem sub
utraque specie, tunc valde derogat sine precepti, cum aliquis precipit
quod alicui homini impossibile est implere, circa facienti totum quod in se est
cum tamen ut dictum est presto est auxilium dei, patet de illo qui non potest gustare
vel bibere vinum nec odorare vinum, quod est communis in gracia dei gratum fa-
ciente, et faciens totum quod in se est, nullo modo potest sumere sacramentum corporis
sub specie vini. Item si teneretur hec precipit, tunc iste nullo dampnabi-
liter dampnaretur [illegible], quod dicere est nephandum
quia hereticum et ergo non est preceptum de communione plebeorum quem sub utraque
specie, tunc sequitur quod communio plebeorum sub utraque specie esset de necessitate
salutis, quod tamen [illegible] cadit sub precepto hoc est de necessitate salutis.
Patet quia illud est falsum, falsitas ipsius patet per sanctum Augustinum in epistola ad Marcel-
linum ubi sequitur contra pelagianos dicit, nec illud cogitent, parvulos
vitam habere non posse qui fuerint expertes corporis et sanguinis Christi. Falsitas
eciam illius patet per beatum Thomam [illegible] parte summe sue q. lxxiii
articulo iii in solucione primi ubi dicit, quod hoc sacramentum non est de necessitate
salutis sicud baptismus. Item contra hoc instant husite Johannis vi
vi° dicit Nisi manducaveritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem
non habebitis vitam in vobis. Patet in hoc sacramento manducatur caro Christi
et bibitur sanguis eius ergo sine hoc sacramento non potest homo habere
salutem spiritualis vite. Et est hec articulus beati Thome ubi supra. Item
husite allegant glosam super 1a ad Corinthios xi° Christus dicit illud in
qua nocte tradebatur etc. Item sicud in vita naturali corporali
primo est generacio, 2° geniti nutricio, sic in vita spirituali precedit
spiritualis regeneracio per baptismum, et 2° ad continuandam hanc vitam
spiritualem requiritur spiritualis nutricio fidelium que fit per communionem
eukaristie. Sed generacione vero naturali, generans non continue genito secundum
statum sed solum secundum virtutem. In nutricione autem alimentum continue
secundum statum. Sic similiter in vita spirituali, quia in sacramento baptismi
solum est secundum virtutem, sed in sacramento eukaristie quod est alimentum
spirituale secundum statum, etiam sub duabus speciebus datur scilicet panis et vini

Explicacio husitarum Johannis vi

Et per hanc professa spiritualis nutricio sunt in secreto signatur. Sed quod
illud verbum ewangelicum Joh. iijo Amen amen dico tibi nisi quis re-
natus fuerit denuo non potest videre regnum dei, de prima generacione spirituali
generalitatis ecclesie in baptismo sed sonare fidelibus de virtute signi tra-
dita ad intellectum et sensum docentis et intendentis domini Jhesu Christi et spiritus
eius. Sic illud verbum ewangelicum confirmatum Jo. vjo Nisi manducaveritis carnem filii hominis etc.
ad continuandam vitam spiritualem quo ad nutricionem spiritualem in divinissima
eukaristia sed sonare fidelibus de virtute signi
docentis domini Jhesu et intendentis spiritus sancti supra indita ad intellectum
de prima generacione spirituali generalitatis ecclesie, est absolute. Secundum autem verbum ewangelicum
Nisi quis renatus fuerit denuo non potest videre regnum dei, quod debeat
sonare fidelibus de virtute sua signi ad intentos docentis, patet quia ipse
docens dominus exposuit statim eundem sermonem aliis verbis Amen amen
inquit dico vobis Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu non potest
intrare in regnum dei. Sic et hoc verbum sed sonare fidelibus de generacione
prima ut dixi spirituali per baptismum, cuius materia est aqua sensibilis.
Sic illud predictum verbum ewangelicum Nisi manducaveritis carnem filii hominis etc. pro simpliciter sponte
ad quem sermonem domini docentis, debeat sonare fidelibus de virtute signi
supra indita, patet quia ipse exposuit ad mortem suam cena in misteriis
dum tradidit generalitati ecclesie totius in suis discipulis corpus suum ad
manducandum sub forma panis et sanguinem suum sub forma vini ad
bibendum, ut ex doctrina ewangelica liquet expresse et apostoli expresso, sed quia
nutricio spiritualis ad continuandam spiritualem vitam in generalitate [illegible]
fiat per manducacionem corporis et bibicionem sanguinis Christi in divinissima
eukaristia forme duplicis sacramentalis, et hoc de necessitate salutis sicud
et baptismus. Hec Hussite. Sed contra videtur beatus Thomas in 3a parte summe
sue, q. lxxx ar. [illegible] ad [illegible], ubi invenit quod textus ille
Joh. vjo Nisi manducaveritis carnem filii hominis etc. debeat intelligi de communione
mistica et sacramentali, pro quo adducit b. Augustinum hiis verbis dicentis
Secundum Augustinum et exponit illud verbum Joh. Hunc cibum et potum scilicet carnis
sue et sanguinis societatem vult intelligi intelligibilis corporis et membrorum
suorum quod est ecclesia in predestinatis et vocatis et iustificatis et glo-
rificatis et suis et fidelibus eius. Unde sicud ipse dicit in epistola ad
Bonifacium nulli est aliquatenus ambigendum tunc unumquemque fidelium
corporis sanguinisque domini participem fieri, quando in baptismate membrum
corporis Christi efficitur, nec alienari ab illius panis calicisque con-
sorcio etiam si antequam panem illum comedat et calicem bibat, de hoc
seculo in unitate corporis Christi constitutus abscedat. Hec ille. Sed
quia contra allegant glossam super 1a Cor. ad Cor. xi Dominus Jhesus
in qua nocte tradebatur etc. Respondetur quod non habetur hoc quod hic ponit
in glosa. Distinccio tamen illa quam ponit scilicet quod sicud in vita corporali
prima est generacio, 2o nutricio, [illegible] ibi
[illegible] sub duplici specie datur, quod solum de sacerdotibus [illegible]
[illegible] potest admitti, quia illa [illegible] dicto b. Thomas 3a parte
summe sue q. lxv ar. 1 [illegible], ubi dicit quod sacramenta
ecclesie ordinantur ad subveniendum homini in vita spirituali, vita autem spiritualis
vite corporali conformatur, eo quod corporalia spiritualium similitudinem

generat, manifestum est autem quod sicut ad vitam corporalem requiruntur quattuor
per quod homo vitam accipit et augmentum quo homo perducitur ad per-
fectionem vite, ita etiam requiritur alimentum quo homo conservatur in vita, et ideo
sicut ad vitam spiritualem oportuit esse baptismum qui est spiritualis regeneratio
et ad confirmationem que est spirituale augmentum, ita oportuit esse sacramentum eucharistie
quod est spirituale alimentum, scribitur in 3a parte articulo 1 in responsione principali. Dicit etiam
sacramentum eucharistie est quasi consummatio vite spiritualis. Hec ille. Item ad dictum huiusmodi
sanctum quod ad verbum Christi Joh. 3 Nisi quis renatus fuerit etc. dicendum
est quod id dominus sanctitas fidelibus ad intellectum et sensum dominus Jhesus Christus, et quod dominus
sensum, quem illius verbis intendebat, postea clare alijs verbis expo-
suit, et sic etiam Gerardus est quod ad verbum Christi Nisi manducaveritis carnem
filii hominis etc. dicatur intelligendum et sanctum fidelibus ad sensum Christi et intellectum
dicentis domini Jhesu Christi. Sed tunc negandum est quod ad quem sensum et intellectum
dicant intelligendum et servari fidelibus illa verba dominus exposuisset ante
ante mortem, cena magna institutionis, ymmo dico, quod sicut ad verbum
allegatum Joh. 3 Nisi quis renatus fuerit etc. ad quem sensum ipsum vellet intelligi
voluit postea verbis exposuit dicens Amen amen dico tibi Nisi
quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non potest introire in regnum dei
Sic illud verbum allegatum Joh. 6 Nisi quis manducaverit etc. carnem filii
hominis etc. ad quem sensum hec sic intelligi voluit, postea in cena verbis ex-
posuit dicens Qui manducat carnem meam et bibit sanguinem
meum, in me manet et ego in eo. Sed ut non postea dicit ibidem, Caro
non prodest, verba que locutus sum vobis spiritus et vita sunt
vita. Augustinus in omelia i. spiritualiter intelligenda sunt. Huius ergo verbi
sensum exposuit dominus, quod id verbum, nisi manducaveritis carnem filii hominis etc. dicatur
intelligendum de manducatione et bibitione spirituali corporis et sanguinis sui.
Sed de hac materia dicetur in 2a parte. Volo ymmo dico quod Christus
in sacra ante mortem suam, cena magna institutionis dum tradidit
corpus suum discipulis ad manducandum sub specie panis et sanguinem
suum ad bibendum sub specie vini, exposuit et aut expresse quod soli
sacerdotes conficientes debent corpus et sanguinem suum offerre et sumere sub utraque
specie et implicite exposuit, et aut quod plebes quibus dominus conveniret sub
una specie tamen scilicet panis. Unde sicut dixi superius circa principium questionis
Christus corpus omnibus fidelibus suis promisit in futurum dare carnem
suam ad manducandum et sanguinem suum ad bibendum Jo. 6 dicens Qui man-
ducaverit hunc panem vivet in eternum, et panis quem ego dabo caro mea
est pro mundi vita. Et postea dicit Qui manducat carnem meam
et bibit sanguinem meum etc. Et quia dicens fideles quos in cena sua
hoc voluit scilicet sacerdotes et plebem, quibus corpus et sanguinem
suum dominus promisit, et quod dare voluit, hoc in sacra ante mortem, cena
magna institutionis exposuit et aut expressit quod soli sacerdotes
debent offerre et sumere corpus et sanguinem suum sub utraque specie, dum
tradidit suis discipulis solum sacerdotibus offerentibus vicem gerentibus corpus
et sanguinem suum sub utraque specie. Et per hoc implicite aut, quod plebes
communicantes debent sumere corpus et sanguinem suum sub specie panis tamen implendo
promissionem suam, ad dictum Qui manducaverit hunc panem vivet

in eternum / et panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita ¶ Item
negandum est quod Christus in cena tradidisset communitati totius ecclesie in suis discipulis
ad manducandum corpus suum sub forma panis / et sanguinem suum sub forma
vini ad bibendum / immo dico quod Christus in cena sua ultima / tradidit solum
sacerdotibus offerentibus in discipulis suis corpus suum ad manducandum sub
forma panis / et sanguinem suum sub forma vini ad bibendum / quia illorum
solum victum consecrarunt in cena discipuli / sed hoc habetur ex decreto ecclesie tra-
ditum supplicacionis sufficiens autem est ¶ Et cum dicit Husste / quod certum est quod nutricio
spiritualis ad continuandam spiritualem vitam in communitate fidelium fiat per
manducacionem corporis et bibicionem sanguinis Christi in dimissima cuta forme
duplicis sacramentalis / hec Husste ¶ Respondetur quod hoc non est / quia sufficit
quod nutricio spiritualis ad continuandam vitam spiritualem in communitate fidelium
fiat in oblatione tamen per manducacionem corporis et bibicionem sanguinis Christi
sub duplici forma sacramentali / sed quo ad oblationem sufficit quod fiat sub forma
ipse tamen / et de hac supplicatione satis dictum est circa primam conclusionem
et in dictis istius 2e conclusionis ¶ Et cum Husste dicit quod manducacio et
bibicio corporis et sanguinis Christi sub duplici forma scilicet panis et vini
est de necessitate salutis sicut baptismus ¶ Videtur quod hoc falsum / et falsitas
istius patet per sanctum Thomam in 3a parte summe q. lxxx art. 1o ad iiio in responsione
principali ubi dicit / quod in hoc sacramento est duo considerare scilicet ipsum sacramentum
et rem sacramenti ¶ Res autem sacramenti est unitas corporis mistici sine qua
non potest esse salus / nulli enim patet aditus salutis extra ecclesiam ut habetur
1a Petri iiio ¶ Sed res alicuius sacramenti haberi potest ante percepcionem sacramenti
ex ipso voto sacramenti percipiendi / unde ante percepcionem huius sacramenti potest homo
habere salutem ex voto percipiendi hoc sacramentum / sicut et ante baptismum
ex voto baptismi / tamen est differentia quantum ad duo / primo quidem / quia bap-
tismus est principium spiritualis vite et ianua sacramentorum ¶ Eucaristia vero
est quasi consummacio spiritualis vite et omnium sacramentorum finis / quod sanctificaciones
enim omnium sacramentorum sunt preparatio ad suscipiendam vel consecrandam eucaristiam
¶ Et ideo percepcio baptismi est necessaria ad inchoandam vitam spiritualem
percepcio autem eucaristie est necessaria ad consummandam ipsam / non ad hoc
quod simpliciter habeatur / sed sufficit eam habere in voto / sicut et finis habetur
in desiderio et intentione ¶ Alia differentia est / quia per baptismum or-
dinatur homo ad eucaristiam / et ideo ex hoc ipso quod pueri baptizantur
ordinantur per ecclesiam ad eucaristiam ¶ Et sicut ex fide ecclesie credunt
ex intentione ecclesie desiderant eucaristiam / et per consequens recipiunt rem
ipsius ¶ Sed ad baptismum non ordinantur per aliud precedens sacramentum
et ideo ante susceptionem baptismi non habent pueri aliquo modo baptismum in voto
sed soli adulti / unde rem sacramenti percipere non possunt sine percepcione
sacramenti / et ideo hoc sacramentum non hoc modo est de necessitate salutis sicut
baptismus / hec ille ¶ ¶ Sed Husste ad ostendendum quod hoc sacramentum
sit de necessitate salutis / ponit pro se adducit duas rationes quarum
prima est talis ¶ Tho ubi ... ¶ Secunda est / ¶ Hoc sacramentum est spirituale
spirituale alimentum est de necessitate temporalis salutis ergo etc. hoc sacramentum

est de necessitate spiritualis salutis ¶ Secunda racio est ista Sicud sacramentum
baptismi est sacramentum dominice passionis, ita et eucharistia, Dicit enim Apostolus
1a Cor. xi Quocienscumque manducabitis panem hunc et calicem domini bibe-
tis, mortem domini annunciabitis donec veniat, ergo sicud baptismus est sa-
crum de necessitate salutis, ita et hoc sacramentum ¶ Ad primum videtur sanctus doctor Tho-
mas ubi supra, puta 3a parte summe sue, quaestione lxxiii articulo 3 in solucione 2i argumenti
ubi sic dicit: Non hoc est dictum, quod alimentum corporale et spirituale, quia
alimentum corporale convertitur in substanciam eius qui nutritur, et ideo non potest homini
valere ad vite conservacionem alimentum corporale nisi realiter sumatur. Sed
alimentum spirituale convertit hominem in seipsum secundum illud quod Augustinus dicit in libro
Confessionum, quod quasi audivit vocem Christi dicentis, nec tu me mutabis
in te sicud cibum carnis tue, sed tu mutaberis in me, potest autem aliquis
in Christum mutari et ei incorporari voto mentis eciam sine huius sacramenti
percepcione, et ideo non est simile, hec ille ¶ Ad 2m videtur sanctus Thomas ubi
dicens: Quod baptismus est sacramentum mortis et passionis Christi, prout homo regene-
ratur in Christo virtute passionis eius. Sed eucharistia est sacramentum pas-
sionis Christi prout homo perficitur per unionem ad Christum passum, unde sicud
baptismus dicitur sacramentum fidei, que est fundamentum spiritualis vite, ita eucharistia
dicitur sacramentum ~~fidei que~~ caritatis que est vinculum perfectionis ad Col.
iijo, hec ille ¶ Ex predictis primo infero, quod non est de necessitate salutis
plebem communicare hoc sacramento sub utraque specie. Secundo infero
Quod non est de necessitate salutis parvulos communicare hoc sacramento, hec patet
ex iam dictis ¶ Octavo arguitur Si ut hussite dicunt, communio laicorum 8a [illegible] 9o
sub utraque specie esset de precepto Christi, tunc omnes laici iam a lon-
gissimis temporibus essent dampnati, eo quod sacramentum hoc non
sumpserunt nec sibi ministrari petiverunt sub utraque specie, sicud tene-
bantur ex lege divina et precepto Christi, nec de hoc penituerunt
quia non habuerunt super isto conscienciam, sed credebant se bene facere, et non
excusat eos ignorancia, eo quod sit lex divina et preceptum Christi expresse
in sacra scriptura positum, ut dicunt hussite, contra quod non licet facere
Similiter si quis ignorans fornicacionem esse prohibitam lege divina non
per hoc excusaretur a mortali si fornicaretur. Similiter si prelatus
daret presbiteris suis, quod populus esset salva creatura, et presbiteri sic crederent
non excusarentur a gravi peccato ¶ Ad hoc facit illud Clementinarum. Se-
cundus casus est, Si igitur sit preceptum Christi, et lex divina sic communicari
sub utraque specie, non excusatur populus de non communicando, aut non pe-
tendo communionem sub utraque specie. Sicud non excusatur adultus, qui ex
ignorancia non baptizatur nec petit baptizari, alias excusaretur, aut
qui fornicatur ex ignorancia, alias non sacramentum est confirmandum, sequitur
quod error dampnabilis esset et fuisset a longissimis temporibus in ecclesia
universali et inexplicabiliter, Consequens est contra primam suppositionem superius positam
Et quia prima [illegible] ut in [illegible], a longissimis temporibus hoc preceptum de communione
laicorum sub utraque specie non est tentum in ecclesia universali, et sic multi
sancti essent dampnati ut sanctus Stanislaus et omnes patroni

Bohemie, ut sunt Wenceslaus, Procopius, sunt Albertus et
multi alii sancti, quia fuissent illud preceptum transgressi, eo quod
non communicaverunt sub utraque specie laicos, quos tamen ecclesia canonizavit
9a 4ba 9a et per consequens eos fore dampnatos est erroneum. ¶ Nonus articulus: Quod
omnes sacerdotes omnes qui a principio huius consuetudinis usque nunc circa ...
recesserunt et mortui sunt, omnes essent dampnati, eo quod obligabantur
hoc sacramentum ministrare populo sub utraque specie ex divino precepto ut dicunt
husite, et hoc facere neglexerunt, vel immo facere noluerunt, et populum privaverunt
fine pro quod habuit in sacramenti perceptione, et impedimentum in augmento
salutis sue tenuit contra totali salute, et hoc fuit grave peccatum, quia magis
spoliare quem honore aut rebus aut fine pro quod habet in aliqua pos-
sessione esset mortale, quanto magis spoliare quem salute aut fine pro
quod habet in perceptione tante rei. Sed tamen huiusmodi sacerdotes non solum non ministra-
bant populo sub duabus speciebus, sed eciam docuit populum, quod licitum esset se communicare
sub sola specie panis, et quod non esset eis ministrandum sub duabus, nec tenentur
ad se recipiendum. Et in hoc tamen gravissime peccassent, docendo errorem
contra divinam legem, et faciendo gregem suum committere errorem. Sic autem
dampnare totum populum laicalem et eciam totum clerum ex premissis argu-
mentis nichil fundatis et sine evidentissimis et luce clarioribus
motivis est temerarium nimis. Quorum contraria eorum plura iam sunt
soluta in dictis supra, et alia contra ea parte solventur, gracia dei auxiliante.
10a 4ba ¶ Decimus articulus: Quod cum heresis aut opinio heretica sit ipsa asserens
repugnans alicui veritati assertive posite in sacra scriptura, omnes adulti
quam clerici tam laici tam a longissimo tempore errassent in fide et tenuissent
heresim, quia tenuissent et credidissent assertionem contrariam legi divine et precepto
christi, et quod prelati doctores simplices clerici seculares et religiosi creden-
dum et defenderunt, credunt et defensare presumunt, ac populum docuerunt et docent
quod laici non tenentur communicare sub utraque specie, et quod non sit preceptum christi quod
sunt et sit eis licitum numquam communicare neque desiderare eorum sub utraque specie
et quod sunt contra in re vera numquam unquam aut in voto manducando corpus
christi et bibendo eius sanguinem sacramentaliter sub specie vini, et omnis populus
id firmiter credidit taliter a clero edoctus verbo et practica. Hec autem
consequenter videtur esse contra articulum unam sanctam ecclesiam, que eadem est una, que
non est vinculo eciam fidei colligata, aut quomodo esset sancta, cum a tanto tempore
fuisset quo ad omnes adultos heresi maculata. ¶ Undecimus articulus:
11 4ba Numquam potuit aliqua heresis vi vel astucia ita introduci in universam ecclesiam
ut ab omnibus teneretur et crederetur, sed omnis heresis habuit aliquos contradictores
et ei resistentes, scilicet primitiva et communicare populum sub sola specie panis fuisset
aut esset error, ergo quod preceptum numquam fuisset observata vel in ecclesiam
introducta ut ab omnibus credita fuisset observata et practicata per
tam longa tempora, ubi enim esset et diu fuisset illud verbum christi: Et porte
inferi non prevalebunt adversus eam. Et si in decem tribubus
populo converso ad ydola quibus dominus sibi reservabit septem milia virorum
qui non incurvaverunt genua sua ante Baal, quomodo populus domini dere-
liquisset ecclesiam suam, et sponsam se habuisset sponsam, ut omnes adultos

in tam tanto tempore dimisisset hanc heresim maculatos, absit cogitacio
ista a cordibus fidelium. Sed advertant christi fideles hic attendite
quid ad hoc reddent predicti hussite, qui tandem contra sententiam christi
quam multos prelati sanctos antea non fuerunt, qui si ad se reverte-
rentur, erubescerent in se non modicum confunderentur, sicut dicit b. Augu-
stinus contra quosdam qua hostem erubescite. Arriani toto orbi po-
nantur hussite, tandem homines in veritate in cruce pendentes multos
prelati non fuerunt antea constituendi et vos caritate dei in celo sedentes di-
videre conantur, vos in infernum ruetis, et utique illa tandem redpet
hec ille. Item non nescire quod hii qui mortui sunt vel adhuc vivunt
comprehenduntur a dampnacione, eo quod sub una specie tamen panis, corpus
christi ministratum eis susceperunt, et qui sub una specie simpliciter ministrabant
quia super hanc usque ad nos non fuit eis scriptura revelata. Sed ubi
sunt hec dispendia, quod ipsis primo scriptura sit revelata, cum ad hoc nulla
habeant scripture auctoritatem, quod eis hanc dominus a deo, qui non aliud
scissuras scismata discordias fecerunt in ecclesia dei et peccaverunt, et peccant
multa homicidia, ecclesias frangunt, religiones dampnant, viros
religiosos cremant et occidunt, et quingentis annis et ultra nulli prorsus
fuisset revelata, et cum hanc ut ipsi dicunt sit preceptum universale esset quod a
tot et tantis annis nulli deus hanc revelasset nisi primo ipsis, et si
hoc est verum, tunc ipsi primo sunt missi ad docendum totam christianitatem
de voluntate et precepto dei. Sed cum ad hoc nulla habeant scripture
auctoritatem, non restat nisi ut probent a deo missionem per evidenciam miraculorum
operacionem, prout moyses probavit se missum a deo filiis israel. Sed credo
quod in hiis deficient, ergo non credo nisi quod fingunt et mentiuntur
scripturam a deo primo eis fore revelatam. Adducunt eciam pro se illud
quod christi: Confiteor tibi pater domine celi et terre quia abscondisti hec a sapi-
entibus et revelasti ea parvulis. Item credunt se missos a deo ad
docendum christianitatem. Sed non eis obviat quod in hoc eis non est credendum nisi
missionem suam probaverint per miraculorum operacionem. Respondent, quod
[illegible] et adulteria committunt sequuntur. Respondetur ad primum, puta cum dicit
Confiteor tibi pater etc., quod ille textus intelligitur de apostolis, ut patet per glo ordinariam
super textum qui statim sequitur illud verbum parvulis, id est humiles, ita
pater, quia sic placitum fuit ante te. Ubi glo ordinaria dicit blandientis
affectu loquitur, ut incepto in apostolis humilitatem complectatur. hec glo.
Sed hussite non sunt apostoli, ergo ille textus de eis intelligi non
potest. Item glo interlinearis super illo verbo parvulis dicit humilibus. Sed et tales
tamen non sunt hussite ut ex operibus eorum probatur, vera humilitas
sicut patet vincencius in speculo historiali in 3 parte li° xx°
c° xxv° ubi dicit humilitas vera hiis indiciis comprobatur. Primo si
mortificatas in se habeat omnes voluntates. Secundo si non solum
actuum, prorsus verum eciam cogitacionum nichil suo celaverit seniori.
Tercio si nichil sue committat discrecioni sed iudicio eius universa committat et
monita eius sitiens libenter auscultet. Quarto si in omnibus servet
obediencie mansuetudinem et paciencie constanciam. Quinto si nichil agat
nichil presumat quod non vel communis regula vel maiorum

exhortacionem completa. Hec ille. Sunt nunc quidam Hussite, qui proprias
sequuntur voluntates, senioribus inobedientes, qui monita eorum non
curant, nec iudicio eorum minima committunt, et preter quamquam regulam presidencium
et exempla maiorum ac eorum iudicium et discrecionem, novam sectam confinxerunt
et ideo non sunt humiles, utique quod sequitur humilitatem supprimunt, que eis non convenit
Item si Hussite essent vere humiles, essent vere discreti, et tu veram discrecionem
non habent, utique quod dicit Vincencius ubi supra in 3 parte libro 29 capitulo 49 ubi
dicit: Vera discrecio non nisi ex vera humilitate acquiritur. Cuius hec erit prima
probacio, si universa non solum que agenda sunt, sed eciam que cogitantur, reservantur
seniorum examini, ut nullatenus eum decipi possit quis, si non suo iudicio
sed maiorum vivit exemplo. Et subsequenter: Tercium velud tenebrosos ac
subterraneos specu [illegible] virtute confessionis protractus ad lucem et traductus
quodammodo ac dehonestatus, discedit deinceps, nunquam deo placita hec prima
comprobatur, ut puerum Samuelem iudicio peleatum suo nollet per sinceritatem
credere, sed vocare semel et iterum pater ad seniorem Heli, illud hic qui offendat
deum, ut et illius qui ad divinum ministerium vocabatur probaretur humilitas et
in moribus forma subieccionis huius prouentur exemplo. Paulus quoque per semet
ipsum vocatus et allocutus a christo ad posse et viam perfeccionis usurpare, consiliumque
dirigere ad Ananiam maluit, atque illius post doctrina quam sua refert
instrui, ne quod recte gestum fuisset, in paulo postero male presumpcionis p-
beret exemplum. Quod unusquisque sibi non suadet solummodo, sed et tibi dei solius
magisterio atque doctrina potius quam seniorum institucione informari. Similis quo-
tam presumptorem et ceteros qui se suo audeat iudicio discrecioneque committe-
re et ipse vas eleccionis indiguisse sibi conlatorum suorum collacione testetur
vide plura, nulla adhuc via perfeccionis audi, qui hinc vide valeat
erudiri doctrinam seniorum vel instituta contempserit perspeccionis illud
vestigia premens. Hec ille. Et si Hussite attendissent et considerassent
numquam tam arduam causam, quo ad communionem sub utraque specie plebem, quam
soli sine consilio ecclesie et seniorum diffinivissent, sed utique coram prelatis
in synodo generali instituissent, ut eorum sua per totam ecclesiam servaretur
absque temeritate. Hec est magnum indicium, quod sine magno maturoque consilio
rem tam arduam attemptaverunt. Ad hec Hussite sic respondent, quod
magnum olim in primitiva ecclesia veniebat plebibus accedentibus frequenter
digne ad sacramentum sub utraque specie, quare et adhuc et hodie sic digne et
mutuo accedentibus communicare magnum bonum, et per istud sacerdotibus predicare
fideliter non est novitas, sed auctoritas ewangelica, et non est nobis grande
malum sed magnum bonum, dignum est tradere et ad dei gloriam pertinent.
Et dicunt adversarii nominatum contra aliquos qui condicunt plebes ea
parcium bibere sanguinem christi sub specie vini. Et non dicunt adversarii, quod confinxerunt
novam sectam, et quod soli tam arduam causam sine consilio ecclesie et seniorum
diffinivissent. Respondent quod sectam novam nullam confinxerunt, sed imitati sunt ea
antiquam probatam et veram et non novas sed dominus Jhesus et sancti apostoli
ab ipso diffinierunt dicentes: Quocienscumque manducabitis panem hunc et ca-
licem domini bibetis, mortem domini annunciabitis donec veniat. Et super
iste recepimus exemplum ab antiquorum sanctorum ecclesia, que sic tenuit, docuit
et observavit, utique legentibus scripta eorum. In fide eciam quam apostoli
et sua ecclesia instituerunt antiquitus et observavit, non debemus turbari

approbatos

a multo enim plus in primitiva ecclesia credendum est antique ecclesie quam modernis
prelatis qui volunt Romana ecclesia. Et ergo in hac conformari se antique
ecclesie non est temeritatis, sed ut speramus pro electis dei maxime
utilitatis. Hec hussite. ¶ Respondetur ad hec dicta hussitarum. Et
primo quod dicta Vincencii superius allegata non est satis fortia per
eorum dicta utique intenti. ¶ Sed tunc dicunt, quia magnum bonum erat in
primitiva ecclesia etc. ¶ Respondetur quod licet in primitiva ecclesia accessissent
plebes aliquando ad hoc sacramentum sub utraque specie, tamen non ex quo contemptu
fuit in primitiva ecclesia quam nunc fiant ut infra patebit. ¶ Quod autem bonum
accedentibus tunc ad hoc sacramentum sub utraque specie plebibus evenit hus-
site non comprehendunt, et credo quod non maius bonum tunc evenit plebibus
accedentibus ad hoc sacramentum sub utraque specie quam nunc digne et mature
accedentibus plebibus sub una specie tantum quo ad efficaciam, quia
tantum effectum quantum sacramentaliter consequuntur quique digne et mature accedentes
ad ipsum sub una specie tantum, quantum consequuntur accedentes digne et mature
ad hoc sacramentum sub utraque specie contra oblacionem, nec sic quis hodie
accedens ad hoc sacramentum sub utraque specie contra oblacionem consequitur
aliquod bonum sed magis aut periculum, quia sic accedendo facit contra insti-
tucionem Christi et ecclesie utique ut supradictum. ¶ Et tunc dicunt: Et si istud predicari
sacerdotibus non est novitas, sed antiqua veritas ecclesie etc.
¶ Respondetur quod istud scilicet accedere ad sacramentum plebibus sub utraque specie predicari
a sacerdotibus non est predicare fideliter sed heretice, et est novitas
temeraria contra institucionem Christi et ecclesie ut supradictum, nec est
veritas ecclesie ut probabitur infra in secunda parte, ubi eciam dicta pro
ipsis pro illa allegata declarabuntur, que eciam plura superius aliquo modo
sunt declarata. ¶ Et tunc dicunt: Et non est nobis grande malum. ¶ Respondetur
quod grande malum et detestabile est, quia ut fertur in scolis publice
non opinando aut disputative, sed firmiter assumendo dogmatizaverunt
aut hodie dogmatizant, quod plebes quevis debere ad hoc sacramentum
accedere sub utraque specie, immo pluribus auctoritatibus sacre scripture
ad probandum istius inepcias, ut est satis superius declaratum
et infra in secunda parte declarabitur. ¶ Et est peius ac valde de-
testabilius si ista in publicis sermonibus predicando auribus vulgaris
populi inculcant. ¶ Et est pessimum et detestabilissimum in hoc quod
ipsum sacramentum communicandi sub utraque specie ut inductum aliqui sunt, non requisita
sede summi pontificis aut eciam generali concilio tam longo tempore
et quasi in eorum late congregatos. ¶ Ex istis namque multa sequuntur
inconveniencia et detestanda. ¶ Primum est quod tales vehementer ~~predicant~~
presumunt facere scripture, sed dicant aliquando esse de lege divina
et de precepto Christi, quod non est tale. ¶ Et sic ipsi inmittunt et
tantum catholicis et verbis divinis addunt aliquid tamquam veritatem
catholicam et tamquam de necessitate credendum et tenendum, quod tale non
est. ¶ Et in hoc faciunt contra illud proverbiorum. Verbis primo iusti
expositus est probantibus in se ne addas quicquid verbis illius et
arguaris inveniarisque mendax. ¶ Ideo sacrum videtur in ...

Ioh. Apoc. ult. Si quis apposuerit ad hec, apponat Deus super
illum plagas scriptas in libro isto etc. Secundum est quod tales inducunt
simplices clericos et laicalem populum in errorem, ut credant de necessitate
salutis esse et de precepto Christi quod non est, nec unquam fuit tale. Tertium
est quod, ut videtur, impingunt in articulum / unam sanctam ecclesiam, quia ut
primus argumentum fuit ex eorum dicto, eo assumpto isto vero, hec communio
duravit in tota ecclesia a longissimis tempore, sequitur omnes adultos
pro toto eo tempore errasse in fide, et fuisse in peccatis mortalibus et
in istis decessisse, cum nunquam noverint errorem suum, ymo opere approbaverint
in agone cum sub una sola specie communicaverunt etc. ut prius tactum est.
Quartum est quod contingebant in cordibus fidelium fidem et devotionem
quam habere debent ad hoc salubrimum sacramentum, cum ipsis simplicibus et
indoctis quibus fides simpliciter proponenda esset, nova et quasi plus
inaudita ingerunt quibus ab omnibus fidelibus tam doctis quam
indoctis ubique contradicitur, et hoc non est sine magno peccato, sic simplicium
fidem et devotionem turbare leviter et sine maxima culpa.
Quintum est quod faciunt populum peccare in hoc, quod faciunt eum transgredi
laudabilem et approbatam consuetudinem universalis ecclesie, que ingressa
firmata est et pro lege habita, et eius transgressores secundum b. Augustinum
ad Casulanum presbyterum cohibendi sunt velud prevaricatores legum
divinarum, quod multum notare debent hussite. Sextum est quod tales
inhonorant et contempnunt universalem matrem ecclesiam, quam communiter
valde catholicam reputaverunt, ac etiam apostolicam sedem, et ipsam in aliquo
nimium velut auctorem, cum in aliquibus diffiniverunt ut supra dictum est, et
propria voluntate mutant consuetudinem approbatam ecclesie ubique inconsulta
ecclesia aut apostolica sede, ad quam tamen omnia ardua referenda sunt, prout
dictum est supra in prima parte huius operis. Et notatur id quod dicitur [illegible] de ult.
[illegible] peccatis vel sic probatur. Nulli dubium sit quod non solum pontificalis gradus
sacre, sed omnis sacre religionis prelatus ad sedem apostolicam, tamquam ad caput
ecclesiarum, debeat referre, et maxime ea que fidem tangunt, nisi illud
Innocentius papa xxiiii q. i. Quotiens fidei ratio ventilatur, ar
bitror omnes fratres et coepiscopos nostros non nisi ad Petrum, id est, sui nominis et ho
noris auctorem referre debere. Hoc est etiam figuratum in Moyse, de quo
Exodi xviii dicitur: Quicquid autem gravius erat, referebant ad eum. Et
Deut. xvii dicitur: Si difficile et ambiguum esse perspexeris inter sanguinem
et sanguinem etc. Surge et ascende ad locum quem elegerit Dominus Deus
tuus, veniesque ad sacerdotes levitici generis, ad iudicem qui fuerit in
illo tempore, quaeresque ab eis qui indicabunt tibi iudicii veritatem et
facias quecumque dixerint. Ita etiam doctissimus Ieronimus, auctoritatem apostolice
sedis recognoscens, libro epistole de expositione fidei catholice sancte
dissensionem et contentionem apostolice sedis iudicio subiecit. Ita summo
pontifici scribens: Hec est fides, papa beatissime, quam in catholica
ecclesia didicimus, quamque semper tenuimus, in qua si minus perite et parum caute
forte aliquid positum est, emendari cupimus a te, qui Petri et fidem
tenes et sedem. Si autem hec nostra confessio apostolatus tui iudicio
approbatur, quicumque me culpare voluerit, se imperitum aut malivolum
vel etiam non catholicum sed hereticum comprobabit. Ultimo addo

exemplum et consuetudinem approbatam et longissimis temporibus ab
omnibus tam maioribus quam minoribus totius Regni Bohemie lau
dabiliter tentam, aliqua privata persona ipsa voluntate false et pie suspi
ciosissimus et evidentissimus mutinus(?) publice dicet esse et semper
fuisse malam et nimis bonam(?), et eam ipsa auctoritate mutaverit, ac in toto Regno
Bohemie mutare conatur, non habito super hoc consilio sapientum
nec requisito desuper Rege et maioribus Regni, puto quod homo talis vero
iudicio rationis, non esset sequendus, sed sicut corruptor legis et
violator iurium Regni, ab omnibus reputandus, quanto magis qui contra
divinam laudabilem ab universali ecclesia circa salubrium sacramentum longissimis
temporibus tentam, ipsa voluntate violat, et per ipsum violari procurat
in populo, de ecclesia viris doctissimis et maxime superioribus suis, ad
quos pertinet auctoritas determinationis, non est sequendus vel audiendus.
Hec sunt obicienda que superius posita sunt, et alia que doctoribus
occurrunt. Et insuper illud Augustini libro confessionum 3° Que sunt contra
mores hominum, quasi flagitia sunt vitanda pro morum diversitate ut
pactum inter se gentis aut civitatis consuetudine aut lege firmatum
nulla civis aut peregrini violetur. Turpis enim est omnis pars
toti suo non congruens. De obviando autem superiorum(?), et quo in ambus(?) facte
que maxime respiciunt sacramentum, sine consilio eorum, nichil est diffi... de
late dictum est superius in prima parte huius operis. Sed contra dicunt
Husiste. Et dicunt ad idem nominatim scilicet antiquos approbatos
qui concedunt plebes capaces bibere sanguinem Christi sub specie vini. Re
spondetur primo, quod ipse maxime sunt sanctorum dicta in fine operis hoc
prohibet, per hoc quia ante mortem suam, cena magna instituens
tradidit in discipulis suis, solis sacerdotibus offerentibus ad bibendum
sanguinem suum sub specie vini, quia illorum solum tunc discipuli vice con
fecerunt sicut superius ostensum est. Quod dictum est circa septimum
articulum huius conclusionis sic, et circa primam conclusionem similiter
quod Christus in cena sua ultima tradidit corpus suum ad manducandum
sub specie panis, et sanguinem suum ad bibendum sub specie vini solis
apostolis qui gesserunt vicem solum sacerdotum offerentium, explicite per
hoc audiens, quod soli sacerdotes offerentes debent manducare
corpus suum sub specie panis et bibere sanguinem suum sub specie
vini. Et implicite quod plebes communes debent sumere corpus Christi et
sanguinem sub specie panis tantum, iuxta promissum suum Johannis 6° Qui
manducaverit hunc panem, vivet in eternum, et panis quem ego
dabo caro mea est pro mundi vita. De hac vide clarius supra
circa dicta prime conclusionis, et circa septimum articulum 2e conclusionis.
Jer Item B. Jero. in Sophoniam. Sacerdotes tui qui eucaristie
serviunt, et sanguinem domini populis eius dividunt impie agunt in legem
Christi. Sed postea dicit B. Jero. putantes eucaristiam precantis verba
facere, non vitam, et necessariam esse tantum solemnem orationem non sacerdotum
merita. Respondetur quod hic idem B. Jero. loquitur de effectoribus eucaristie
quos quidam sacerdotes putabant conficere verbis precantibus solum
et oratione solemni, quos tamen nullus conficere potest sine vita bona

et nutus, et de hoc patet [bit] in 3a parte. Item hoc idem patet per beatum Tho-
mam 3a parte summe sue q. lxxxiiii arti. 1 in solutione 3i arti. 1, ubi dicit
non est autem quod omnes accipientes corpus Christi, etiam sanguinem acci-
piant. Item ibidem q. lxxx arto xii° in responsione principali dicit, quod ipso
sanguis sumendus non datur, sed solum a sacerdotibus sumitur. Item in solutione
2i arti ibidem dicit, quod nichil derogat perfectioni huius sacramenti, si populus
sumat corpus sine sanguine, dummodo sacerdos consecrans sumat
utrumque. Item in solutione 3i arti ibidem dicit, potest autem a populo corpus
sine sanguine sumi, nec exinde sequitur aliquod detrimentum, quia sacer-
dos in persona omnium consecrat et sumit. Item Petrus de Than-
tasia super 4to sententiarum di. xi dicit quod sacramentum est ratione signi et
ratione efficacie. Si de signo patet ad sapientes, sed efficacia ad quam quia
ergo efficacia est equalis sub utraque specie, sed non significantia com-
municantibus in parvis sapientibus et significationem intelligentibus datur
sub utraque specie significante et realiter continente, populo vero simplici non intel-
ligente traditur sub altera specie in qua est [illegible] maior
et cautela tradi. Hec ille. Item de significatione et efficacia huius
sacramenti satis late dictum est supra circa primam conclusionem. Item Tho-
mas de Argentina super 4o sententiarum dis. xi dicit, quod digne manducans corpus
Christi sub speciebus panis, ille vere manducat eius carnem, et bibit
eius sanguinem, licet hoc non fiat sub signo ita expresso, quod si
reciperet illud sacramentum sub accidentibus vini, quia sub qualibet specie
panis vel vini habetur totus Christus. Hec ille. Item ecclesia que a spiritu
sancto gubernatur, ut dicit beatus Thomas in 3 parte summe sue q. lxxx
arto xii, prohibet statuto et ordinatione sua plebi ne bibere
sanguinem Christi sub specie vini, cuius ordinationes diriguntur secundum
sapientiam Christi, ut dicit b. Tho. ii 2e in responsione principali in hiis verba. Item
dicit [illegible], fidelibus suis promisit dicens, ubi fuerint duo vel
tres congregati in nomine meo ibi sum in medio eorum. Item id firmiter
tenendum est, quod ordinationes ecclesie diriguntur secundum sapientiam Christi, et
propter hoc etiam esse de ritibus quos ecclesia observat in hoc et in
aliis sacramentis esse convenientes. Hec ille. Item quia ecclesia olim statuit
et ordinavit plebem suam communicare sub una specie tantum, ideo nullo
debet bibere sanguinem Christi sub specie vini, [illegible]. Item ecclesia sancta
ecclesia olim statuit plebem communicare sub una specie tantum, sed communicare
plebem sub una specie vel sub utraque, respicit fidem, [illegible] ad
hoc credendum est sub pena [illegible], patet ex [illegible] 2a [illegible] puncta
sed autem [illegible] est, nec [illegible] ecclesia communicando plebem, errat quod
[illegible] patet [illegible] in ecclesia aliqua [illegible] scrupulo [illegible]
quod aliqui sancti repugnaverunt eius scrupulo aut periculo quod
in ea esset, posset [illegible] et de [illegible] ad vita
[illegible] et de consensu [illegible] formata [illegible]. Item consuetudinem
de qua fit sermo [illegible] de communicatione plebis sub una specie tamen
iam a longissimo tempore multus maximorum doctorum et optimorum
virorum reprehendit, sed omnes [illegible] laudant,
omnes clerici et laici tenent et laudant, preter illud magnum [illegible]
tonem Wickleff et filios suos hussitas, licet hussite ad [illegible]

isti vero allegant multos doctores approbatos et sanctos, quorum tamen
nullus videtur dicere contra statuta et ordinacioni ecclesie ut patebit
infra in 3a parte ubi omnia dicta doctorum declarabuntur, quos Husside ad
odium ecclesie et pro se adducunt. Item cum dicunt Husside: Non soli sine con-
silio ecclesie et seniorum tam arduam causam diffinivissent. Respondetur
quod non nos, sed deus Ihesus, et primus apostolus sic diffinivit. Respondetur
quod Christus non diffinivit plebem generaliter sanguinem suum bibere sub specie vini utriusque
ex predictis, nec apostolus primus ab ipso sicut sic diffinivit, quamquam autem ista
verba apostoli hic per eos allegata, scilicet quotienscumque manducabitis panem
hunc et calicem biberitis, mortem domini annunciabitis donec veniat, debeat intelligi
patebit infra in 3a parte, cum ista et alia apostoli verba iuxta sanctorum
doctorum ab apostolo ac spiritu sancto intentum declarabuntur. Sed cum Husside
dicunt: Et propter isto recipimus exemplum ab antiquis sanctorum ecclesia que sic tenuit
docuit et observavit. Respondetur quod non oportet quod omnia que antiqua et primitiva
ecclesia tenuit docuit et observavit ut nunc teneantur doceantur et obser-
ventur ut infra dicetur, et per consequens exemplum non debet capi ab ea ad communicandum plebem
sub utraque specie. Sed cum ultimo dicunt: In fide enim quam Christus et prima
ecclesia antiqua instituit et observavit non debemus titubare. Respondetur quod bene
dicit quod in fide Christi quam Christus instituit non debemus titubare, nec in illa
ecclesia Romana umquam titubavit nec titubabit umquam, quia pro ea Christus
in persona Petri rogavit, ut non deficeret fides eius. Luce xxii°. Ego
pro te rogavi Petre ut non deficiat fides tua, ubi glossa dicit: fides
tua i. ecclesie tibi commisse scilicet Romane ecclesie, quia hic est certum quod fides
Romane ecclesie, quam in ea Petrus plantavit, sic semper duratura. Hec ille.
De hac dictum est supra circa primam conclusionem, et in prima parte huius operis.
Item antiqua ecclesia aliqua tenuit et observavit, que non sunt de pre-
cepto Christi, non oportet quod nos hec teneamus. Unde ecclesia antiqua ab initio ritum
communicandi plebem sub utraque specie cessavit, et ecclesia Romana ab eo
cessare fecit, et hoc facere potuit licet Husside dicant, quod illum ritum com-
municandi sub utraque specie quo ad laicos non potuit nec potest nec pote-
rit tollere, annullare seu cassare constitucio summi pontificis, aut decretum
concilii generalis, aut consuetudo quecumque ecclesie universalis. Et probant hoc sic
universaliter, quod est de veritate sacre scripture, et de lege divina, et de
precepto Christi, non potest tolli per ecclesie consuetudinem, aut per statutum pape
aut concilii generalis, sed ritus communicandi quo ad laicos sub utraque
specie est de veritate evangelica et de lege divina et precepto Christi. Igitur
iste ritus communicandi sub utraque specie non potest nec poterit tolli, aut an-
nullari per ecclesie consuetudinem etc., quod patet, quia consequentia nota est, et posset pro-
bari multis auctoritatibus. Et maiorem nituntur probare multis auctoritatibus evangelii
et doctorum de quibus infra dicetur in 3a parte. Respondetur quod ipsum ritum commu-
nicandi sub utraque specie quo ad laicos potest et potuit tollere annullare
et cassare constitucio summi pontificis, aut decretum concilii generalis, aut
consuetudo ecclesie universalis. Quia licet ecclesia sive summus pontifex non potest
aliqua statuere contra formam consecrationis sacramenti, tamen circa usum sacramenti
potest statuta sua ponere, scilicet quo modo populus hoc sacramento uti debeat. Et ratio
huius est, quia potestas est ab ipso deo data, 2a Cor. x, potestas ad ipsius ministros
ecclesie, patet hoc per S. Thomam 3a parte summe sue q. lxxxiii articulo 3. pluribus

in collacione viii articuli ubi dicitur, quod dispensacio sacramentorum pertinet ad ministros
ecclesie, sed consecracio corporis est ab ipso deo, ecclesia instituit ecclesie non tamen
aliquid statuit circa formam consecracionis sed circa usum sacramenti et formam
celebrandi, de hoc dictum est supra circa primam conclusionem. Et per hoc re-
sponditur ad articulum quartum decimum maiorem, quia illa est vera et catholica
et posset probari multis auctoritatibus, que propter brevitatem pretermittuntur.
Sed minor est falsa et erronea, et opposita eius est vera. Sed ista quia
ritus communicandi quo ad laicos sub utraque specie non est de veritate
ewangelica nec de lege divina, nec est preceptum Christi. Sed quod ritum commu-
nicandi populum sub utraque specie potuit ecclesia tollere et mutare in
ritum communicandi sub sola specie panis, quod patet quia ecclesia non posset
aut potuisset mutare ritum communicandi populorum sub utraque specie in ritum com-
municandi sub sola specie panis, hoc maxime esset quia hoc quia ritus com-
municandi sub utraque specie populorum esset de precepto Christi. Dicunt Husite, quia
hoc solum sunt in causa. Sed ex premissis constat quod ritus ille non est de
precepto Christi. Secundo constat quod ecclesia potest et potuit tollere et mutare dictum
ritum, et ita fecit, ex rationabilibus causis supra positis, et a longissimo
tempore continuavit et firmavit consuetudinem ad cuius observanciam obliga-
tur. Unde dicitur de con. d. ii c. Consuetudinem, quam nec sacris canonibus
nec humanis legibus consuetudo obviare monstratur, inconcussa servanda
est. Et Augustinus ad Casulanum presbyterum dicit: consuetudinem laudavi quia
non contra fidem catholicam nichil usurpare dinoscitur. Et item ad eundem
dicit: In hiis rebus de quibus nichil statuit scriptura divina, mos
populi dei et instituta maiorum pro lege tenenda sunt et sicut prevari-
catores legum divinarum, ita contemptores consuetudinum ecclesiasticarum, cohercendi
sunt. Hec ille. Hec valde Husite ponderare deberent. Item quod Husite
dicunt, multo enim plus de puritate fidei credendum est antique ecclesie quam
moderne prelatis qui vocantur ecclesia Romana. Respondetur quod non credendum
est prelatis Romane ecclesie in hiis que sunt fidei quam antique ecclesie
et maxime summo pontifici ad quem spectat determinare, de hiis
que sunt fidei, cuius determinacio firmiter est credenda tenenda, et de hoc
dictum est supra circa primam conclusionem, et in prima parte huius operis.
Licet enim in primitiva ecclesia Petro et aliis apostolis, principaliter tamen Petro
prout dictum supra in prima parte huius operis, concessa et data sunt potestas
ordinandi ecclesiam et articulos fidei determinandi, circa que sunt fidei
instruendi, qui fidem succincte et abscisse verbis brevibus posuerunt
in symbolo eorum quod dicitur symbolum apostolorum. Sed quia postea multi
errores insurrexerunt propter quos per summum pontificem beati Petri succes-
sorem, et per alios post sanctos apostolos successores, edita
sunt alia symbola, ut symbolum Athanasii et Nicenum. Sic et
papam, qui est successor sancti Petri, cum aliis prelatis ecclesie
Romane qui sunt successores apostolorum, propter errores extirpandos
si necesse esset, possent hodie facere nova edicta symboli, sicut dictum
est supra. Ultimo dico quod prelati moderni non sunt, nec vocantur
ecclesia Romana. Quia ut dictum est supra in prima parte huius
operis, tunc ecclesia Romana est congregacio omnium fidelium. Sed prelati sunt
rectores et gubernatores ecclesie Romane, quibus tota cura

ecclie Romane est commissa ut dicit b. Tho. quolibeto iiij q. xxviij
in responsione principali in hec verba. Tota ecclesia et cura publica ecclie
commissa est prelatis, et ideo nullus debet exercere aliquid quod requirat auctoritatem
publicam, nisi auctoritate prelati. hec ille. Et sic sicut in aliqua civitate, cum
Rectores et gubernatores civitatis aliquid ordinant disponunt statuunt
vel tenent, debet civitas illa hoc ordinare disponere statuere vel tenere. Sic
cum prelati Romane ecclie et maxime papa aliquid ordinant disponunt sta
tuunt vel tenent in hiis que sunt fidei vel pro salute animarum debet hoc
ecclesia Romana ordinare disponere statuere vel tenere, et hoc ut supra dictum est
quo ad iudicium vniversalis ecclie in hiis que sunt fidei errare non potest. Et
cum hussite ulterius dicunt sic, ergo conformare se antique ecclie non est teme
ritatis, sed ut frequenter pro clericis maxime utilitatis. Respondeo quod clericis
dico de plebe quod nulla est utilitas communicandi eos sub utraque specie
quia omnem utilitatem quam essent sicut plebs consequitur sub una communicando sub
utraque specie quo ad efficaciam hec consequuntur communicando sub una specie cum sit
Secundus hoc patet ex dictis supra circa primam conclusionem. Et conformare ergo se antique
ecclie in ritu communicandi plebem quem sub utraque specie que ecclia cassavit
et annullavit sicut patet ex supradictis, et illud innovare sine consilio
summi pontificis cuius [illegible] est maxime temeritatis. Cum non sit eis
hoc commissum, cum cura ecclie non est eis commissa, et quod illud ritum
innovare spectat ad publicam auctoritatem et ergo sine auctoritate prelatorum sed
pape, cui commissa est tota ecclesia et cura publica, [illegible]
non debuerunt, ut patet ex dictis s. b. Tho. Sed quod sic hussite dicunt secun
dum iudicium dei, et [illegible] sit eis scriptura revelata, ego reputo hoc
dictum esse magne stoliditatis et arrogantie, cum hoc probare non
possunt. Et quia ritum communicandi plebem quem sub utraque specie dicunt
preceptum xpi et fidei credendum, et quia b. Tho. quolibeto ij q. vj in responsione
dicit quod nullus tenetur ad hoc, quod est supra vires suas, nisi per
[illegible] ex dono dei perveniat, secundum id apostoli ephesios v. Gratia salvati estis per
fidem, et hoc non ex vobis est, dei enim donum est. Philippenses primo dicitur vobis
datum est non solum ut in ipsum credatis, sed ut pro ipso patiamini. Homo
tenetur credere secundum quod adiuvatur a deo. Adiuvatur autem aliquis a deo ad cre
dendum tripliciter. Primo per instinctum interiorem vocatoris. Joh. vj. Omnis qui audivit
a patre et didicit venit ad me. Secundo per doctrinam et predicationem exteriorem
secundum id apostoli Ro. x. Fides ex auditu est, auditus autem per verbum xpi.
Tertio per exteriora miracula, unde dicitur j. Cor. xiiij. Signa data
sunt infidelibus, ut per ea provocentur ad fidem. hec ille. Modo dico
quod non est verisimile ut deus hoc alicui interius inspirat [illegible] vocatio
quod est contra institutionem xpi vel preceptum xpi ecclie quod aliquis
suo regeret, qualis modus est communicandi plebem sub utraque specie
ut ex predictis, et per consequens nec deus inspirat hussitis, ut credant
eis quod sunt invicem ad inducendum eis illum modum communicandi. Nec
secundus modus eis competit quod predicat modum communicandi plebem esse
de precepto xpi, et quod quo ad hoc dicunt se habere intellectum

scripture / et scripturam pro eis revelatam / et esse nuncios dei / non est eis
credendum. Et verum est. Quia si aliquis cum errore Arriani vel cuiuscumque
alterius heretici veniret / allegando scripturam quam ille pro se trahit et
diceret eiusdem heretici sensum illius scripture / etiam si esset sanctus / quem sensus
spiritus flagitat / etiam hoc diceret / quod scripturam pro eo et sibi revelatam a deo / et
quod esset nuncius dei / puto quod husite non crederent sibi / sed dicerent eum fore erro-
neum et deceptorem fidelium / ergo hoc ipsum concludunt etiam de ipsis / qui eciam
pellagii heretici dudum condempnati quo ad istum / ceterum decipiendi plebem sub veris
specie innovarunt / et precipue quo ad eundem modum decipiendi / errorem illius magni
draconis Wycleff adducentes scripturam quam ille pro se trahere iuxta
sensum illorum / dicentes tamen illum sensum scripture esse iuxta intencionem Christi et
spiritus sancti / quem tamen non approbat ecclesia universalis / cui non subest error quo
ad iudicium suum / scilicet universalis ecclesie in hiis que pertinent ad fidem / ut ex predictis
in Iheronimo [illegible] deberet / et quo ad hoc allegat eciam Holgot
super libro sapiencie. Tria sunt que faciunt dictum alterius esse incredibile quamvis
demonstracione loquatur / scilicet aut propter imprudenciam / quia reputamus eum ignarum
aut propter maliciam / quia contrarius vero stetit / tamen est quasi amicus veritatis
et iusticie / aut propter defectum benivolencie / quia in casu licet sit prudens et
virtuosus / et sic non reputamus eum nobis benivolum / quod velit revelare illud quod
nobis expediens iudicabit non credimus ei. Et sic husite contrarium predicti
se fore tales ut supra dictum est / et tamen hoc illum modum confundendi plebes
non creditur eis / quia a toto orbe habentur pro inimicis veritatis et iusticie et pro
malis quia pro hereticis. Ex quo patet quod secundus modus eis non convenit et hec
prima / unde aliud non restat nisi tercius modus scilicet per opera miracula
probarent se fore nuncios dei / et scripturam pro eis fore revelatam quo ad
modum decipiendi plebem sub veritatis specie / quem modum dicunt de precepto Christi
et de fidei credulitate / in quibus utrisque deficiunt / et ergo inveniuntur se fore
nuncios dei. Et mirabile esset quod deus misisset eos pro informacione plebium
et non dedisset eis potestatem faciendi miracula / cum tamen tam ex veteri testamento
quam ex novo habetur / quod quoscumque misit deus pro informacione hominum vel
ad vocandum eos ad fidem vel ad confirmandum in eadem / dedit eis potestatem fa-
ciendi signa / vel deus misit aliquem ad populum suum pro aliquo bursio ipso ex-
hibendo ut ipsum crederet populus fore missum a deo / dedit sibi potestatem faciendi
miracula. Et patet hoc primo de Moyse de quo dicit lyra super exodo iiii. Quamvis
cum Moyses esset certificatus per verbum domini quod seniores populi verbis eius cre-
derent / sciebat tamen quod in populo illo multi erant rebelles et increduli / qui non
acquiescerent verbis nisi viderent signa / et de hiis dixit Moyses illud non
credent michi / ideo dedit sibi deus potestatem faciendi signa ut habetur ibidem. Hec ille.
Sic ergo ex quo ut husite dicunt quod sunt a deo missi ad populum sed
credens sciunt quod non solum seniores ut prelati non credunt eis sed etiam
populus communis / mirabile est quod deus non dedit eis potestatem faciendi miracula
cum tamen misit eos ad docendum illud quod esset de precepto sub pena dampnacionis
non tantum et quod est de necessitate salutis. Et si dicunt quod pro certificacione
illorum non sufficit scripture doctrina / dicendum quod quantumcumque allegent scrip-
turas pro se tamen non creditur eis ex causis predictis / quia ex quo sicut
per hereticos habetur qui per scripture [illegible] Unde et in novo testamento
habetur / quod quando Christus illos quos misit ad populum convertendum ad fidem vel ad
doctrinam de novo fidei veritatem dedit eis potestatem signa faciendi ut Marci ultimo.
Illi autem profecti predicaverunt ubique domino cooperante et sermonem confirmante sequen-
tibus signis. Ubi dicit glossa interlinearis / precepto obediendi / obedienciam signa

signa cunctarum (Et glo. interl. ordi. dicit / fidelium credulitatis probatis actibus
quod locutionibus creditur, et est finis illius glose / forte hussite possent dicere
quod hodie non sunt necessaria miracula, et hoc patet per glo. ord. Act. ult. super illo
verbo Signa autem eos qui crediderint hec sequentur / que dicit necessaria sunt signa
non facimus, non credimus Sed hec in exordio necessaria fuerunt, ut fides miraculis
nutriretur / fides autem ecclesie iam confirmata non est necessaria / hec glo. Respondetur
quod nunc hussitis miracula essent necessaria, ut hereticos inducerent ad suam sectam
et suam nutrirent predictam / sicud fuerunt necessaria ecclesie in exordio. Pro quo
notandum quod holgot super libro sapiencie dicit et post solvit argumentum quare
nunc non fiunt sicud prius. Ad hoc dicendum quod ecclesia consideratur secundum triplicem
statum / primitivum / medium / et ultimum In statu primitivo fiebant signa frequenter
In statu medio raro / Sed in temporibus antichristi rarissime In statu namque
primitivo fiebant miracula frequenter prima s. Chris. vel miracula / habetur
admiratorum nobilitatem et utilitatem Et nunc ergo propter duo cessavit fieri miracula
et propter admiratorem, quia heretici delectantur in mirabilibus, et hominibus
tunc erat aliquibus delectationibus solidandi ad fidem, et iterum propter utili-
tatem, quia tunc multi erant infidelibus devoluti, medio vero tempore
raro fiunt, quia nec hoc suadet necessitas, eo quod fidelium multitudo est magna
Aliquando tamen fiunt, quia hoc suadet utilitas eo quod aliqui infirmi sunt indigentes
solidari in hiis que fidei sunt. Sed quare modo non fiant ita passim
nunc sicut in ecclesia primitiva Una est racio primo quod ecclesia est nunc
firmata et stabilita in fide, et hoc est racio gregorii qui ponit exemplum
de planta cui tamdiu aquam infundimus donec eam in terra convaluisse
videmus / 2o propter vite mundi correccionem et hanc racionem assignat Augustinus xxii
de civitate dei c. viii. dicens Quisquis adhuc prodigia ut credat inquirit
magnum est ipse prodigium qui credat ut mundo credente non credat. 3o
propter fidei magis meritum prima s. Aug. in om. / fides non habet meritum ubi
humana racio prebet experimentum Ex quo patet quod fides est nobis magis
meritoria ceteris paribus quam fuit patribus in ecclesia primitiva In fine autem
mundi rarissime fient miracula. Sed Isidorus triplicem dat causam, primo ut
propensius magis audacior ecclesia / 2o ut fidem patrum ostendant quam
persecutorum 3o ut eorum qui casuri sunt levitas ostendatur hec holgot. Pro quo
notandum est intuendum quod ille cause Gregorii et Augustini quare nunc non dentur
fieri miracula non conveniunt predicte hussitarum Sed prima causa quare in primitivo
statu fiebant signa frequenter ille eorum predicte conveniunt, quia si mira-
cula facere possent, multos ad suam contraherent predictam quia dicunt se esse
legem Christi. Sed de hoc quod dicunt, generacio prava et adultera querit signa
eum de celo ad probandum se fore nuncios Christi facerent miracula. Sunt enim
quod hussite hec dicunt evasive, quia aliter evadere nesciunt, ut eis dicitur
ut probent se esse nuncios Christi, non notandum est quod dominus clerus tamen quod
Christus multa signa coram iudeis fecit, utrum quod dominus doctores testantur
quod aliqui clerici signa petebant. Sed non quod dominus cogit petere signum
nuncios explorando de potestate, vel ignorans vel dubitans de potestate
nescientibus ad dei perfectionem et per se petere est / quia hoc de se patet ad dei
temptacionem. Alios ut primat experimentum de preceptibus ad dei
ut aliis demonstret, puta aliis demonstret dei virtutem ad dei perfectionem
cum probabilitate iusta necessitas vel propria utilitas / dei virtutem vel dei virtutis
petierunt, ut in nomine Christi fierent signa ut dicitur act. 4o. ut scilicet

infidelibus distesserit virtutem suam ¶ Ad 2m patet per Aug. ult. ubi dicitur illi
aut perfecti predicaverunt ubique domino cooperante et sermonem confirmante se-
quentibus signis ¶ Nam et deus precepit petere signum, quod et dare vo-
luit ut de Achaz Ysa. vii°, cui dictum fuit a deo ¶ Pete tibi signum
a domino deo tuo, qui tamen videns quod signum petere noluit, licet quod deus vo-
lebat dare ¶ Achas non pro ipso tunc sed pro toto populo instructione
¶ Et ideo reprehenditur quod dicitur glo. quia salutis signum petere nolebat, ne
petendo deum temptasset, licet quod deo precipiente petisset tunc quia
pertinebat ad utilitatem quorumdam ¶ Vel Abraham signum petebat dicens
¶ Unde scire possum quod possessurus sim eam secundum textum premissum Gen. xv°
et hoc petiit ex instinctu divino ¶ Ad 3m patet quod licitum est petere
signum et quod querentes signum non sunt generatio prava et adultera ut patet
dictum ¶ Quod signum querentibus signum de celo ita videtur, quando
prava et adultera signum querit, hoc eo fecit quia illi tunc querebant
signum ex invidia et ad calumpniam, non autem ad aliquam rei vel doctrine
certitudinem quorundam ut patet glo. aug. super illud Mt xii° quod dicit
Et tunc videntes quidam calumpniabantur in Belzebub eum demonia eicere,
quorumque videntes alii temptantes signum querebant adhuc invidentes et
locum calumpnie querentes h. glo. ¶ Vel eo illis non potest videri, quia illi
non erant digni signum videre de celo, nec digni erant tale signum videre quale
eis audiunt, ut dicit glo. aug. super illud ¶ Signum querit celeste quod indigna est
videre defectus dedit signum de celo, quibus et quibusdam certitudinis
primus dominus morte sepultus et post videretur in celum sublevatus audivit
hec glo. ¶ Et glo. aug. super predictis verbis Mt viii dicit, quaratione est
signum i. temptationem domini et quidem verbis eius quod non dabitur
signum de celo quod temptantes querunt quibus tamen multa signa celestia
dabat in terra, quodammodo aut querunt domini signum de celo ostendit
quod credentibus apostolis in celum ascendit, spiritum misit ad imponendam manum
apostolorum gratiam spiritus sancti plurimis credentibus infudit h. glo. ¶ Quod
si aliquis querit signum probationis alicuius dicti vel doctrine quam dicit
esse a deo, et si dictum illud non potest probari ex scriptura, puto est illud
quod hoc presumit docere se esse indicatum ipse et si pro scriptura potest eius veri-
tate licitum est querere signa, quia si hoc subest necessitas, ne fideles
errent in fide vel decipiantur, nec alias cito credendum est, quia qui
credit cito levis est corde Eccli. xix°, ubi dicit glo. or. de eo
dicit apostolus omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet, sed hoc procedit
bone voluntatis que semper prompta est ad omne bonum, hec autem le-
vitas animi dicitur que statim sentitur non sentit, probandi enim sunt
spiritus an ex deo sint, et quandoque aliquis novum in fide proponit vel
esse a deo missum vel indicatum, quod si ex scripturis probari non potest, querenda
sunt signa ut dictum est supra ¶ Unde Judicum vi° dicitur ¶ Gedeon cum
videret angelum indicantem sibi victoriam a deo, dixit ad angelum
da michi signum quod tu sis, ubi glosa aug. dicit, vir eruditus et sciens
sathanam posse transferre se in ... agit ¶ Sciebat enim posse angelos
tenebrarum transfigurari se in angelos lucis, ideo optat per signum si
a deo sit, spiritualis enim ante optat ¶ Et proposuit eius quasi ¶ Nam
cum princeps celestis milicie venisset inquit si inveneris ... adversarie
¶ Ideo Gedeon dicitur angelicam visionem dubitare et mutationem
signorum hec glo. ¶ Et ut vera hec presumpserat spiritu autem illam

sectam in lucem deduxerunt, invenisset utique quod populus suus ipsarum
eis non suffecerunt, sed dyabolus sua calliditate suggessit. Et cum sint
minimi Christi ad suos fideles, cur non vadit ad diversas provincias ad
manifestandam voluntatem Christi, sicut apostoli fecerunt in primitiva ecclesia, iuxta
id Marci ult°. Euntes ergo docete omnes gentes etc. et Marci ult. Euntes
in mundum universum predicate evangelium omni creature etc. Sed Hussite
pro excusacione eorum respondent, allegantes id Mathei x°: In viam gentium
ne abieritis etc. vocant tamen omnes contra suam sectam gentes et ana-
thematizatos, tamen unum quod proximorum detractores. Et quia potest sumi
quod impossibile eos fore tales quales se esse dicunt, non tamen est verisimile
quod minimi Christi debeant esse detractores proximorum, quales sunt Hussite
dicentes illos anathematizatos tam despectos illius nequissimi hominis
cuius ~~senect~~ peccata abhominabile non solum audire, sed eciam cogitare, et
quorum patres avi attavi et alii a longissimis temporibus habiti sunt
pro veris fidelibus, qualiter utique habent dicere fore tales omnes Bohemos
suos predecessores a longissimis temporibus sub anathematizatis, et sic debent
omnes priores suos corporaliter [illegible] et dicere ut [illegible] plane
proprium Albertum quod in corpore ingereret [illegible], si suos predecessores quos
habent longis temporibus pro sanctis vocaverunt anathematizatos. Et quod ut
[illegible] habebant, tunc apostoli sunt bis missi primo ad Iudeos
et tunc dictum est eis In viam gentium ne abieritis etc. Sed 2° missi fuerunt
ad omnes gentes, iuxta dictum id prius allegatum Mathei et Marci ult°.
Si ergo Hussite sunt minimi Christi de prima missione, cur non vadunt
ad Iudeos convertendos. Si autem sunt de 2a missione, cur non vadunt
ad alias provincias quas omnes quod sua secta vocant gentes et ana-
thematizatos et infideles, nisi dicant, quod primo missi sunt ad ipsos, nisi
glo. intell. [illegible] In viam gentium etc. [illegible] et non prius ad conversos
sed ad ipsos. Sed quia iam adduxerunt ipsos ad suam sectam, cur non vadunt
ad conversos. Et si dicunt, quod non omnes adhuc sunt adducti, cur ergo
non sunt multi relicti aliqui circa ipsos, ceteri non vadunt ad conversos
sicut apostoli fecerunt qui ad dissensionem [illegible] relicti aliqui circa ipsos sed
iudeos, ceteri incurrerunt in dissensionem gentium, sed forte timent ignem, quia
multitudine quod ipsos fuerint eis creditur, sed utique tempore Henrici [illegible]
Et ergo non vadunt ad conversos. Sed si timent ignem et non vadunt
ad conversos, signum est quod in eis non est caritas, quia caritas foras
mittit timorem, ut dicit Iohannes 4 cap°. Et cum sciunt [illegible] se
foris [illegible] Christi, ergo sunt in caritate vel eos presumunt se habent fore
in illa, cur omnes minimi Christi ut habent in caritate dicere sunt ducenti
ergo ut exiret tales prompte et delectabiliter
vel martirio se obtulerunt, ergo perfectam caritatem habuerunt [illegible]
Tho. [illegible] Et offerre se martirio
vel et martirium sufferre, potest facere non solum caritas perfecta sed etiam
imperfecta. Et quod plus est, eciam ille qui caret caritate, sed ad apostolos
1 Cor. 13: Si tradidero corpus meum ita ut ardeam, caritatem
autem non habeam etc. Sed caritas perfecta hoc facit prompte et delectabiliter,
sicut patet de beato Laurencio et Vincencio, qui in tormentis
hylaritatem ostenderunt. Hoc autem non potest facere caritas imperfecta vel
eciam ille qui caritate caret, hoc ille. Et ita eciam fecerunt apostoli

veri modi christi qui pompose et delectabiliter se exposuit martirio
Unde scribitur de eis Act. Ibant apostoli gaudentes a conspectu
concilii, quia digni habiti sunt pro nomine Jhesu contumeliam pati. Sed sic
non faciunt hussite, ergo ex hiis et ex predictis fingunt et mentiuntur
se fore imitatores christi, et se esse etc. in hac credendum se pati racione
cuiuslibet heresis, ex quibus posset se dicere fore imitatorem christi ut dictum est
supra. Sed possunt dicere hussite, quia ille Huss dampnatus incendio
[illegible] et in tormentis hylaritatem magnam ostendit, ergo videtur quod tormenta
sibi etiam mortem inflicta sit passus ex caritate. Unde hussite eum
Huss predicte memorie se attollunt, ut non solum professum doctorem sive
nuncium, sed etiam post predicta gloriosorum sanctorum martirum passionibus
esse martirem, quinymmo plures sunt in martirio esse comparatum inveniuntur
Unde quo die in cathedrali ecclesia hussitarum in Bethlehem dicta
in Praga contra ritum sancte ecclesie per illos magni fastus exequie
quasi sancti viri aguntur. Quidam de illis hussitis sacerdos sermonem
sermonem tunc iusta missarum sollempnia declamatorium ad populum cunctis
qui aderant audientibus clericis plebeys viris et nobilibus quia ab
aliquibus etiam sue partis scolaribus sue assercionis repulsam habuit
impudentissime eo hec que dicta sunt publice proclamavit dicens, quod
ex omnibus viris sanctis qui passi sunt neque aliquis martir sed
solus christus passio passioni Johannis Huss posset esse equalis. Sed
indubie ut fideles animadvertant quanto iste affectu ad predictam here
paciam habuit inordinato, ipse etc. passionem suam passioni sal
vatoris nostri sicut [illegible] christus in omnibus suis effectibus pro sua
stoliditate ac fatuitate sanat et sanat [illegible], et hunc affectum non
ex alio nisi ex dyabolica decepcione habuit et inde habuerunt. Sic nonnumquam
habent ex quadam dyabolica demutacione vel decepcione affectum non
verum videtur habere ad deum, ex quo ex affectu plurimi cordis compungunt
lacrimas fundunt dulciter afficiuntur ad orandum et ad [illegible] a
verbis Accipite et comedite, nichil precepit, quia non est proprie
illis verbis imperative, sed exortative invitavit ad cibi spiritualis
refectionem, ut sunt [illegible] accipite per intellectum, ut aliud intelligatur quam

[illegible] accipite et comedite

videtis, species eius panis videtis, sub quibus corpus meum intelligere
et manducare i. spiritualiter vobis interpretare, quod vobis sub speciebus
panis presentatur hoc est corpus meum, et iste sensus habetur ex glo. interli-
neali Matthei xxvi super verbis predictis, vel super isto verbo accipite dicit glo. id est intel-
ligite et comedite hoc est corpus meum glosa, quod sub specie panis videtis
Et racio huius est quia quantum ad quod sit et sensus illis verbis imperative, quia si
illis verbis sensus fuisset imperativus, et quia illa verba etiam dixit ad Judam, cui
sibi corpus et sanguinem dedit ut patet per b. Augustinum super psalmo quem dicit, De uno
eodem pane accepit Petrus et Judas, Petrus accepit ad vitam, et Judas
ad mortem et patet contra per omnes doctores catholicos Et tunc Judam sicut
fecit presbiterum et esse in mortali peccato tunc imperasset Jude peccare morta-
liter quod est valde impium dicere de Christo, Sed tunc dixit, hoc facite in
meam commemoracionem, hiis verbis apostolos ordinavit episcopos et sacerdotes
Et hoc facite pono ibi auctive seu imperative Et ista verba non sunt
equaliter dicta apostolis et cuilibet populo laicali ut ipsi sensus ut
dictum est supra circa primam conclusionem Sed posset aliquis dicere Ista
verba hoc facite in meam commemoracionem etiam dixit ad Judam Et quia
hoc dixit imperative ergo imperavit sibi conficere, quem tunc sciunt esse in
mortali peccato Et per consequens sequitur quod Christus per preceptum precepit Jude
peccare mortaliter Respondetur quod tunc dixit verba predicta, sicut Juda
in crastino proditor qui numquam confecit, sed hec verba dixit ad Judam
sed dumtaxat quia malus sacerdos possit conficere quod negant hussite, de quo
infra parte istius articuli dicetur. Item hussite pro se adducunt glo. interli. hic
Christus accipite, et aliis date in meam commemoracionem, per quam volunt
probare quod sit preceptum apostolis accipere corpus et sanguinem et dare aliis
sed de quo supra Respondetur quod ista glo. non habetur ibi ubi eam allegant
nec alibi Sed ista glo. habetur luce xxii super hiis verbis, hoc est corpus
meum quod pro vobis traditur, ubi glo. super hoc verbum, hoc est corpus
meum dicit, quod sub specie panis apparet quod pro vobis traditur Glosa
dicit accipite et date, et hoc dicit de corpore, nichil autem penitus dicit
de sanguine, quia talia verba glose non continentur, tunc Christus dixit alia verba
de sanguine Sed hussite pro confirmacione glose predicte adducunt illud
quod ecclesia cantat in ympno pro festo corporis, dedit fragilibus [illegible] in ympno
corporis ferculum dedit et tristibus sanguinis poculum dicens accipite
quod trado vasculum, omnes ex eo bibite, sic sacrificium istud instituit
cuius officium committi voluit solis presbiteris, quibus sic congruit ut sumant
et dent ceteris. Cui sic glo. sonat, sic sacrificium istud instituit sed in
duplici specie, cuius officium sed consecrandi committi voluit solis presbiteris
quibus sic congruit sed sub duplici specie ut sumant, et dent ceteris sic sed
sacerdotes sumunt sub duplici specie Respondetur Et iste textus sensus debet
et catholice Hodie non sensu catholico Quod sic sed ille ympnus
intelligi, dedit fragilibus i. apostolis Christi necessitatibus et ab eo fu-
gientibus et tristibus de morte Christi dolentibus, dedit corporis ferculum
et sanguinis poculum, et illud sacrificium id est i. offerre solis presbiteris c-
ommitti voluit, primo apostolis primis sacerdotibus postea eis, postea

offerentibus et sacerdotale officium in offerendo celebrantibus et non aliis, ut sumant
sub duplici specie sacramentali corpus et sanguinem Christi prout Christus instituit, et
dent ceteris i. laicis sub una specie scilicet panis tantum et non sub specie vini. Vel
sic non dicitur, ut sumant et dent ceteris, quia hoc intelligitur de modo quo eis competit
scilicet sumendi et dandi ceteris scilicet laicis sub una specie tantum scilicet panis, quia ita
Christus instituit ut supra dictum est. Item hussite allegant id Math. xxvi capitulo
ad id Bibite ex hoc omnes — Bibite ex hoc omnes. Respondetur quod hoc dicitur ut tunc dictum est superius circa
canonem gelu quod ubi Christo porrecta est ad aliud dictum. Sed dicunt Hussite quare ergo
hic dicit Bibite omnes, et non dicit comedite omnes, cum ita non ab omnibus
capiatur sub specie panis, et non ab omnibus sub specie vini sumitur, magis
debuit dicere comedite omnes, quam bibite omnes. Respondetur quod dominus previdit
quod debet a pluribus sumi sub specie panis quam sub specie vini. In confusionem
ergo hereticorum ne aliquis crederet quod propter hoc minus sanguinis sumeretur, quia
non sumitur sub specie vini, sed sub specie panis, ait Bibite omnes. Item
ad id Nisi manducaveritis carnem etc. — instant hussite contra predicta per id Joh. vi. Dixit Jhesus discipulis suis et
turbis iudeorum Nisi manducaveritis carnem filii hominis non habebitis vitam in
vobis. Respondetur quod nullus sensus nullius sacri theologie doctoris exponit hunc
textum de manducatione et bibitione sacramentali, quod quis prius debeat communicari
sub duplici specie, sed solum de manducatione et bibitione spirituali, ita quod illa verba
non debent intelligi litteraliter sed spiritualiter, nam ipsemet Christus eciam spiritua-
liter exponit, ut ibidem ponitur. Sed si ignoretis quis sit modus dandi
vel manducandi non dicit, Nisi manducaveritis et non plus, glosa interlinearis dicit. Et
secundum subditur in textu Caro mea vere est cibus, et sanguis meus
vere est potus, qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem in
me manet et ego in illo, ubi glosa ordinaria sanctus exponit, quomodo sit
quod dixit, et quod sit manducare carnem et bibere sanguinem, hoc est manere
in Christo, et ipsum habere in se manentem, Qui vero non manet in Christo, non
manducat spiritualiter, et si sacramentum sibi sumit in iudicium corporaliter. Duplex
enim ponitur modus manducandi et bibendi corpus et sanguinem Christi
scilicet sacramentalis et spiritualis, de quo mentio supra habita. Item subditur in textu
Et qui manducat me, et ipse vivet propter me, ubi glosa ordinaria, Vere
vivet anima et corpus hoc cibo, quia caro mea vere est cibus
qui solus facit immortales, ut neque esuriant neque sitiant. Alii
cibi non hoc prestant, et si in eo hoc appetatur, caro hic solum sacra-
mento de corpore et non de sanguine. Item licet Jo. supra locuti sunt
eum allegat magister in Questione hussitarum, dicit non solum in veteri testamento
litera occidens differenda est et in novo testamento litera que occidit
eum qui non spiritualiter audit, si eum secundum literam sequatur, hic ipse
quod scriptum est Nisi manducaveritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem, occidit hic litera
sicut hec litera occidens est, sed occidit, sed spiritus vivificans et in eo
hec b. Jo. Et ideo subditur in textu alia glosa secundum moralem Nisi manducaveritis
carnem etc. spiritus est qui vivificat, caro vero non prodest quicquam, verba
mea que locutus sum vobis spiritus et vita sunt. Sicut verba b. Augustini
omnium precium dicit Evangelium est spiritus et vita, sunt i. spiritualiter intelligenda
est glosa interlinearis ibidem supra in textu. Et glosa ordinaria ibidem dicit, verba

mea quibus dixi manducare meo esse manet manet in me et ego in
ipso ut aut aliquis manet in ipso ut membrum et ipsius in ipsa ut
in templo unitas facit que est ex caritate caritas aut ex spiritu sancto qui
est qui unificat membra compaginata non separata Et quia iudei in
unitate cum ipso non fuerunt ideo litigabant dicentes quomodo hic potest nobis
dare carnem suam ad manducandum Unde beatus Thomas in glo super
super Jo dicit Cum iudei panem concordie non intelligebant ideo ad in
vicem litigabant Illis tu verbis eius nichil perceperunt iudei quia
sentiunt cibus esse possibile nec modum et manducandi carnem suam attendunt
sapuit ut dicit glo ordinaria super 1o verbo Panis quem ego dabo caro mea
est pro mundi vita Jo vi° Que glo ponitur in principio parte de panta
in cuius fine dicitur nec talibus exponitur quomodo deus dat carnem suam ad man
ducandum sed audiunt ut magis moveantur nisi manducaverint Item glo
ordinaria Caro quippe ipsius est cibus qui per manna post Et glo ordinaria
super eodem verbo dicit ego sum panis vivus Non manna de quo superbi
patribus murmurantibus quorum estis filii murmurando non fuit panis
vite quia non intellexerunt in eo spiritualem cibum Sic et vos qui me
auditis et non spiritualiter intelligitis moritur quia moyses et alii etiam
de manna quia spiritualiter intellexerunt Sic et qui modo ubi me spiritualiter
intelligunt Hec glo Manna aut erat cibus qui quod ipsa dabat
sine bibitione vini quod et iuste dicitur dari cibus iste bibitum sed panis qui
de celo descendit sub una specie sed panis ipso quod sine bibitione
sanguinis sub specie vini sacramentum Ille hic per sacrificium et perfectum nisi
manducantes et dimittitur de manducatione corporis christi et bibitione sanguinis
eius spiritualiter Circa cuius intellectum adhuc est notandum quod sicut dicit
magister in 4ta dist viii tria in hoc sacramento de quo loquimur species
visibiles panis et vini que post consecrationem manent et sacrum quia
et signata et est caro quam de virgine traxit et sanguis que pro nobis
fudit Alia vero huius sacramenti est et ipsum sacrum significata sed non
sub eo contenta et est unitas ecclesie Hec due res sunt dux caro
deus vero et sanguis vel ista que crucifixa est et sepulta
et sanguis qui multis tantum effusus est vel ista spiritualis et
mistica i. mistica de qua ipse deus ait Caro mea vere est cibus
et sanguis meus vere est potus Et nisi manducaveritis carnem filii
hominis et biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis Huius quoque
ipsa visibilis species signum est quia utraque sicut
et utrisque plenitudinem gerit Sicut enim panis pre ceteris cibis corpus
reficit et sustentat et vinum hominem letificat et saginat et sic
ex multis granis conficitur unus panis et ex pluribus acinis
vinum in unum confluit sic ex multis fidelium personis
unitas ecclesie constat unde apostolus unus panis et unum corpus
multi sumus Ubi Et post in glo Sicut unus panis et
unum corpus etiam dicitur pro eadem quia sicut dicitur unus panis ex multis

granis, et unum corpus ex multis membris purissimis et immaculatis
et sanguis eius ex multis guttulis purissimis et immaculatis constat. Similiter
caro christi mistica est societas ecclesie ex multis personis a criminali
macula liberis consistit. Ultimo nota quod duplex est manducatio et bibitio
carnis et sanguinis christi, una sacramentalis et alia spiritualis. Sacramentalis est sumptio
veri corporis sub speciebus panis aut veri sanguinis sub speciebus vini vel utro-
rumque taliter sumendi. Et de ista manducatione aut sumptione sacramentali corporis
aut sanguinis christi non intelligitur auctoritas predicta, ut dicunt sancti et omnes doc-
tores catholici, sicut patet ex precedentibus et patebit ex sequentibus. Cum enim sit sacramentum
sicut baptismus, similiter ex precepto christi est sacramentum necessitatis, ita etiam quod sine eo
parvuli non possent consequi salutem, regulariter loquendo, si auctoritas christi predicta in-
telligeretur de manducatione aut sumptione sacramentali, ipsa sumptio sacramentalis ex
christi verbis et institutione esset de necessitate salutis, sicut et est sicut(?) pro(?) de
de baptismo dixit: Nisi quis renatus fuerit denuo non potest videre regnum
dei. Sic de manducatione dixit: Nisi manducaveritis carnem filii hominis etc.
Secundo quia baptismus propter ista christi verba est necessarius, ita esset sumptio sa-
cramentalis, pari ratione necessitatis propter illa christi verba, que manducatio ... ut
a parvulis qui salvantur sine hac sacramentali sumptione. Tertia patet quia effectus
sumptionis sacramentalis, qui est deletio venialium et augmentatio virtutum
sanctorum, nunquam est de necessitate salutis. Et ita nec sumptio sacramentalis sive
sub una specie sive sub utraque erit de necessitate salutis. Et de hac patet
ex supradictis in prima parte contra [illegible] errores. Beda in super Jo. dicit
quod licet illa manducatio non sit de necessitate salutis, tamen est magne uti-
litatis, quia virtute sacramenti augetur in nobis omne bonum. Item contra
dicitur quod illa manducatio sacramentalis nullam vitam dat nec vitam
gratie nec vitam glorie, et tamen non sunt plures vite necessarie ad perpetuam vitam
nisi ille due; tamen ideo manducatio illa sacramentalis non est de necessitate salutis.
Et quod non dat vitam gratie, id est remissionis peccatorum, patet quia illa vita
datur per baptismum, contritionem et confessionem et veram penitentiam, et illa vita pre-
exigitur ad illam dignam manducationem sacramentalem; aliter [illegible] non recipiunt
ad salutem, iuxta illud beati Pauli 1 Corinthiis xi. Qui enim manducat
et bibit indigne iudicium sibi manducat et bibit. Sed
quod non det vitam glorie patet quia sine manducatione sacramentali potest homo
vitam gratie potest habere et vitam glorie, ut de parvulis decedentibus post bap-
tismum qui habent vitam gratie et glorie sine manducatione sacramentali. Sed
Hussite dicunt oppositum, dicentes quod sumptio sacramentalis sub utraque specie
sit de necessitate salutis, propter quod ipsi communicant pueros et parvulos, quod est
error Pellagii heretici dampnati, qui ex auctoritate predicta male
intellexit: nisi manducaveritis etc., non solum communicavit adultos sub utraque
specie sacramentali sed et pueros post susceptionem baptismi. Et quod hec fides non
sit iusta dicetur. Alia est manducatio et bibitio spiritualis. Et illa
est duplex, secundum quod duplex est res huius sacramenti. Prima est sumptio
spiritualis prime rei huius sacramenti, scilicet vere carnis et veri sanguinis christi.
Et est devota recogitatio seu meditatio christi ut est sub sacramento
in corpore suo vero quo pro nobis multiplicem passionem sustinuit, et vero
sanguine suo pro nobis fudit, et ipsius recogitantis ad cogitatum
unionem per actum amoris. Ita quod sicut ad manducationem cibi corporis requiritur

masticacio omnis et respective incorporacio. Sic ad manducacionem spi-
ritualem sive anime secundum veri corporis requiritur Christi, quod habitu vel actu fide
recogitet devote, quod sub istis speciebus est verus et realiter totus Christus
deus et homo cum suo sacratissimo corpore quod pro nobis compassum fuit
tam multiplici passioni, et quod nobis ipsum dedit in cibum anima-
rum aut alia similia. Et illud correspondet masticacioni. Secundo requi-
ritur cogitantis per actum amoris unitur ipsi cogitato scilicet Christo. Et illud
correspondet aliquo modo incorporacioni. Per eo bibitur intelligatur de bibicione
spirituali veri sanguinis Christi. Et de ista sumpcione spirituali vel carnis et
sanguinis non intelligitur illud verbum domini, quod parvuli si non mandu-
cant, cum non habeant actum fidei, nec recogitare possint talia, et tamen
sunt certum in statu salutis. Et de ista manducacione spirituali etiam intelligitur
illud Augustini in libro de remediis penitencie, quod allegat magister in quarto distinctione ix
quid paras dentes aut ventrem, crede et manducasti. Et beatus Thomas
in libro de sacramento altaris capitulo ultimo distinguit triplicem potum vel sanguinis
Christi dicens. Potus sanguinis Christi triplex est scilicet spiritualis, sacra-
mentalis et intellectualis. Spiritualis qui ab omnibus salvandis sumitur
de passionis Christi pia meditacione. Cor. x. Patres nostri omnes
enim potum spiritualem biberunt id est omnes patres boni, de sequentibus
petre aquam biberunt, et in illa sanguinem passionis prefiguratum
viderunt, et per fidem spiritualiter gustaverunt. Sic boni fideles devoti
pia meditacione sanguinem eius solent spiritualiter bibere. Sacramentalis
qui a solis sacerdotibus sumitur de calice altaris. Math. xxvi. Accipiens
Jhesus calicem, benedixit et dedit eis dicens. Bibite ex hoc
omnes. Hic est sanguis meus. Omnes id est apostoli qui tunc erant soli sacerdotes.
Intellectualis vero est, qui a populo christiano sumitur sub specie panis de ipso
salvatoris corpore. Nam sicut sub specie vini consecrati sanguis Christi
per transsubstanciacionem et corporis per annexionem, ita sub specie panis est corpus
Christi per transsubstanciacionem, et sanguis eius per annexionem. Unde sicut sacerdos
sumpsit sanguinem Christi sacramentaliter de calice, ita fideles populus sumunt eum in-
tellectualiter de ipso Christi corpore. Job xxxix. Pulli aquile lambunt
sanguinem, ubi glossa ac si dicat, parvuli contemplacione divinitatis pascuntur.
Quia quod auditores eius divinitatis archana penetrare non possunt, [illegible]
crucifixi domini sacramentum. Sanguinem eius lambere est passionis dominice
misteria venerari. Hec glossa. Pulli aquile sunt subditi ecclesie. Hii lam-
bunt sanguinem Christi, non de calice, sed de ipso Christi corpore. Sumunt
illa in prima libro [illegible] Thome ubi supra. Alia est manducacio et bibicio
spiritualis, id est rei huius sacramenti, scilicet caritatis per misterium et sanguinis, et
est conversio seu adhesio unionis ipsius et caritatem ad membra ecclesie et
ad capite eius, qua unionem hec sacramentum significat. De ista spirituali man-
ducacione seu sumpcione intelligitur predictum illud Christi nisi manducaveritis
et biberitis. Et Augustinus exposuit [illegible] [illegible] ante [illegible] dicta, dicitur
intelligitur caro Christi et sanguis, vel illa que crucifixa est et sepulta
et sanguis quem militis lancea effusus est, vel illa spiritualis ac diva de
qua ipse ait. Caro mea vere est cibus, et sanguis meus vere est
potus. Et nisi manducaveritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis.
De hac ergo manducacione spirituali, exponunt predictum verbum

bitur Augustinus super Johannem omelia xxvij. Et glosa ordinaria in textu xi°. Nam prius
verba predicta adiungit dominus Qui manducat meam carnem et bibit
meum sanguinem habet vitam eternam. Super quo dicit Augustinus vbi supra. Hanc ergo
vitam eternam vult, qui istum panem non manducat, nec istum sanguinem
bibit, non temporalem vitam habebit sine isto hic, sed eternam omnino non
habet. Constat autem quod hoc non est verum de manducatione et bibitione
sacramentali aut etiam spirituali vere carnis. Sequitur ergo intelligi de manducatione
tione spirituali mistice carnis Christi que est vnitas Christi et corporis
mistici, sine qua non est salus, nulli enim patet aditus ad vitam
eternam etc. Et subdit beatus Augustinus Qui non manducat eius carnem
et bibit eius sanguinem non habebit in se vitam, et qui manducat eius carnem
et bibit eius sanguinem habet vitam. Quod etiam non est verum de manducatione
sacramentali, quia multi non ad vitam sed ad iudicium sibi sumunt, nec etiam
verum de manducatione spirituali vere carnis Christi, cum paruuli habent in se vitam
eternam et tamen non manducant spiritualiter veram carnem Christi etc., cum non meditantur
aut cogitant actualiter Christum etc. Sequitur ergo verum de manducatione
spirituali mistice carnis Christi, de qua intelligi oportet quod Augustinus dicit
cum subiungit. Hunc itaque cibum et potum vult dominus intelligi societatem corporis
et membrorum suorum quod est sancta ecclesia in sanctis et fidelibus suis. Et hec
patet per argumentum ad propositum, quia dominus Johannis iii loquens de baptismo dicit primo
Nisi quis renatus fuerit denuo non potest videre regnum dei. Et quod hec
intelligi et observari voluit a fidelibus statim declarat cum subiungit
Amen dico tibi nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non potest introire
in regnum dei. Igitur a simili quia dominus Johannis vi loquens de manducatione
carnis et bibitione sanguinis sui, quod hec voluit intelligi statim
declarat cum subiungit, Qui manducat meam carnem et bibit meum
sanguinem in me manet et ego in eo, per hec exponens in propria verba
intelligatur de manducatione spirituali carnis sue mistice et bibitione
spirituali sanguinis mistici, de hac dictum est supra in prima parte. Et hec
dicit magister Augustinus in glosa super eodem post predicta subdit Augustinus. Denique
iam exponit dominus quid illud sit quod loquitur, et quid sit
manducare eius carnem et sanguinem bibere dicens Qui manducat meam
carnem et bibit meum sanguinem in me manet et ego in eo. Et subdit
Augustinus. Hoc est ergo manducare illam escam et illum potum bibere in Christo
manere et Christum manentem in se habere, ac per hoc qui non manet
in Christo procul dubio nec manducat eius carnem nec bibit eius sanguinem
Etiam si tantum rei sacramentum ad iudicium sibi manducat et bibit
quod etiam intelligi oportet de manducatione carnis mistice, cum sacramentum
est spiritualis corporibus et corporis Christi veri, ut patet. Et idem dicit
Augustinus et allegat eum magister in iiii° di. ix. Aliud est Christum manducare
non est hoc solum in sacramento corpus eius accipere, multi enim indigne
accipiunt, sed in Christo manere et habere ipsum in se manentem, spiritualiter
enim manducat, qui in unitate Christi et ecclesie quam sacramentum significat
manet. Et idem dicit Augustinus quid manducandum est Christus, quia ipse dicit
Qui manducat carnem meam et bibit meum sanguinem in me manet
et ego in eo, tunc carnem suam manducat et eius sanguinem meum bibit
Qui non non in me manet nec ego in illo, et si accipit sacramentum

accipit magnum tormentum. Et in eodem c° supra se dicit: Manemus autem in illo
sicut membra eius, manet autem ipse in nobis sicut in suo templo
eius. Hec intelligo cum nobis inhabitat per unionem perfectionis secundum illud
Jo. xiiii°: Si quis diligit me, sermonem meum servabit, et pater meus diliget
eum, et ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus. Ex quibus clare
patet quod predicta Christi verba nullam imponunt necessitatem communicandi sub utraque
specie, cum non possunt intelligi de manducacione sacramentali sive sub una specie
sive sub utraque. Et hoc patet expresse per sanctum Tho., Bonaventuram et ceteros
doctores catholicos communiter in scriptis suis super 4 sententiarum di. ix°. Patet
eciam per Albertum magnum in postilla super Jo., ubi exponit de spirituali man-
ducacione per quam ipsi incorporantur, et dicit quod doctores similiter
sicut sunt virtutes non in corpore sed in anima, ita sunt per incorporacionem.
Idem patet per beatum Tho. in postilla super Jo., ubi dicit: Respondeo licet ad man-
ducacionem spiritualem, sicut plana est. Iste enim spiritualiter manducat carnem
et bibit sanguinem domini, qui particeps est unitatis ecclesie, que fit per caritatem.
Qui autem sic non manducat est extra ecclesiam et extra caritatem. Et ita
non habet vitam. Consequenter vero per panem manducacio sacramentalis sive spi-
ritualis ... carnis Christi non est de necessitate salutis, sicut dictum est, sed spiritualis.
Sed manducacio de qua verba domini loquuntur est de necessitate salutis. Ita quod
nemo sine ista salvatur. Et illa verba domini non possunt intelligi de sumpcione
sacramentali sive sub una specie sive sub utraque, nec eciam de spirituali sed tantum.
Et eciam declarat hoc expressius doctor, et hoc non est, quod non loquendo salvatorem
quo dicit: Nisi quis manducaverit etc. Et patet quod verbis Augustini supradictis allegatis,
quibus dicit: Qui non manducat eius carnem etc. non habet in se vitam etc.
vivam et eternam manducacionem spiritualem, que est de necessitate salutis, quam requirit
sine qua nemo salvatur, ut docet aperte beatus Augustinus in epistola ad Bonifacium,
et ponitur in glo. i Cor. x°. Et Albertus magnus in Xto di. ix dicens:
Nulli ambiguum est tunc quemque corporis et sanguinis domini participem fieri
quando Christi membrum efficitur, nec alienari ab illius panis calicisque con-
sorcio, eciam si antequam illum panem edat et calicem bibat, de hoc seculo
in unitate corporis constitutus abscedat, quia illius sacramenti beneficio
non privatur, quando in se illud habet quod illud sacramentum significat. Et sic patet quod
illud verbum Christi: Nisi manducaveritis etc., intelligitur de manducacione et bi-
bicione corporis et sanguinis Christi spirituali et non sacramentali. Sed contra hoc
arguunt heretici: Ista que non exponit hic locutus est de mandu-
cacione et bibicione spirituali quam non sacramentali. Respondetur quod quia ista
est bona, ubi exponit locutus est solum de spirituali manducacione
et bibicione corporis et sanguinis sui. Ita quod non de sacramentali, prout hic
locutus est illis verbis: Nisi manducaveritis etc., sicut patet ex premissis
et glo. salvatoris Christi, quia nullus homo panem potest. Volumus adhuc
esse notandum de istis modis manducandi et bibendi corpus et sanguinem
Christi, scilicet spirituali et sacramentali, sicut dicit beatus Tho. in iiii sententiarum sine
textu ac i. In sumpcione huius sacramenti duo sunt considerandi,
scilicet ipsum sacramentum et effectus ipsius. Effectus autem modus sumendi hoc
sacramentum est, quod aliquis ita hoc sacramentum percipit quod percipit eius effectum.
Contingit autem quandoque quod aliquis impeditur a percipiendo effectum huius sacramenti,
et talis sumpcio huius sacramenti est imperfecta. Contra modo sed perfectum

divinam continere impossibile. Ita sacramentalis manducatio, per quam sumitur solum sacramentum sine effectu, sumitur divinum continere spiritualem manducationem per quam aliquis percipit effectum huius sacramenti, quo spiritualiter homo iungitur Christo per fidem et caritatem. Ita et sacramentalis manducatio quae pertingit ad spiritualem, non dividitur contra spiritualem, sed includitur ab ea. Sed illa sacramentalis manducatio contra spiritualem dividitur, quae effectum non consequitur, sicut imperfectum, quod non pertingit ad perfectum dividitur contra perfectum. Haec ibi. Et aliqui manducant spiritualiter hoc sacramentum antequam sumant sacramentaliter. Sed hoc contingit dupliciter, uno modo propter desiderium sumendi ipsum sacramentum, et hoc modo dicuntur manducare spiritualiter et non sacramentaliter illi qui desiderant sumere hoc sacramentum iam institutum. Alio modo propter figuram, sicut dicit Apostolus 1 Corinth. 10, quod antiqui patres baptizati sunt in nube et in mari, et quod omnes eandem escam spiritualem manducaverunt, et omnes eundem potum spiritualem biberunt. Nec tamen frustra adhibetur sacramentalis manducatio, quia plenius inducit sacramenti effectum ipsa sacramenti susceptio quam solum desiderium. Haec ibi Thomas in 3. Ex his patet quod etiam antiqui patres scilicet patriarchae et prophetae manducaverunt et biberunt corpus et sanguinem Christi spiritualiter scilicet per fidem, spem et caritatem. Sed quod hic dicit sanctus Thomas: Nec tamen frustra adhibetur sacramentalis manducatio, hoc intelligendum est iuxta institutionem Christi et consuetudinem ecclesiae Romanae dumtaxat, scilicet de oblatione sub utraque specie, et etiam oblatione sub una specie tantum. ¶ Sed Hussitae aliter distinguebant de modis manducandi et bibendi corpus et sanguinem Christi, quia dicunt secundum novam [illegible] esse quadruplicem, [illegible] dicit glossa in canone de consecratione di. 2 super illud Etiam cum manducarent, primum hunc et bibit calicem domini indigne, reus erit corporis [illegible] est modus manducandi corpus Christi et sacramentaliter dicit de modo impii bibendi sanguinem Christi spiritualiter solum, quod est solum bonorum, vel sacramentaliter tantum, quod est solum malorum, vel spiritualiter et sacramentaliter, quod est etiam solum bonorum. Sed ut ad propositum descendatur, spiritualis manducatio seu bibitio adhuc est distinguenda, ut multis, nam omnis modus manducandi spiritualis, dicunt, esse modo valde generalis pro participatione cuiuscumque gratiae Christi in corpore mistico ecclesiae. Et sic [illegible] audire verbum dei, lectio, meditatio legis, unus participatio gratiae novae in baptismo, et aliis similibus, inspiratio divinorum in exemplis sanctorum mortalibus [illegible] existentibus dicunt esse quaedam manducatio panis vitae et potatio aquae sapientiae et sic quae quandoque vel sumit actus [illegible] sui dispositiones et disgregationes [illegible] ad vivendum cum Christo in spiritu et [illegible] vitae. Sic namque dicit Christus Matth. 4: Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Et sic omnis gustus spiritualis [illegible] dicitur manducatio vel bibitio spiritualis. Et sic Augustinus [illegible] et alii capiunt manducationem sive bibitionem spiritualem communiter. Et sic secundum Apostolum patres veteris testamenti manducaverunt spiritualiter escam spiritualem quae fit per fidem, spem et caritatem. Et hoc est manifestum [illegible] habere fidem, spem et caritatem. Etiam corpori Christi mistico uniri per spiritualem fraternum amorem, et in sanctitate [illegible] manere [illegible] unitatem spiritus per [illegible] concordiam [illegible] amore cum proximis

dicitur et quod manducare spiritualiter Secunda spiritualitas manducandi est
sumere realiter et secundum substantiam corpus christi de virgine natum in cruce
passum, a mortuis resuscitatum, spirituale glorificatum Sub hac quoque
illo modo dicitur sumere realiter et secundum substantiam vere sanguinem christi olim
in cruce fusum spiritualem iam et glorificatum, et in spirituali vita gus
tare tam corpus quam sanguinem, ac eciam non habet spiritualis et interior
qui secundum deum creatus est spiritualiter advertere Et talis spiritualis man
ducatio corporis christi et bibitio sanguinis eius adhuc est duplex Nam
quedam est spiritualis manducacio corporis christi que fit sine sacramento Quedam
vero est spiritualis manducacio huiusmodi in sacramento manducatur sub forma
panis institutum Et proporcionaliter idem est de bibitione spirituali sanguinis
christi, in quedam est spiritualis, que est sine sacramento Quedam non est spi
ritualis, sed in sacramento sub forma vini a christo institutum Secundum primum
modum manducandi et bibendi spiritualem predictum corpus et sanguinem
christi sine modo sacramentali manducant et bibunt spiritualiter, tamen angeli
et cetere sanctorum que in futura beata vita, et aliqui sancti in hac vita super
huiusmodi modo viventes per mentis excessum modo angelico, manduca
runt et biberunt corpus et sanguinem christi ut dictum spiritualiter et non sacramentaliter
ut in paulo raptum ad tertium celum, et maria magdalena que
fuit rapta ad sanctorum consortium vel domini ihesu christi Modus autem spi
ritualis predictus in forma sacramentali dicitur manducandi et bibendi corpus
et sanguinem christi est sumere non corpus christi in forma panis, et bibere eius
sanguinem in forma vini Pro quo adhuc notandum ut sanius ista
materia intelligatur, est notandum quod quidam est status quorundam viventium in
tatis ecclesie in via mandatorum dei et legis christi existentes adhuc in
humanitatis, Alius est status viventium sanctorum perfectorum, et contemplatorum viventium
in corpore extra gloriam patriam, et statum quorundam ecclesie, viventium iam
non in humanitatis sed in spiritu et in celestibus Hec enim transit
preter carnem corporalem in carne dum
manducant corpus christi spiritualiter et realiter secundum substantiam, et bibunt
sanguinem eius, interdum sine manducacione et bibitione sacramentali
modo perfectorum, ad modum angelorum in spiritu non autem in coniunctione sacramentali
ad quem sanctum dictum est Augustinus Cibus sum grandium, cresce et
manducabis me Et quorundam secundum premittit corpus et sanguinem christi
spiritualiter et sacramentaliter, modo magis in humanitatis resplendet separato secundum
quantitati, adhuc fragili in primo statu quod, modus talis manducandi
et bibendi optime congruit Et summa ad spiritualem tum modum parum
et solum perfecti, et quorundam extra statum quorundam exigunt vite populi
nemini summa non ita indigent sumere in sacramento corpus et sanguinem
christi Et de isto utroque modo spirituali manducandi et bibendi
corpus et sanguinem christi videtur intelligi verbum eorum cum Nisi
manducaveritis Nam illi sancti perfecti, iam non quasi in humanis
spiritu et in celestibus regnant, modo angelico, nisi manducaverint
corpus christi et biberint eius sanguinem ad minus spiritualiter sine
sacramento non habent in se vitam eternam Et omnis qui in quantitate

ecclesie posteri coniuncti quoad vitam, in observantia legis christi, adhuc in humanitate
et fragiles, quia illam abditam manducacionem et bibicionem spiritualem
tantum et angelicam, sine sacramentali, non possunt bene attingere tamquam fragiles. Ideo
tales, nisi manducaverint carnem filii hominis manducacione scilicet spirituali
et sacramentali sub forma panis, et nisi biberint sanguinem eius bibicione
scilicet spirituali certam et sacramentali sub forma vini, modo quo ipse instituit
et magis sensibili coniuncti scilicet in humanitate non valentes attingere ad aliud
modum spiritualem tantum et abditum et eis nimis altum, propter humana
non valentes se elevare, quia tam sancti perfecti quamquam attingentes
ipsi admitam angelorum propter humanam spiritualiter tantum manducantes corpus christi
et bibentes eius sanguinem sine forma sacramentali, quia etiam fideles in
statum [illegible] et in humanitate coniuncti, manducantes corpus christi in forma
visibilis panis, et bibentes eius sanguinem sub forma vini, quamquam
magis incorporantur corpori mistico christi et magis ac magis uniuntur christo
et eo fruuntur. Ideo Augustinus et alii dicunt quod quicumque manducant
corpus christi et bibunt eius sanguinem sine spiritualiter tantum ut perfecti
non tamen in humanitate coniuncti sed extra statum et vitam [illegible]
ecclesie. Omnes quicumque manducant corpus christi spiritualiter in forma visibili
panis, et bibunt spiritualiter sanguinem eius sub forma visibili vini,
manent in christo et christus in eis. Et sic manducantes corpus christi et biben-
tes sanguinem eius vel spiritualiter tantum vel spirituali et sacramentali sub duplici
specie, est manere in christo et christum in se manentem, ipse aliter ut dupli-
citer sine sacramento, aliter in sacramento. Hec Hussite. Ridetur quod ipsi Hussite
in ista distinctione modorum manducandi et bibendi corpus et sanguinem
christi, et eius diffusa et excessiva declaracione, multa vera narrant
et catholica. Sed ut multi catholicos [illegible], ex conceptos quedam
vera, pretea admiscent eis quedam falsa, de quibus [illegible], ut simpliciores
calliditate seducant. Sic enim diabolus secundum Augustinum miscet multa vera
et mendacium suis, ut sub illis veris mendacium credatur, ut
clarius patenti [illegible] catholico supradicto. Prima tamen pars illius
distinctionis a parte ipsorum ubi [illegible] cum dicunt quod spiritualis
manducacio spiritualiter [illegible] potest admitti et concedi, quia licet non sit auc-
torica, tamen videtur composuisse fidei et ecclesie esse contrarium. Sed ad
secundam partem illius distinctionis [illegible] dicunt quod spiritualis manducacio
spiritualiter [illegible]. Dico quod christus nulli creature dedit corpus suum manducare
et sanguinem suum realiter et proprie sumere, nisi in sacramento panis
et vini. Hoc patet ex omnibus evangelistis et institucione christi et omnibus
sanctis et doctoribus catholicis de hoc venerabilissimo sacramento
tractantibus, exceptis hereticis ut ipsis Hussitis, qui videntur dicere
quod sine sacramento panis et vini, alique creature possunt manducare et
bibere corpus et sanguinem christi realiter et proprie [illegible]
rum. Est ista manducacio et bibicio corporis christi et sanguinis eius
[illegible] realiter et proprie sub substancia. Sicut
manducacionem et bibicionem spiritualem [illegible] dicunt
Tercia subdistinguebant dicentes quod quedam est spiritualis manducacio
et bibicio corporis et sanguinis christi que fit sine sacramento. Ridetur quod ipsi
Hussite hoc intelligunt de manducacione et bibicione corporis et
sanguinis christi spirituali non realiter et proprie sumendo, sed secundum devotam

bibere

vel agitatoris sive meditationis corporis Christi tunc quod dicunt ut ex predictis
patet. Quia ipsi dicunt etiam spiritualem manducatorem et corporis et sanguinis
Christi spiritualem fore realiter et secundum substantiam ipsius corporis et sanguinis Christi
sive sacramenti. Ideo frivole dicunt ut ex iam dictis patet. Item dicunt quod secundum
ipsum primum modum manducandi et bibendi spiritualem predicto dicto corporis
et sanguinis Christi sive modo sacramentali manducant et bibunt sacramentaliter tam angeli
et ceteri sancti ac resuscitandi quod hec animo est plenum intelligendum
hec realiter et secundum substantiam de manducatione et bibitione corporis et
sanguinis Christi. Prout ipsi dicunt licet tam angeli et ceteri ac sancti manducant
corpus spiritualem sed propter hec non manducant nec bibunt corpus et
sanguinem Christi realiter et secundum substantiam. Angeli namque et ac sancti man-
ducant deum corpus spirituale intuitu et fruitione suavitate caritatis perfecte
et visione manifesta ut patet per b. Thomam in 4 parte summe sue q. lxxx ar. 2
in responsione principali, ubi sic dicit. Christus in hoc sacramento continetur corporaliter, non
quidem in specie propria sed in specie sacramenti. Unde duplex convenit manducare
ipsum corpus spiritualiter. Uno modo prout in sua specie consistit, et hoc modo angeli
spiritualiter manducant Christum intuitu et fruitione suavitatis caritatis perfecte et
visione manifesta, quam patriam expectamus in patria, non per fidem
sicut nos hic et nunc. Alio competit spiritualiter manducare Christum
prout est in speciebus huius sacramenti, intuitu scilicet aliquis credit Christum
cum desiderio sumendi hoc sacramentum, et hoc non solum est manducare
Christum spiritualiter sed et spiritualiter manducare hoc sacramentum quod non competit
angelis. Et ideo angeli, etsi spiritualiter manducant Christum, non tamen
convenit eis spiritualiter manducare hoc sacramentum. Hec ille. Et propter illud
Panem angelorum manducavit homo, dicit glossa: id est corpus Christi, qui est
re cibus angelorum. Ad quod b. Thomas ubi supra in solutione primi argumenti
dicit. Sed ad dictum manducare panem angelorum. Primo quia proprie et principaliter est
angelorum quo eo fruuntur in propria specie, secundario est hominum, qui Christum
sub hoc sacramento accipiunt. Hec ille. Ex hiis patet quod angeli man-
ducant Christum spiritualiter et non tamen manducant hoc sacramentum spiritualiter
licet quod eo deum manducare Christum quia eo fruuntur in propria specie et conve-
niuntur ei, eo modo quo propter deum est. Ex hiis quo non sequitur quod ergo angeli
manducant corpus et sanguinem Christi realiter et secundum substantiam. Quia licet
non ut angeli manducant Christum spiritualiter, ideo quia eo fruuntur
in propria specie, vel ideo quia ei conveniunt fruitione caritatis perfecte et
visione manifesta, ergo manducant corpus et bibunt sanguinem Christi
realiter et secundum substantiam, ut notum est. De nulla enim creatura dicitur
quod manducat corpus aliquod realiter et secundum substantiam, nisi illud
dentibus masticavit et in stomachum traiecerit. Quia ad man-
ducationem panis alicuius realiter et secundum substantiam saltem sive sa-
cramento tria requiruntur. Primo ut cibus masticetur et conteratur
dentibus, secundo ut sapor cibi percipiatur, tercio ut ad stomachum de-
feratur. Hec autem non conveniunt angelis, quia carent dentibus
nec saporem habent nec stomachum prout patet in sua specie propria
nec ex assumpto corpore talia habent licet talia habere videantur.
Unde credo quod hii supradicti non intelligunt sapores in hoc quod dicunt quod angeli

manducat corpus Christi de virgine natum in cruce passum spiritualiter et tamen non manducet id realiter et secundum speciem. Item Maria sepius manducat spiritualiter non solum in eo quod unitur Christo fervore caritatis perfecte et manifesta visione manifesta, quod patet ex predictis, et tamen non manducavit realiter et sub specie, non solum in eo quod unitur Christo fervore caritatis perfecte etc. Quod est contradictio, scilicet quod aliquis manducat aliquid realiter et sub specie et tamen non unitur illi fervore caritatis etc. quod aliquis manducat unum pullum et tamen non unitur sibi fervore caritatis perfecte, ut notum est. Item conceditur de sancto Paulo rapto in tercium celum, quod manducavit Christum spiritualiter, eo quod fruebatur tunc Christo visione manifesta, quia tunc non solum vidit humanitatem Christi, sed etiam dei essentiam, ut patet per beatum Thomam in 2a 2e q. de raptu ar. iii. Pro quo allegat Augustinum in libro de videndo deum, qui dicit, quod ipsam dei substantiam a quibusdam videri potuit in hac vita positis, puta a Moyse et Paulo, qui raptus audivit ineffabilia verba, que non licet homini loqui, et idem beatus Thomas allegat etiam beatum Augustinum ad Januarium super Genesim, et habetur in glosa ii Corinthiorum xii, et quod etiam hanc visionem verba apostoli designant, dicit enim apostolus se audivisse ineffabilia verba, que non licet homini loqui, huiusmodi autem videntur esse, que pertinent ad visionem beatorum, que excedunt statum vie, secundum id Ysaie lxiiii: oculus non vidit nec auris audivit, deus, que preparasti diligentibus te. Hec ille. Et tamen quod sic fruebatur Christo, propter quod dicitur Christum manducasse spiritualiter, non sequitur quod ergo tunc manducavit ipsum realiter et secundum speciem. Item conceditur dictum est de Maria Magdalena, que sepius reficiebatur ad fruicionem angelorum dulcedine [illegible] Christi, que tamen propter hoc non potest dici manducasse corpus et bibisse sanguinem Christi realiter et sub specie, ut patet ex predictis. Item quod dicunt hussite etc. quod duplex est spiritualis manducatio, que est in sacramentali manducatione sub forma panis, et bibitio sanguinis Christi spiritualis in sacramentali bibitione sub forma vini. Et declarant quod ille est modus manducandi et bibendi corpus et sanguinem Christi spiritualis sacramentalis, tamen dicunt, modus autem spiritualis proprie dictus in forma sacramentali dicitur manducandi et bibendi corpus et sanguinem Christi, est sumere verum corpus Christi in forma panis, et bibere eius sanguinem in forma vini. Respondetur quod iste modus non est modus manducandi et bibendi corpus et sanguinem Christi spiritualis, sed sacramentalis, ut patet ex predictis. Et ex verbis eorum patet, quia ipsi non possunt distinguere inter manducationem sacramentalem et spiritualem, cum primam manducationem sacramentalem vocant spiritualem, contra quod dicunt omnes doctores catholici. Sed cum dicunt ponentes divisionem etc. quod secunda est status vivendi secundum … gitatem ecclesie divina mandatorum etc. usque ibi, et tunc dico. Respondetur quod ista divisio est concedenda et admittenda. Ultimus cum dicunt quod tales viri et sancti heremite manducant corpus Christi spiritualiter et realiter secundum speciem, et bibunt sanguinem eius sine continua manducatione et bibitione sacramentali, modo perfectiori, ad modum angelorum, non autem in enigmate sacramenti, ad quorum ... secundum beatum Augustinum etc. Respondetur concedendo quod tales viri sancti heremite etc. manducant corpus et sanguinem bibunt Christi spiritualiter modo quo dictum est supra, scilicet ut spiritualis manducatio et bibitio est devota recogitatio seu meditatio Christi etc. preter manducationem et bibitionem sacramentalem, modo perfectiori ad modum angelorum in spiritu

quod in statu quo homines viatores in via mandatorum et legis Christi. Et
sicut dictum fuit. Augustinus in libro ... primum ... quia angelorum, ex supra
dictis. Christe sed prima devota mea contemplatione. Et manducat
me sed eo modo quo angeli me manducant, prout nunc de prima
manducant. Et quo angeli manducant patet ex superdictis. Sed nunc
est quod tales viri sancti hodie manducant corpus et bibant sanguinem
Christi realiter et secundum substantiam sine manducatione et bibitione sacramentali. Secunda
ut dictum est supra, Christus nulli creature dat manducare corpus
vel bibere sanguinem suum realiter et secundum substantiam nisi in sacramento panis
vel vini, unde eis Christus dixit: Qui manducat hunc panem
vivet in eternum, et panis quem ego dabo caro mea est pro mundi
vita. Johannis vi°. Iudei credebant quod Christus carnem suam esset eis daturus
ad manducandum realiter et secundum substantiam in propria specie, ideo horrorem de hoc
habuerunt, nichil cogitantes de specie sacramentali sub qua eis daturus
esset carnem suam ad manducandum, ideo litigabant adinvicem dicentes:
Quomodo hic potest nobis carnem suam dare ad manducandum? Quibus, unde
Augustinus super psalmum xcviii° Dominus regnavit irascantur populi, super
illa verba adorate scabellum pedum eius inter cetera dicit: non hoc
corpus quod videtis manducaturi estis, et bibituri illum sanguinem
quem fusuri sunt qui me crucifigent. Hec ille. Et utique illud corpus
quod Iudei viderunt dedit ad manducandum in sacramento panis, et illum
eundem sanguinem quem fuderunt, qui eum crucifixerunt, dedit ad bi-
bendum in sacramento vini, et tenet fides catholica, et ideo Augustinus
intelligendus est, quod non hoc corpus quod videtis manducaturi estis
realiter et secundum substantiam in propria specie, nec bibituri estis illum sanguinem quem
fusuri sunt qui me crucifigent realiter et secundum substantiam in propria specie
sed in sacramentis panis et vini. Et quod hec, patet ex predictis.
Sed Hussite infideliter predictis verbis sine honore dicunt, quod
aliqui viri sancti manducarent corpus et sanguinem Christi realiter et secundum
substantiam sine sacramento, quod utique non est possibile aliter fieri nisi
in propria specie, quo Christus non dedit corpus suum ad manducandum
et sanguinem suum ad bibendum, ut patet ex predictis. Sed cum ulterius dicunt
Hussite quod communitas fidelium sumit corpus et sanguinem Christi sacramentaliter, dicendum
quod hoc est verum ad istum sensum, quia sacerdotes offerentes sumunt
sub utraque specie corpus et sanguinem Christi, et plebs sumit sub una
specie tantum scilicet panis. Et ita communitas tota fidelium sumit corpus et sanguinem
Christi sacramentaliter. Sed cum dicunt Christum ad spiritualem tantum modo pertinere
et solum perfectos, et quod extra statum communem ... non perti-
nent. Respondetur quod ad spiritualem modum manducandi et bibendi
corpus et sanguinem Christi, de quo supra dictum est, non solum perfecti
et tales de quibus Hussite loquuntur pertinent, sed omnes viatores
in lege mandatorum Dei et legis Christi ut patet ex predictis. Et cum dicunt
de isto utroque modo spirituali manducandi et bibendi corpus et
sanguinem Christi videtur intelligi verbum illud cum ... Nisi manducaveritis
carnem filii hominis etc. Respondetur quod illud verbum tantum, de nullo
illorum modorum manducandi et bibendi corpus et sanguinem Christi spiritua-
liter intelligitur de quibus Hussite loquuntur, sed intelligitur de

modo manducandi et bibendi spirituali corpus et sanguinem christi domini
nostri, ut patet ex supradictis. Et ultimus cum dicunt, nam illi sancti per-
fecti, iam comprehensores in quadam vincentes vita quam fidelium est in
manducarent corpus christi et biberent eius sanguinem, admodum spiritua-
lem, non haberent in se vitam eternam. Respondetur quod hoc verum est, nisi mandu-
carent et biberent corpus et sanguinem christi spiritualiter tamen modo super-
dicto, de manducatione et bibitione corporis et sanguinis nostri. Sed hec
non est vera de manducatione et bibitione spirituali, iuxta modum per
eos positum, qui ideo falsus est ut patet ex predictis. Et tunc dicunt
Et omnes in civitate celesti positi vincentes qui vita et tales
nisi manducaverint carnem filii hominis, de manducatione spirituali et sacramentali
sub forma panis, et nisi biberint sanguinem eius bibitione scilicet spirituali
et sacramentali sub forma vini, non habebunt vitam eternam. Respondetur negando
hoc et dico quod plebi quam vincenti in civitate celesti, sufficit manducare
carnem christi sub forma panis tantum, et sub eadem forma bibere sanguinem
christi ut licet non in signo expresso ut patet ex predictis. Et ultimus dicunt
tales quantitatis potest attingere ad manducationem spiritualem tamen de qua supra
dictum est, similiter et ad bibitionem spiritualem tamen. Licet hoc verum est, quod non
possit attingere ad illum modum spiritualem tamen, quem ipsi ponunt, scilicet
ut patet ex predictis ille falsus est. Et dato sed non admisso quod esset verum, tamen
talis non esset de necessitate salutis. Sed manducatio et bibitio spiritualis
corporis et sanguinis christi nostri, illa est de necessitate salutis, ad quam
omnes in civitate patrie vincentes qui vita potest attingere, ut patet ex
supradictis. Et consequenter dico ad ultima, quod dum sancti beati in patria
attingerent ipse ad naturam angelorum, spiritualiter tamen manducantes
corpus christi et bibentes eius sanguinem sine forma sacramentali loquendo
de spirituali manducatione et bibitione spirituali supradicta, sed non de
eorum manducatione et bibitione spirituali, que falsa et excogitata
est, magis incorporantur corpori christi mistico, et magis ac magis
vivunt christo et ei fruuntur. Sed negandum est quod fideles in statu com-
itatis manducantes corpus christi in forma visibili panis et bibentes
eius sanguinem sub forma vini, incorporentur corpori mistico christi
unius se manducantes et bibentes corpus et sanguinem christi, separantur
a corpore christi mistico, quod tales sunt extra unitatem ecclesie
et per consequens extra corpus christi misticum. Et per falsum est, quod magis ac magis
vivant christo et ei fruantur. Deinde in fine allegant Augustinum, sed
falsum, quia hoc non dicit Augustinus, et ego eciam non pono ubi hoc dicat.
Unde se dicunt: Dicit Augustinus et alii dicunt, quod christiani manducant
corpus christi et bibunt sanguinem eius in spirituali tamen etc. Respondetur
quod hoc non dicit et alii nominant expositores, quia hoc alii catholici
non dicunt. Et ultimus dico, quod christianus manducat corpus christi et bibit
eius sanguinem spiritualiter tamen modo supradicto per me posito, ille manet
in christo et habet christum in se manentem. Hic autem non est de modo man-
ducandi corpus christi et bibendi eius sanguinem spiritualiter tamen per
eos posito, quia nullus sic manducat corpus christi vel bibit,
ut patet ex predictis. Iterum verum est, quod christianus manducat corpus christi et
bibit sanguinem eius sub duplici forma scilicet panis et vini, de ipsis
sacramentalibus affectualiter, manebat in christo et habet christum in se manentem

vnus sp nia

vino sit manducans corpus Christi et bibens eius sanguinem, nisi sit sacerdos
actu offerens hoc sacrificium remotive a Christo. Item omnis digne manducans
corpus Christi et bibens sanguinem eius sub duplici forma spiritualiter
tantum et sacramentaliter, si est sacerdos actu offerens, et loquendo de modo man-
ducandi et bibendi spiritualiter primo supra dicto, ille manet in Christo et Christus
Christus in se manentem. Si autem non est sacerdos actu offerens et manducat corpus
Christi et bibit eius sanguinem sub duplici forma panis et vini, ille non ma-
net in Christo nec habet in se Christum manentem, nec talis sic manducans et
bibens corpus et sanguinem Christi manducat et bibit spiritualiter loquendo
de modo manducandi et bibendi spiritualiter quo modo doctores catholici loquuntur,
prout supra dictum est, licet tamen talis sic manducando et bibendo manducat
corpus Christi et bibit eius sanguinem sacramentaliter, quia sub sacramento suscipit verum
corpus Christi et verum sanguinem eius. Item secundum Hussitas omnis qui
manducat corpus Christi et bibit eius sanguinem sacramentaliter, ille man-
ducat et bibit spiritualiter, quia ipsi nullam differentiam ponunt inter man-
ducationem sacramentalem tantum et spiritualem, ita quod omnes manducatores sacramentaliter
vocant spiritualiter, licet non equivoce, unde ut patet ex dictis eorum, tunc
ipsi ponunt modum manducandi spiritualiter tantum ita quod est sine sacramento
sed realiter et secundum substantiam corpus Christi, quem dicunt supra vita humana
quo modo manducant angeli et homines sancti. Aliud modum man-
ducandi ponunt spiritualiter et sacramentaliter, ut est modus manducandi
in sacramento, et sic omnem manducatorem sacramentalem dicunt fore spiritualem.
Doctores autem catholici non omnem modum manducandi sacramentalem
dicunt esse spiritualem, sed dicunt aliquem modum manducandi corpus
Christi sacramentalem tantum, alium spiritualem tantum, sed ita spiritualem quod non sa-
cramentalem et equivoce, prout hoc amplius est suppositum. Concordant
Hussite ponunt modum manducandi spiritualiter Christum, sed non sicut modo
spiritualem huius sacramenti, in quo tamen est magna diversitas, nam aliqui
manducant Christum spiritualiter qui non manducant hoc sacramentum
spiritualiter, quia angeli et anime sancte manducant Christum spiritua-
liter, et tamen non manducant hoc sacramentum spiritualiter, quia ad man-
ducandum hoc sacramentum spiritualiter requiritur hoc desiderium ad sumendum
ipsum sacrum, et hoc non conveniunt angelis et animabus sanctis. Hec pa-
tent ex predictis. Et quod dictum est de manducatione spirituali, si-
militer intelligendum est de bibitione spirituali. Et quod Hussite dicunt
sacramentalem manducatorem tantum et sic bibitorem fore spiritualem, hoc
non est ex alio, videlicet ex eorum dictis, nisi quod talis manducatio corporis
Christi et bibitio sanguinis eius, que est in sacramento, non sit realiter
et secundum substantiam, quod est falsum, quia sumens Christum in sacramento
sumit ipsum realiter et secundum substantiam, licet non in propria specie, nec sic
Christus instituit corpus suum ad manducandum et sanguinem suum ad
bibendum in propria specie ut prius dictum est, nisi dicant Hussite quod
manducare corpus Christi et bibere sanguinem eius realiter, si
verum esset, quod manducare corpus Christi et bibere sanguinem eius in propria specie, tunc
sacramentalis respectu istius modi dicendi esset spiritualis, sed ista man-
ducatione utuntur doctores catholici, cum ponunt differentiam inter modum
manducandi spiritualem et sacramentalem, videlicet ex supradictis. Ubi postea

Queritur

et declarata est deuota, inter manducacionem sacramentalem et spiritualem
Ex hiis patet, quod dicti hussite qui se in articulis suis reputant
magne fidei, abscondunt spiritualem manducacionem et bibicionem huius sa-
lutaris sacramenti, et hoc patet ex dictis eorum. Et quod dicunt, quod mandu-
care corpus christi et bibere sanguinem eius, vel spiritualiter tantum vel spiritua-
liter et sacramentaliter sub duplici specie, est manere in christo, et christum in se ma-
nentem habere. Respondetur negando, quod hoc sit manere in christo, quia si
sic tunc quilibet manducans corpus christi et bibens sanguinem sub duplici
forma, maneret in christo, et haberet in se christum manentem, cuius falsitas
patet de indigne manducantibus et bibentibus. Sed manere in christo, est esse
in vnitate cum membris ecclesie et capite christo, vt patet per beatum Augustinum
in omelia xxv super Johannem, vbi dicit, maneo autem in illo, cum sum membrum
eius, manet autem ipse in nobis, cum sumus templum eius, et hoc
dictum est supra. Ulterius circa predicta hussite se dicunt, nam
illi fideles qui sunt de quauis vita pauperum in caritate in humanis vi-
uentes, per suam fragilitatem non valentes attingere spiritualem tantum
manducacionem corporis christi et bibicionem sanguinis eius, nisi manducauerint
spiritualiter et sacramentaliter sub forma panis, et biberint sanguinem eciam sac-
ramentaliter et spiritualiter sub specie vini tempore et loco oportunis, et tales fideles
humiliter debent commode habere hoc diuinum sacramentum vtriusque speciei, nam
sunt commode habere hoc diuinum sacramentum vitam eternam. Respondetur
quod hoc dictum eorum est falsum, et falsitas eius patet ex predictis. Item
Item hussite declarant se predicta, quod fideles ex precepto dei tenentur
elemosinas pro proximis opera misericordie exercendo habentes facultatem tempore
et loco oportunis, quod si non habuerint facultatem, tunc sufficit eos affectus
et compassio bone voluntatis ad proximos indigentes. Sic fideles de
communitate pauperum quauis vita inobseruata legis christi sine criminibus
viuentes debent commode tempore et loco oportunis sumere hoc diuinissimum
sacramentum vtriusque speciei, debent suscipere ad salutem. Et veri pastores
sine sacerdotes, tenentur dare et pascere communitatem fidelium, que est
grex pusillus domini, hiis pastibus sacramentalibus vltimis ex pre-
cepto christi amoris secundum eciam saluatoris. Johannis xxi tercia repeticione
dicentis, si diligis me, pasce oues meas. Sic eciam cuncti fideles, habita
facultate et oportunitate loci et temporis, tenentur indigentibus ele-
mosinare, et pascere ac vestire pauperes cibis et potibus corpora-
libus. Ita magis sacerdotes christi vel tenentur ex officio suo communitatem
fidelium exurientem et sicientem spiritualiter, non solum verbo, sed cibo
et potu sacramentalibus et spiritualibus secundum formam duplicem a deo
institutam cibare et potare. Dum ipsi fideles de quibus ecclesie
specialiter secundum vtriusque hominis tam cibum sub forma panis, et
hunc potum sub forma vini sicientes, non sunt tamen a sacerdotibus
ceteris, forte et primariis, vel forte quia non sunt ab eis docti ad
attendendum, vel si essent capti vel incarcerati, sic quod eis prohibetur
dari sacramentum, et alias essent boni et iusti, et in eis non esset defectus
nec culpa quod non sunt nec docentur sumere hoc diuinissimum in sacramentum
vtriusque speciei sunt de dampnandis, quia nequitia mali sacerdotes et
cupidi, non affecti ad salutem hominum, abstrahunt communitati fidelium cibum

et potum sacramentalem duplicis forme, de tanto sperandum est quod summus
est pontifex futurorum bonorum, dominus Jhesus Christus qui non deficit suis fideli
et electe communitati, in illis necessariis, quia spiritualiter tamen tunc cibat
eos suo corpore, et potat suo sanguine, porro sacerdotes carnales
mundo dediti, nescientes providendum, nec officium sacerdotum ad proprium de-
trahentes, electam communitatem a sacrificio domini gravius peccatum habent
nimis coram domino, ut tangitur figuraliter 1 Regum 2. Hec Hussite. Respon-
detur, admisso hoc quod fideles habentes facultates, ex precepto dei tene-
elemosinando proximis oportunitate occurrente. Sed neganda est illa similitudo
quod ergo sic fideles de communitate panem et tempore et loco oportunis dare
possunt, ita hoc dignissimum sacramentum utriusque speciei debent suscipere ad
salutem, quia sic suscipiendo sub utraque specie hoc sacramentum suscipiunt
ad dampnationem, quia contra institutionem et ecclesie preceptum. Et
ultimate dicto concedendo quod veri pastores sive sacerdotes tenentur
dare et pascere communitatem fidelium iuxta illud evangelium per eos allegatum
Petre diligis me etc. pasce oves meas, secundum hoc sacramentum sub utraque specie
sed sub una specie tamen scilicet panis, et sic negandum est, quod veri sacerdotes
teneantur ex officio suo communitatem fidelium competentem et sufficientem
materialiter cibo et potu sacramentalibus et spiritualibus secundum formam duplicem
a domino institutam cibare et potare, sed bene verum est, quod veri sacerdotes
tenentur offerre hoc venerabile sacramentum et sumere et sumere ex officio suo pro
parte communitatis fidelium, et reparare communitatem fidelium competentem et sufficientem
materialiter cibo et potu sacramentalibus non secundum formam duplicem
a domino institutam cibare et potare sed secundum unam formam scilicet panis
in qua communitas fidelium cibatur cibo sacramentali, et potatur potu sacramentali
licet non in signo expresso, et hec forma cibandi et potandi communitatem
fidelium est a domino instituta et ab ecclesia approbata, et diutissime
tenta. Cibare autem et potare sacramentaliter communitatem fidelium, secundum duplicem
formam non a domino institutum, sed sic cibare et potare secundum duplicem
formam sacramentalem communitatem fidelium est errorem pellagii heretici nuper
dampnatus Wicleff in Anglia exstirpatum. Sed cum dicunt Hussite
dominus vos fideles de communitatibus ecclesie competentes etc. Respondetur quod
fideles communitatis, immo sicut habent potum sub forma vini, ita
fideles omnino credunt quod sufficienter potantur sub forma panis
vini, licet non in signo et non expresso, et quod tantum effectum consequitur
eius potus sub forma panis quantum consequuntur si eum sumerent
sub forma vini ut ex predictis. Sed infidelibus communitatis ut Hussi-
tarum male edocti a presbiteris, quia hereticis sacerdotibus, sicut habent
potum sub forma vini. Et cum dicunt, dummodo sunt hic a sa-
cerdotibus certis sancti et predicatoribus. Respondetur sunt forte
non certis, sed optime doctoribus et scriptura divina intelligentibus
ex qua habetur quod communitati fidelium non sit dandum hoc sacramentum sub duplici
forma ut ex premissis et infra probabitur. Et quod dicunt predicatoribus
Respondetur quod sacerdotes, non dant hoc sacramentum sub duplici forma

communitati fidelium, non sunt privati, quia in hac sunt obedientes
deo, scripture et ecclesie. Sed ipsi soli hussite sunt privati, quia inobedientes
deo, scripture et ecclesie. Quod deo sunt inobedientes patet, quia si vellem
confiteri et dicere quod hec vera sunt, tunc contra potestatem dei procedit, sicut hanc
potestatem, ita et preceptum dei lucidum illuminans oculos omnibus preceptis
antefertur dei vim. Est ergo potestas dei a principio, est et potestas hominum a
potestate divina similiter et est preceptum dei ex se lucidum, et preceptum
hominum a deo datorum iuxta quod dicitur, non est potestas nisi a deo. Deo, et
ad ipsum Hussite, potestati summi pontificis et prelatorum suorum nichil contra
preceptum ipsius et veritatem scripture divine precipiendo ut patet ex predictis
in prima parte resistunt et sunt inobedientes, sequitur quod deo resistunt
et sibi sunt inobedientes. Patet quia scripturam divinam ad sensum quem sensus
suus flagitat iuxta expositionem sanctorum non suscipiunt sed eam ad non
sensum quem ordinata caritate petendit sensus suus, sed adeo introducunt
et qualiterque suo proposito conveniunt neglecta ordinata caritate, qua deus
et proximus diliguntur attendentes, sed in hac summe soliciti sunt, ut
allegarent libros, autores, quotas articulos et capitula, et multis falsis
multiplicibus modis falsis in studio suo simplicibus inducunt, et per hac ipsi
simplices calliditer seducuntur, et unde eis hec nisi a patre eorum illo magno
dracone Wicleff, qui suis quaternis deo et hominibus fidelibus odibilis
tam contra venerabile sacramentum dominici corporis quam etiam contra totam
ecclesiam catholicam produxit, nimiendum et vulgarem expresserunt, sicut omnes
venerabiles magistri Pragenses, primum et precipue ille Johannes Huss predictus, quod in
mortis eius in gaudio suscepit, studuit, legit, aliis legenda, studenda
et assumenda proposuit, contradicentibus pro tunc tribus dominis magistris, et pro
posse prohibentibus. Ipse tamen quamvis Wicleff illius magni draconis dicta
et scripta singula licet forent contra ritum sancte ecclesie, tum pluribus
novitatibus separata, sed quia et tamen docuit, et proprie tamen publice predicavit
dicunt que nunc in deceptionem fidelium simplicium, et in suis aliis predicationibus
alii sequentes suam doctrinam predicam publice predicantes, attollunt
ipsam suam doctrinam hereticam ultra omnes doctrinas doctorum catholicorum
et Romane sedis obedientiam legitimam reprobant et mendaciter confingunt
et multa zelo doctrine sui patris Huss contraria ecclesie asseruerunt. Et cum
ulterius hussite dicunt vel forte quia non sunt alicuius docti ad
accedendum respondetur quod a multis sacerdotibus fidelibus communitatis fidelium
de docent ad accedendum ad hoc sacramentum sub duplici specie, quia assumpserunt
docent se fideles accedere ad hoc sacramentum non sunt fideles sed heretici
prout hussite, utrumque enim dicunt, vel si essent capti vel incarcerati
per quod eis prohibentur sacramenta et alias essent re non essent de dampnandis
dicis. Respondetur quod secundum hoc quod laici utrumque speciem se haberent afficiunt
ad se suscipiendum hoc sacramentum sub duplici forma, essent de dampnandis
quia sicut se afficerent contra ipsius institutorum, et ritum ecclesie antiquo
habitum et diutissime tentum, et se peccarent mortaliter, quia deus
magis attendit affectum quam effectum et hoc habetur ex glosa ordinaria super
illo Marci vidua hec pauper plus omnibus misit, que dicit quod deus
affectum pensat, sed pensat affectum, non pendit quanta sed ex quanto
sit affectu. Et hoc idem de glosa ... super ... que dicit: non
pendit deus quantum in sacrificio offeratur, sed quantum ex quanto detur
sit affectu, vel essent boni si se afficerent accedere sub duplici forma
ad hoc sacramentum licet non possent, vel etiam si se accederent
dum possent quando possent aliquam boni, nisi haberent vitam vanam
Sed contra dicit sanctus Thomas ... q ... articulo ... in solutione

tum ac Et vita eorum dicitur, prout quelibet alia res, cum hec non attingit
primam regulam et mensuram scilicet divinam legem per cuius conformitatem
rectitudinem habet et tales vite sunt contrarie quia est ad quelibet
virtutem Hec ille talem regulam et mensuram hii non attingunt Hussite in sua vita
cum sint heretici, et similiter accedere ad hoc sacramentum duplici forme
laici dumtaxat contra oblationem Item nec essent veri iusti quia
ut sunt non essent fideles sed heretici, si affectarent accedere ad hoc sacramentum
sub duplici forma dum accedere non possunt vel si accedunt dum accedere
possunt, est ut dicit beatus Thomas in 2a 2e q. 10 art. [illegible] in solutione 3i arti
[illegible] allegat Augustinum in libro contra Julianum Absit quod sit in aliquo vera
virtus nisi fuerit iustus Absit autem ut sit iustus vere nisi vivat ex fide
et ideo concludit, quod in infidelibus neque est vera castitas, neque alia virtus
quia scilicet non referuntur ad debitum finem Et prout idem dicit, non officiis i.
actibus sed finibus a vitiis discernuntur virtutes hec ille Et cum dicunt
sicut neophiti mali sacerdotes et cupidi etc. Respondetur quod mali sacer-
dotes hussitarum et cupidi vane glorie, in quantum quilibet se ostendit hereticus
per suas novas adinventiones inducunt plebem eorum ad susceptionem
hoc sacramentum sub duplici forma ad suam et eorum dampnationem ut ex
predictis Sed sacerdotes Romane ecclesie obedientes, qui et fideles
Christi sunt, afferunt ad salutem hominum et si non omnes, tamen in hoc omnes
quod abstrahunt a communitate fidelium cibum et potum sacramentalem duplicis
forme, quia cibus et potus duplicis forme sacramentalis non est ad sa-
lutem sed contra salutem fidelium ut ex predictis Et credendum est quod
summus pontifex successor beatorum dominus Jhesus Christus non deserit suis fi-
delibus et electe communitati in necessariis ad salutem, non solum spiritualiter tantum
substantiam suam cibando corpore suo et potando suo sanguine, sed et sacramentaliter et specialiter
potando sanguine proprio, licet non in signo expresso, et hec sufficit
mundo dediti etc. Respondetur quod non est dubium quod multi sacerdotes
sunt carnales et mundo dediti, nescientes dum nec officium sacerdotum
et contrahunt populum a salute sua, multi etiam sunt sacerdotes spirituales
scientes dum et officium sacerdotum ad populum qui tamen primo omnes
sacerdotes dum Romane ecclesie subiecti retrahunt electam communitatem
a susceptione corporis et sanguinis Christi sub duplici forma, et tamen
non retrahunt eam a sacrificio domini nec peccant quia sine corpore
Christi et sanguine eius electa communitatem in duplici forma non
sacrificium domini, sed sacrificium domini est corpus et sanguis Christi offeren-
dum a sacerdotibus sub duplici forma, pro parte electe communitatis et sub
eius in eadem oblatione ab ipsis sumere, et a communitate electa sumendum
corpus et sanguinem Christi sub una forma tantum scilicet panis, et qui ab
hoc sacrificio retrahunt electam sunt hussite isti sunt tales sacer-
dotes qui nesciunt dum nec officium sacerdotum ad populum, et tales sunt
grande pretium [illegible] domini ut notum est Item hussite pro declara-
tione supradictorum dicunt, quamvis [illegible] est ex parte modernorum
sacerdotum cupidorum maxima contra negligentia de salute hominum
tamen ut dicit [illegible], summum pontificem, qui dixit et non sunt ipsi
ad consummationem seculi non deserat eos in necessariis ad salutem Hussite

Solucio istius patet ex predictis. ¶ Consequenter Hussite subdunt: Et sicud quilibet utriusque sexus ecclesiam ... tenetur suscipere sacramentum baptismi aque, et tamen ... in casu potest aliquis non illo sed alio purgari (ut dicit Augustinus de ecclesiasticis dogmatibus) ut dicit: ... baptizati tamen iter salutis credimus, nullum cathecuminum quamvis in bonis operibus defunctum vitam eternam habere credimus, excepto martirio, ubi tota baptismi sacramenta complentur. Baptizandus confitetur fidem suam coram sacerdote, et interrogatus respondet hoc, et martir coram persecutore facit, qui et confitetur fidem et interrogatus respondet. Ille post confessionem vel aspergitur aqua vel tingitur, et hic vel aspergitur sanguine vel tingitur igne. Ille manus impositione pontificis accipit spiritum sanctum, hic habitaculum efficitur spiritus sancti, dum non ipse qui loquitur sed spiritus patris qui in illo est loquitur. Ille communicat eucaristie in commemoracionem mortis domini, hic ipsi Christo commoritur. Ille confitetur se mundi actibus renunciaturum, hic ipsi renunciat vite. Illi peccata omnia remittuntur, in isto extinguntur. Hec Augustinus. Sic fideles Christi de communitate ecclesie debent suscipere divinissimum sacramentum corporis et sanguinis Christi secundum duplicem formam a domino traditam, dum possunt habere iuxta oportunitatem loci et temporis, prout non fieri et secundum prophetiam Danielis cum aufertur iuge sacrificium, et tunc pro eo dominus dabit ipsis fidelibus corpus suum manducare et sanguinem suum bibere non spiritualiter, ad hoc non eos habilitando, ut sunt ad hoc idonei. De quo tamen tempore in statu isto, in quo est multa adhuc nimis fragilitas, gracie datum est et concessum atque institutum, et propterea communitati fidelium bibere et comedere spiritualiter et sensibiliter integrum sacramentum dum habere potest. Sic enim competebat fragilitati communitatis non apostolis in cena domini ante Christi mortem, quia erant adhuc fragiles, gentes vero future communitatis fragilis in ecclesia, suscipiunt corpus Christi sub forma sensibili panis et sanguinem eius sub forma sensibili vini, et ad designandum quod secunda communitas populi Christiani, defectus adhuc in quo vita in observancia mandatorum, nichilominus in se habens multam fragilitatem, debet manducare et bibere spiritualiter et sensibiliter sub utraque specie a domino instituta.

¶ Respondetur concedendo illud totum a principio usque ibi: Sic fideles Christi de communitate ecclesie debent suscipere divinissimum etc. Quod negandum est, nec illa similitudo tenet ex isto dicto Augustini, ut patet cuilibet fideli illud dictum Augustini et illam similitudinem, quod devenit ex illo dicto non sequitur ... Quia fideles Christi de communitate ecclesie non debent suscipere sacramentum sub duplici forma, et quia illa forma non est a domino tradita. Et eciam dicunt prout non fieri quod secundum prophetiam Danielis etc.

¶ Respondetur quod suscipere divinissimum sacramentum corporis et sanguinis Christi secundum duplicem formam non est iuge sacrificium, quod tamen sic vocant Hussite iuge sacrificium. Sed iuge sacrificium dicitur fidelium est offerre et sumere a sacerdotibus corporis et sanguinis Christi secundum duas formas pro peccatis omnium fidelium usque ad consummacionem seculi. ¶ Et ulterius non dicendo de quo non tempore in quo est etc. Respondetur quod non est gracie datum nec concessum neque institutum neque propterea communitati fidelium bibere et comedere spiritualiter et sensibiliter integrum sacramentum saltem secundum duplicem formam. Sed bene est gracie datum et concessum et institutum ac propterea communitati fidelium bibere et comedere.

spiritualiter et sacramentaliter integrum sacramentum quo ad efficaciam sub una forma
tantum scilicet panis, licet non quo ad significationem ut patet ex predictis in
prima parte. Quinto Et ubi dictum est, quod apostoli in cena domini etc.
non gesserunt vicem future unitatis, nec susceperunt in eadem cena
corpus Christi sub forma sensibili panis et sanguinem eius sub forma
sensibili vini, ad designandum quod future unitatis populi christiani etc.
deberet sic manducare et bibere sensibiliter sub utraque specie, quia nec in
forma primeva corporis et sanguinis Christi est instituta a domino generaliter
fidelibus. Sed apostoli in cena domini ante mortem Christi gesserunt solum vicem
sacerdotum offerendo et hoc ostensum est ubi supra, videlicet per hec
omnia superius dicta. Hussite dicunt et sufficit non dissimiliter ad aliqua
supra per me posita, ut susciperent sacramentum sub utraque specie, vel etiam
sub una non est de necessitate salutis, quia si sic, omnes parvuli et omnes
infantes et omnes post proprium baptismatis immediate morientes
omnes scilicet sine recepto sacramento domini decedentes, non habent vitam in
ipsis. Si secundum litteralem intelligentiam debet intelligi illud evangelium
et prout verba sonant: nisi manducaveritis carnem filii hominis etc. Et
ad alia plura dudum posita, ad que non nichil respondent utputa ex iam
dictis. Sed prout specialius respondent ad predicta, ex predictis etc. insur-
gentes, quod ex premissis declaratis patet intelligentibus, quod articulus hic non
valet, istam scripturam: nisi manducaveritis carnem filii hominis etc.
Si capere volunt adversarii prout verba sonant, et secundum litteralem in-
telligentiam, tunc omnes parvuli etc., nisi adversarius asserunt quod
omnes qui sunt hic eucharistiam totam, et ex deliberatione receperint
eam susceptam secundum formam duplicem in primitiva ecclesia tentam
et ad omnes traditam generaliter. Assumptum enim adversarii scilicet illa scriptura
nisi manducaveritis carnem filii hominis etc. si capitur ut sonant verba
ad intentionem summi legislatoris est verum ex supra declaratis, quibus autem
est falsum scilicet quod omnes parvuli et omnes infantes etc. ut declarari debet
illis persistentibus vel quodammodo extra quem statum viventibus et
decedentibus qui non receperunt dum tamen dominus sunt hic, sed dependant
ad utramque speciem attendere. Hec hussite. Respondetur quod illud arti-
culus est bonum, et quod ponunt instantiam dicentes, nisi ponunt adversa-
rius quod omnes qui sunt hic totam eucharistiam et receperunt etc. dico
quod parvuli et infantes nec receperunt nec affectant hoc sacramentum
ut notum est, et de hiis nec pro hussitarum nichil est ad propositum.
Et adulti omnes qui receperunt susceptum hoc sacramentum sub duplici
forma, quia hec non est tradita a domino ex supradictis optime
patuit. Et quod dicunt quod illa forma esset tenta in primitiva ecclesia
Respondetur non obstat quod omnia que sunt tenta in primitiva ecclesia
quod nunc teneant ut ex supradictis patet et patebit inferius cum de
primitiva ecclesia specialiter tractabitur. Sed cum dicunt assumptum
enim adversarii scilicet illa scriptura nisi manducaveritis carnem filii hominis etc.
si capitur ut sonant scilicet ad intentionem summi legislatoris est verum
ex supra declaratis. Respondetur quod illud assumptum est verum, ex super-
per me declaratis, non autem ex supra declaratis hussitarum. Et
prima super ostensum est quod eorum declarationes illius scripture
nisi manducaveritis carnem filii etc. sunt false. Et cum dicunt

que autem est falsum scilicet quod omnes parvuli i. infantes etc. Respondetur
quod primo illud quod est verum, et sequitur ex illo assumpto predicto.
Primum autem dicunt ut declarant de illis contritis iam etc. Respondetur
quod illa eorum declaratio de infantibus nichil est ad propositum utpote cuius
fidelis eorum intenti, et tamen declaratio eorum de viris contritis est falsa
ut patet supra proxime, dictum est etiam supra, de illis qui non possunt
accedere dum tamen desiderium habent non sunt, sed desiderant ad utramque
speciem accedere, quod ex illo solo desiderio ad accedendum ad utramque
speciem sunt dampnandi. Item hussite ad idem Augustinum in quo
dictum est, quod illud verbum salvatoris, nisi manducaveritis carnem filii hominis
debet intelligi spiritualiter. Respondetur, concedendo hussite, quod non debet
intelligi spiritualiter solum carnaliter et ad sensum spiritualem, hoc
verbum debet sonare in auribus fidelium, sed non se spiritualiter
et non etiam sacramentaliter, probat adversarius ostendit, quia quilibet
laicalis sine peccatis mortalibus existens generaliter in observancia man-
datorum dei, in perceptione integri sacramenti, manducat spiritualiter
corpus christi, licet se manducare sub prima specie, et bibere eius sanguinem
sub altera specie. Ad quod probandum allegant Augustinum super predicto
verbo Nisi manducaveritis carnem filii hominis etc. qui dicit Hunc
rei sacramentum i. unitatis corporis et sanguinis christi alicubi cotidie
alicubi certis intervallis dierum in dominica mensa preparatur, et de mensa
dominica sumitur, quibusdam ad vitam et quibusdam ad exitium. Contra
quod Augustinus loquens de spirituali manducatione et bibitione corporis
et sanguinis christi loquitur de ea, ut est in sacramento sub specie panis
et vini. Hec hussite. Respondetur quod illud verbum salvatoris, nisi man-
ducaveritis carnem etc. ut ex predictis de mente sanctorum spiritualiter, et sic
ita spiritualiter et non sacramentaliter. nec quilibet laicalis qui se manducare
corpus christi spiritualiter sub prima specie, ita quod eius bibere eius sanguinem
sub altera specie, ut patet supra prima parte. Et concedendum est quod uni-
tatis corporis et sanguinis christi in dominica mensa preparatur sacramentum istud
quod significat unitatem corporis et sanguinis christi mistici, quod dicitur
est ~~unitatis corporis christi~~ et de mensa dominica sumitur per sacerdotes
sub utraque specie sacramentaliter, et per quemlibet laicalem sub una
specie tantum scilicet panis sumitur, unitatis corporis christi, et sub eadem etiam
sumitur sanguis etc. licet non in signo expresso, et in eadem specie prima
sumunt de quolibet laicali sacramentaliter quo ad efficaciam licet non quo
ad significationem. Et cum dicunt Contra quod Augustinus loquens etc. Respondetur
quod hoc ex illis verbis non habetur, sed ubicunque Augustinus loquitur de
manducatione corporis christi sub specie panis, et bibitione sanguinis
christi sub specie vini, ubi loquitur de manducatione et bibitione
corporis et sanguinis christi in oblatione, quo ad sacerdotes, preponit
manducationem corporis christi sub specie panis, et sub eadem specie
bibitionem sanguinis christi etc. licet non in signo expresso quo ad
quemlibet laicalem. Item hussite ad probandum quod illud predictum
salvatoris nisi manducaveritis carnem etc. debeat intelligi sacramentaliter
et spiritualiter, allegant beatum Augustinum super illo Spiritus est qui vivi-
ficat, caro non prodest quicquam, qui dicit omni tempore, aut in vita
non prodest quicquam caro non prodest quicquam, sed quia illi intellexerunt

Carnem quippe sic intellexerunt, quomodo in cadavere dilaniatur, aut in macello
venditur, non quomodo spiritu vegetatur. Proinde sic dictum est Scientia inflat. Ergo
iam debemus odisse scientiam? Absit. Et quid est scientia inflat? Sola sine
caritate. Ideo adiunxit Caritas vero edificat. Adde ergo scientie caritatem et
utilis erit scientia, non per se, sed per caritatem. Sic etiam nunc caro non prodest
quidquam, sed sola caro. Accedat spiritus ad carnem, quomodo accedit caritas
ad scientiam, et prodest plurimum. Nam si caro nichil prodesset, Verbum caro non
fieret ut habitaret in nobis. Si per carnem nobis profuit multum Christus,
quomodo caro nichil prodest? Sed per carnem spiritus aliquid pro nostra
salute egit. Caro vas fuit; quod habebat attende, non quod erat. Apostoli
missi sunt; numquid caro ipsorum nichil nobis profuit? Caro Domini potuit non
prodesse? Unde enim ad nos sonus verbi nisi per vocem carnis? Unde
stilus, unde scriptio? Ista opera carnis sunt, sed agitante spiritu tamquam
organum suum. Spiritus ergo est qui vivificat, caro non prodest quidquam,
sicut illi intellexerunt carnem; non sic ego do carnem meam manducandam.
Hec Augustinus. Ecce habetur patenter quod tantum sensibiliter corporalis ac carnalis
manducacio et bibicio corporis et sanguinis Christi excludit carnalem
prout sonat augurata adversariorum. Hec Hussite. Conceditur quod secundum
Augustinum spiritualis manducacio et bibicio corporis et sanguinis Christi quo
ad illud verbum salvatoris Nisi manducaveritis carnem etc. excludit
carnalem prout patet ex supradictis beati Augustini. Et concedendum est quod tantum
sensibiliter corporalis ac carnalis manducacio et bibicio nichil
prodest ad salutem nisi assit spiritualis, hoc patet ex supradictis.
Ulterius dico quod illa verba Augustini per Hussitas allegata et cetera
sumpta de corpore Christi debent intelligi secundum verba:
sic caro nichil prodest scilicet ad sumendum in propria specie, et
hoc innuitur in principio illius dicti cum dicit Carnem quippe sic
intellexerunt etc. Et in fine illius dicti cum dicit Spiritus ergo est qui vivi-
ficat, caro non prodest quidquam, sicut illi intellexerunt carnem, non sic ego
do carnem meam scilicet in propria specie, sed spiritualiter id est invisibiliter
et per virtutem spiritus sancti, ut dicit beatus Thomas 3a parte summe q. lxxv.
articulo primo in solucione primi argumenti. Hec ille. Et ita videtur
sic quod dicitur caro Christi digne sumpta multum prodest, et
accedat spiritus etc. hoc intelligendum est credendo quod sola caro
sic sub propria specie non prodest quidquam,
sed accedat spiritus ad carnem, hoc est ut credatur spiritualiter id est in-
visibiliter sumenda virtute spiritus sancti sub sacramento et sic spiritus
est qui vivificat. Et isto modo credendo caro non prodest, scilicet quod sic
manducatur in propria specie, ut dicitur in fine illius dicti. Alia autem verba
illius dicti beati Augustini non habetur. Ex quo patet cuilibet fideli intuenti quod
et biberi corpus et sanguinem Christi sub duplici forma, et quod ex illis
habetur in illud evangelium Nisi manducaveritis etc. debet intelligi
spiritualis et sacramentalis, ut patet ex supradictis. Item Hussite pro se ad idem adducunt verba
Augustini super illud verbum Nisi manducaveritis carnem etc. qui dicit

Respondit aut modo per attribucionis huius et domini sui, quod dant
tamen prius manducare dicens Qui manducat meam carnem
et bibit meum sanguinem, in me manet et ego in eo. Quomodo qui
manducat et bibit hoc est ut se manet et manetur, sic habitat
et inhabitat, et se herat ut non deperdatur. Hoc ergo nos docuit et
ammonuit misticis verbis, ut simus in eius corpore sub ipso capite
in membris eius credentes, tamen eius non relinquentes unitatem
tamen eius, sed qui adherant plures non intelligendo, scandalizati
sunt, non enim cogitabant hec audiendo nisi carnem quod erant. Et
Augustinus ubi quod secundum quandam predicacionem habitudinalem effectus ad
causam dicit Augustinus Quod manducare corpus Christi sub prima specie
et bibere eius sanguinem in sacramento sub alia specie, est manere finaliter
in Christo, et Christum in se manentem habere in adiutorium ab eo non recedendo.
et quod sic se habere est signum bone manducacionis spiritualis corporis sub prima
specie et bibicionis sanguinis sub 2a. Et ita verba Augustini de spirituali
manducacione et bibicione, multum alludunt fidei catholice de communione
sacramentali utriusque speciei ad populum. Hec hussite. Respondetur quod ex illis verbis
Augustini non habetur illa predicacio habitudinalis effectus ad causam
secundum quam Augustinus dicit, quod manducare corpus Christi sub prima specie
et bibere eius sanguinem sub alia specie sit manere finaliter in Christo. Et
non multi manducant corpus Christi sub prima specie, et bibunt eius san-
guinem sub alia specie, qui tamen non manent in Christo nec habent in
se Christum manentem, ut patet de ipsis hussitis qui manducant corpus Christi
sub prima specie et bibunt sanguinem eius sub alia specie
et tamen non manent in Christo etc., quia non ad Christi domum bene Augustinus vero
per eos allegatus vult dicere. Hoc ergo nos docuit et ammonuit misticis
verbis, ut simus in eius corpore etc. Resistunt prelatorum obediencie, et
religioso sancto et laudabili ecclesiastico ritui, et nomine suis adiu-
toribus rebellant, et sic relinquentes unitatem Christi, a corpore
eius mistico de quo ibi Augustinus loquitur, sua pravitate heretica se separant
et separaverunt, et sic patet quod non manet in Christo nec Christum in se ma-
nentem habent, ut patet eciam ex dictis suis. Ubi autem est causa sic
manere in Christo, et habere in se Christum manentem, et quod manere in Christo
non sit manducare corpus Christi in prima specie, et bibere eius sanguinem
in alia, nec hoc est habere in se Christum manentem, hoc patet ex superioribus.
Ultimus concedendum est, quod sic se habere scilicet manere in Christo, et Christum
in se habere manentem, in adiutorium ab eo non recedendo, est signum bone
manducacionis spiritualis, non tamen corporis et sanguinis Christi sub spe-
ciebus sacramentalibus, sed manducacionis spiritualis corporis et sanguinis
mistici, de quo Augustinus in verbis iam allegatis loquitur. Et ne-
gandum est, quod verba Augustini de spirituali manducacione et bibicione multum
alludant fidei catholice de quadam sacramentali utriusque speciei ad populum
communione, quia illa non est fides catholica, sed quedam populus sub utraque specie
sed opposita cum opposite verba Augustini non alludunt, sed contradicunt.
Unde illa verba Augustini per eos allegata ut communiter fideles ea intendunt
intelligunt de manducacione spirituali corporis mistici, quod dicit
Augustinus parum ante ipsa verba que allegant. Hoc ergo nos docuit et ammonuit
misticis verbis ut simus in eius corpore sub ipso capite in membris

ecclesie carne sunt, sed non relinquerent unitatem eius. Unde ista
verba et alia precedencia intelliguntur de corpore mistico, quod
est unitas ecclesie, et unitas Christi in capite et suis membris.
Ex hiis patet quod ex illis verbis Augustini hussite non habent quod simplices gentes
deberent communicare sub utraque specie, vel quod illud verbum salvatoris debeat
intelligi de manducacione corporis Christi et bibicione sanguinis eius
sub speciebus sacramentalibus scilicet panis et vini. Item hussite ad probandum
suam intencionem adhuc allegant Augustinum super verbo predicto salvatoris nisi
manducaveritis etc. Ad hec sic Augustinus adhuc loquitur de spirituali mandu
cacione et bibicione corporis et sanguinis Christi in sacramento sub utraque spe
cie. Quid est enim quod ait Qui manet in me et ego in illo, nisi quod mar
tires audiebant, qui pugnabant usque in sanguinem. Hic salvus erit. Quia
mansit in illo sanctus Laurencius, cuius hodie festa celebramus, mansit
usque ad tirannicam interrogacionem, mansit usque, mansit ad peremptionem, parum
usque ad immanem excruciacionem, mansit, cum non cito occisus est, sed
cruciatus in igne, diu vivere permissus est, immo dum diu vivere permissus
est, tamen mori compulsus est. In illa ergo longa morte in illis tormentis,
quia bene manducaverat et bene biberat, scilicet in sacramento utrumque, tanquam
illa esca saginatus, et illo calice ebriatus, tormenta non sensit. Ibi
erat qui dixit: Spiritus est qui vivificat. Caro enim ardebat, sed spiritus
animam vegetabat. Non cessit, et in regnum successit. Dixerat
autem ille Sixtus martir sanctus: Noli merere fili, Sixtus cui ille
erat iste dyaconus: noli merere, inquit, sequeris me post triduum.
Triduum autem dixit medium inter diem passionis sancti Sixti
et diem passionis sancti Laurencii. Ad consolacionem ait: Noli
merere fili, desunt persecucio et corona eius, sed noli merere, quo ego
precedo tu sequeris, nec consequenda differtur, triduum medium. Et
victimam eius accepit, oraculum vicit, dyabolum pervenit ad triumphum.
Hec Augustinus. Hec singula dicta Augustini non deserviunt suo proposito,
sed pocius suffragantur, dum bene et catholice intelliguntur. Hec hussite.
Respondetur quod beatus Augustinus in libro de verbis domini dixit spiritualiter
manducandum est corpus quod ipse dicit: Qui manducat meam carnem
et bibit meum sanguinem in me manet et ego in eo. Et allegat
eum bene Thomas in 3a parte summe q. lxxx ar. 1 et tractat?
est supra quod qui manducat corpus spiritualiter ille manet in Christo et
Christus in se manentem per gratiam gratum facientem, et per quod talis
decalcatur? in se. Hec qui hanc? facit fortem in omnibus ad
versis. Unde Canticorum 8o: Fortis est ut mors dilectio. Homo autem
dicitur fortis propter maior[illegible] propter difficultatem comparatam, sed quibus
fortibus vinculis tenetur et fortiter ea rumperet, fortis
dicitur ut Sampson. Hec facit caritas, quia vincula carnalia
racione rumpit quando vel relinquendo domus suas ultra mare vel alibi pro
deo sed regionem intrando, voti carnali abrenunciando, pro
morte exponendo, et rumpere sunt etiam sed pro proximis
morti exponendo. Secundo propter firma tenere. Cum enim quod
tenet firmiter tenet, quod et non potest auferri multo fortis reputatur.
Hec facit caritas, que ita fortiter deo adheret et ita fortiter
eum tenet, quod nec auferri potest ad adquirendum? nec separari. Romanos 8o.

Quis nos separabit a caritate dei, nec angustia, nec tribulacio etc. Ideo
patet quod dulcior operandi facilitatem. Et eciam quia sine sui gravamine gravamina
sustinet, multo fortius dicetur, sic facit caritas, omnia cum pena et
gravia. facilia, et quod nullum amor facit, ut dicit Augustinus. Quarto propter fortiorum
superacionem fortis enim dicitur, qui fortissimos inimicos superare potest. Sic ca-
ritas fecit Laurencium et alios dei martires scilicet mundum carnem et dyabolum
ut dicitur in fine auctoris per hussitas allegate, ubi dicitur, vincit dyabolum
pervenit ad triumphum. Ex hiis ergo dicto quod sicut Laurencius pro Christo
se morti opposuit, et ita firmiter Christo adhesit, et ita gravia in passione
prompte et faciliter sustinuit et fortissimos inimicos superavit, hoc
habuit ex caritate dei, quam habuit ex hoc, quia bene manducavit de
corpore mistico, et bene biberat, non in sacramento utriusque speciei. Sed illa
non sunt verba Augustini sed hussitarum, que false ibi apposuit. Sed esto
corporis mistici saginatus, et illo calice ebrius scilicet sanguinis mistici
tormenta non sensit, quia eundem esca erat saginatus, et illo calice
ebrius, ideo caritate fuit inflammatus, et sicut ebrius tormenta non
sentit, quamvis male tractatus, sic sanctus Laurencius quia dei caritate ebrius
fuit et inflammatus, tormenta non sensit. Secundum ut dicit sanctus Thomas
in quolibeto iiij, quod pax in corpore pacem parit, quod qui est in caritate presto
prompte et delectabiliter se offert martirio et suffert martirium, sicut
patet de Laurencio et Vincencio, qui in tormentis hylaritate ridebant
et hoc non potest facere qui caritate caret. Hec ille. Ex hiis patet quod ista
singula dicta Augustini absunt sine hussitarum, quia ex nullis dictis
Augustini super sepe posito habetur in qualibus quibus doceret quidam sub utraque
specie, vel quod illud verbum salvatoris nisi manducaveritis carnem etc. debet
intelligi de manducacione et bibicione corporis et sanguinis Christi sub duorum
specie scilicet panis et vini. Et illa dicta Augustini per eos allegata
dum catholice intelliguntur, nichil pro eis faciunt ut superius sunt declarata plu-
rimum suffragancium sine per me superius posite. Ideo adhuc est notandum
quia sicut dicit glossa ordinaria super id I ad Corinthios xi°, super id Quocienscum-
que manducaveritis, quod diversorum diversa est manducacio, quia quidam
sunt qui non manducantes manducant, ut viri contemplativi, pueri
baptizati, et alii qui decedunt in fide et caritate, ut martires. De quibus
dicit sanctus Augustinus de illis dicit: Crede et manducasti. Secundi sunt
qui manducantes non manducant, ut in peccato mortali sacramentum sumentes
de quibus sanctus Paulus dicit I. Corinthios xi. Qui enim manducat
et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit. Tercii sunt qui
manducantes manducant, ut fideles contriti et confessi penitentes
de quibus dicit Christus Iohannis vi°. Caro mea vere est cibus et sanguis
meus vere est potus, qui manducat hunc panem vivet in eternum. Quarti
sunt qui non manducantes non manducant, ut heretici separati dilec-
tantes plus in peccatis quam in gracia dei. Item hussite allegant glossam
interlinearem super predicto verbo Christi Nisi manducaveritis, etc. ipsi tamen non facit
mencionem de comestione sacramenti altaris, et significat quibus modis est
dandi vel manducandi, tamen nisi manducaveritis et biberitis eius sanguinem
Et interlinearis super illo Qui manducat, allegant illa glossa interlinearis. Re-
ponunt quidam sancti de questione altaris. Sed ego vidi tres libros
et nullus habuit particulam, que hic a principio ponitur scilicet ista verba
modo non facit mencionem de questione altaris. Et quidam etc.

allegant eam, sic prout michi videtur allegant, ipsum modo non agit
de bibitione sanguinis. Alii sic, ipsum modo non agit de sanguinis. Sed
nec illi illas particulas habuit, sed quilibet illorum librorum solum habet
respondere, scilicet et si ignoravit quis modo etc. Illud tamen dictum est salua
tamen ipsi manducantes tamen filii hominis etc. est vivi de quaestione
spirituali, ministri carnis Christi prout supra oppositum est, et ita etiam
exponit glossa ordinaria. Verum est quia secundum plures allegatores, ista particula
facit solum mentionem de quaestione sacramentali altaris. Et ideo si in aliquo
libro ponitur, videtur favere positum ecclesie Romane, scilicet quod communicantes
tantum sub specie panis solum, quia ista est quantitas communis quaestionis.
Item respondent verba sunt augmentum, scilicet illa, et si ignoraret etc., sed
reperitur quis alia apposuit. Vel posset dici quod iste particula glosse
est falsa, quia plus agit de manducatione altaris, ubi dicit, qui manducat
hunc panem vivet in eternum. Sed super illo verbo qui manducat dicit
glossa. Item hussitae, licet non sit in libris, exponunt, quidam se
de quaestione altaris, et bene dicunt, similiter augentes et glossa ut predictum
exponunt textum illum dicendo de spirituali manducatione et bibitione
secundum et precedentem textum. Et si hoc imponitur glossa, si in aliquibus
libris invenitur, ipsa est pro ritu ecclesie Romane in eo quod dicit, quidam
sancti exponunt de quaestione altaris sacramentali et bene dicunt, tamen
dicere quidam sancti exponunt de sumptione sacramentali, quod modo quaestione
et talis utrisque fit sub specie panis, et tamen hodie qui mandat carnem, potat
et sanguinem, ut dicit beatus Thomas in postilla super hoc verbo. Et in
aliquibus ecclesiis servatur ut solus sacerdos sumat sanguinem, reliqui
vero corpus, nec tamen est contra predictum dicendo, quia qui manducat corpus
manducat et sanguinem, cum sub utraque specie totus Christus continetur.
Et quod sic allegatur glossa ipsum modo non agit de bibitione sanguinis. Respondetur
si hoc inveniatur in aliquo libro debet intelligi de bibitione spirituali
ministri sanguinis secundum et textus, vel dicitur quod licet ipsum hic non agit
de bibitione sanguinis explicite, tamen plus agit implicite, unde ante
illum textum super manducantibus ut dicit, ipso non nisi Christum tradit quod nisi
manducaverit carnem etc. Et si sic allegatur ipsum modo non agit de sanguine, verum
est explicite licet agit implicite ut iam dictum est, vel quia non agit
de sanguine quantum ad spiritualem bibitionem. Et ideo, quod quo ultimus
particule glosse quod hussitae allegant non reperitur in libris
preter illam particulam, et si ignoraret etc. quod illi confinxerunt pro
se false allegantes, sicut in aliis multis reperiuntur falsa allegantes
que non reperiuntur in libris iuxta eorum allegationem, prout de
pluribus expressum est, et mirum de pluribus probabile. Item
hussitae sic arguunt, secundum Luce xiiii⁰, homo quidam cenam fecit magnam
et vocavit multos. Ergo iste textus sic arguunt, hec est illa
cena, quam fecit quidam homo, deus et homo, cum cibo et potu
sacramentalibus, ad quam per suos nuncios vocat omnes status quantitates
fidelium, ubi contra negligentes ad hanc cenam venientem incipit
dicens. Et ergo dicit incipitur venire nolentibus ad hanc cenam
dicentem, tunc nolentes venire ad hanc cenam perdunt gratiam
dicendo vero. Illud Christi domini sub obtentu gratie, et quod quis sub

precepto plebes fidelium tenentur venire ad hanc cenam dominicam cena
sacramentalem utriusque speciei Et confirmant sic Quia aut in illo
per cenam dominicam significatur hec cena sub admirabilis sacramentis
utriusque speciei patet quia sic ecclesia cantat per accionem corporis
Christi et cruoris dictus Homo quidam etc intendens et intelligere
volens de sacrali cena domini a Christo instituta plebibus alias in
... ecclesia hac adducet illi festo Conceditur quod iste puritate huius
textus decepti textum in forma non allegant quia non esset eius ad
propositum sed scripturam inceptam quam miserunt sunt de intencione Christi unde
inveniuntur vel scripturis doctorum catholicorum ponunt Nam si ipsi per dominicam
cenam sacralem intelligunt comunicacionem populi sub utraque specie
tunc textus ille non erit ad propositum dummodo respicitur textus
unus scripturam falsam ponunt unde Luce dicit sic Homo quidam fecit
cenam magnam et vocavit multos et misit servum suum hora
cene dicere invitatis ut venirent quia parata sunt omnia
Et postea subdit Et ceperunt simul omnes excusare et primus per
emptam ville excusat postea subdit Et reversus nunciavit hec domino
suo Et tunc subdit quod dixit servo suo Exi cito in plateas
et vicos civitatis et pauperes etc Ecce iste textus non sit ad propositum
patet Quia ab illa cena dominica sacrali sub utraque specie non omnes
se excusant immo de sacerdotibus Item quis ille servus et nuncius
qui nunciavit invitatis quod parata sunt omnia ad illam cenam dominicam
sub utraque specie sacrali non sciunt quis ille est nisi esset ille magister
dictus Wicleff et sequens eius Huss sed illi non sunt reversi ad dominum
nunciare eius excusacionem omnium quod illi inciderunt ad dampnacionem quia dampnati
sunt ab ecclesia et omnes dampnati ab ecclesia omnis fide-
lis hic pro dampnatis per dominum dominum nisi deus aliud revelaret
alias error esset dampnabilis in ecclesia quod est contra suppositum prima
prime partis Item illis non erat precepto exire in vicos et pla-
teas civitatis etc quia glosa unde ibi dicit Exi de vicis et plateas vocat
Iudeos possessat qui tunc legem sub urbana conversatione ...
... et minoribus et prophetis notat atque ... gentium sicut
Sed ille non fuerunt missi per dominum ad Iudeos nec ad populum
gentium sed per diabolum Wicleff missus fuit ad gentem Anglicanam
ut tu ad ... et Huss ad gentem Bohemicam nec ad omnem
talem Et hec patet quod ille textus non est ad propositum et ipsum que trac-
tavit ... textum et eum ponunt in ... est falsus Si autem
per dominicam cenam intelligunt cenam ultimam quam dominus in ...
quod fecit cum apostolis ante mortem suam Et tunc etiam ille textus
non est ad propositum quia ad illam cenam solum vocavit Christus
apostolos sicut colligitur ex evangelio Matthei xxvi Marci xiiii Luce xxii et
patet per omnes doctores catholicos nec ad illam cenam misit aliquem
servum dicere invitatis ut venirent sed misit duos scilicet Petrum et Iohannem
ad parandum agnum paschalem Luce xxii nec ad illam vocati aliqui
alii erant preter xii apostolos ad quam cenam nullus se invitatus
excusavit nisi nec Iudas Et si dicetis quod apostoli tunc in illa
cena gerebant typum omnium Christianorum ... Respondetur quod hoc falsum est quia
gerebant solum typum officium sacerdotum sicut superius ...

Nota quod super isto textu Luce xiiii°, quia secundum omnes doctores ca-
tholicos intelligitur de cena, que est refeccio eterne beatitudinis, unde Gorra
dicit super illo textu: Homo quidam qui est distinctus ab aliis per ... ...
porum iste cenam fecit in qua paravit ... glorie refeccionem, que cena
appellatur, quia post eam nullum restat convivium, ut dicit beatus Gregorius. Et
glosa ordinaria dicit: Hac quoniam non prandium sed cena dicitur, quia post prandium
de quo Matheus loquitur, cena restat; post cenam nullum convivium
restat. Ex hoc posset dici quod illa cena sacramentalis Hussitarum magis debet
dici prandium quam cena, quia illa est refeccio spiritualis post quam restat aliud
convivium scilicet eterne glorie refeccio. Item glosa ordinaria ibidem: Verbum incarnatum
faciet ... cene dulcedinem ... multis, sed paucis vocavit, qui multo ...
fidem ei subiecerunt mali vivendo, vel quoniam gradiuntur. Item glosa ordinaria
super illo verbo ibidem: misit servum suum hora cene, dicit: hora cene finis seculi, unde
apostolus dicit Ro... ... in quos fines seculorum devenerunt. In hac fine
mittitur servus i. ordo predicatorum ad invitatos per legem et prophetas, ut re-
pulso fastidio ad gustandum cenam se preparent, quia iam omnia parata
sunt, Christo cum ... introitum regni, patet hec glosa. In qua
per ordinem predicatorum intelligitur predicator quilibet, unde Holgoth super
libro Sapiencie super illo verbo Deus aut voluptas, aut ... a te vocatum
non esset conservatum ... aut ... quod tua sunt qui amas animas dicit
vocavit eos primum i. predicatorum officium, magistri fuerint conditoribus
sive prelati ordinarii sive alii ab ecclesia ad predicandum deputati. Et beatus
Gregorius exponens illud verbum: misit servum suum etc., dicit: servum quem predicatores
designant. Et hoc Gorra dicit: hora cene finis seculi est, scilicet vel
ultima etas sua ... et in aliis etatibus homines ad cenam invitabantur,
nullus tamen ad cenam accipiebantur, sed omnes ad limbum descendebant.
I. Joh. ii°: Filioli mei, novissima hora est. Ex hoc patet quod sit
dicendum ad aliorum articulum sed ad confirmacionem traditum, quod ecclesia cantat
per octavas corporis Christi: Homo quidam fecit cenam magnam etc. non quod
velit intelligere de cena sacramentali sub utraque specie, sed ideo quia hoc
vel illi sacramentum digne sumptum secundum institucionem domini nostri Jesu Christi
super habitum dat nobis vitam perveniendi ad illam cenam future glorie.
Ideo ... dicitur: in quo figura legitur iii Regum xix° quod Helias comedit
et bibit et ambulavit in fortitudine cibi illius xl diebus et xl
noctibus usque ad montem Oreb. Et digne percipiens hoc sacramentum
secundum institucionem domini scilicet conficiendo sub utraque specie, et non conficiendo
sub una specie tantum scilicet panis, ambulat hec in via in fortitudine
istius sacramenti usque ad montem domini scilicet Regnum celorum, ubi est cena
celica, de qua illa cantus intelligitur. Et per eam non impetitur hoc
adducunt illi ... Item Hussite adducunt pro se beatum Paulum
et arguit per Paulus apostolus fidelis interpres legis, ipsa certam
doctrinam quam tamen fidelium dicit esse institutionem Christi domini passionis
commemoracionem, nam I Cor. xi° dicit: Ego enim accepi a domino quod et
tradidi vobis, quoniam dominus Jesus in qua nocte tradebatur, accepit panem,
et gracias agens fregit et dixit: accipite et comedite, hoc est corpus
meum quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam commemoracionem. Similiter
et calicem postquam cenavit dicens: Hic calix novum testamentum
est in meo sanguine. Hoc facite quocienscumque bibetis in meam commemoracionem.

quocienscumque manducabitis panem hunc et calicem bibetis mortem domini
annunciabitis donec veniat. In quibus verbis apostoli manifeste ha-
betur quod ista cena dominica sacralis fidelibus communiter usque ad ad-
ventum domini est instituta, ut accipiant in eius commemoracionem, et hec
dominica quamvis post [illegible] pro loco et tempore aptentur, quod hic nulla est specialis
sed generalis expressio ad omnes fideles, tam ad speciales quam ad
communem populum, et ita videtur esse preceptum apostoli pro ad omnes. Secundo
in isto precepto per diametrum contradicentes agentes contra Christum apostolum et
ecclesiam dei, dicunt esse preceptum Christi vel apostoli quod recepcio
est preceptum. Nam et ipse Paulus in fine huius epistole supposuit quod
laicalis populus debet tamen sub specie panis communicare, quod patet cum dicit: Itaque
fratres mei cum convenitis ad manducandum invicem expectate. Si quis
esurit domi manducet, ut non in iudicium conveniatis. Secundo vero
vero dispensacionem. Certe sicut Paulus dicit ad manducandum, sic et non dicit
ad bibendum, ubi omnis communis populus laicalis, tamen debet sub specie panis communicare
et non sub specie vini. Et hec patet per glossam ordinariam super illud Itaque fratres
et cetera, dicit: Ergo fratres mei cum convenitis ad plenitudinem dominice cene
ad manducandum corpus domini invicem expectate, et nemini omnes
conveniat, ut multorum oblacio simul celebretur et omnibus ministretur,
sed si quis esurit impaciens non vult expectare, manducet domi
suos cibos, id est pane terreno pascatur, nec post eucaristiam sumat. Hec
glossa. Ecce quomodo textus dicit ad manducandum corpus domini. Secundo patet
quod non fuit de intencione sancti Pauli, quod populus laicalis deberet
communicari sub utraque specie, nec de precepto Christi utique fuit, ut supra
probatum est. Sed etiam si preceptum Christi fuisset, laicalem populum sub utraque
specie communicari, indubitanter sanctus Paulus, preter alios, supposuisset
de isto precepto Romanis et Hebreis, cum Romana erat caput
mundi, quibus plus supposuit quam Corinthiis et Hebrei doctus populus,
una quibus tempore et communitate supposuisset de isto precepto, quia illud
quod fuisset de salute harum sumpcionem mandatum Christi, utique scribere
non obmisisset, quod tamen non est factum, ex eo quia non fuit pre-
ceptum Christi vel Pauli, sed asserere sub utraque specie sacramentum est preceptum
Christi ut supra patet. Corripit autem Corinthios et non alios, et
non solum sacerdotibus sed toti communitati fidelium ecclesie Corinthiorum,
quia illi per se et [illegible] pseudo prophetas fuerunt inducti ad malum modum
communicandi, qui inter eos seminaverunt dissensiones, ut dicit glossa ordinaria super
illud, in principiis eius primam cenam sumpserunt. Unde redarguit eos
multipliciter propter indevocionem, et primo ex parte statuti, ubi dicit
Primum quidem convenientibus vobis in unum audio scissuras esse et ex parte credo,
multas sicut et hussite, unde hic apostolus dicat idem: Et aut oportet
esse, volunt, nos talem consuetudinem non habemus, neque ecclesia dei. Ubi
et subdit: Hoc autem precipio non laudans quod non in melius sed in
deterius convenitis. Cum ergo hussite non acquiescunt huic apostoli precepto
ut in ecclesia dei scissuras non faciant, quas quia voluntarie
fecerunt sunt supplicium et scismaticos, et per que hereticos se efficerunt
per scissuras eorum, quas et in eis futuras revelante spiritu sancto audivit
apostolus, et ut patet in ipsorum eorum malo erga ecclesie sancte, contra
unitatem hac subiungit et dicit: Oportet hereses esse. Et statim adiungit

et tamen addidit dicens, ut qui probati sunt manifesti fiant in vobis
scilicet propter bonos. Hic despicit apostolus. Convenientibus vobis in unum
glossa ordinaria. Sicut corporaliter ita convenire debent spiritualiter ad unitatem conservandam
dicit Hugo de sancto Victore. Quid prodest si vos convenit una domus
et separet diversa voluntas. Idcirco nequaquam eos prodesse potest quod parietes
multiplicet, albos si scissura cordium quam fecerunt. De quibus supra apostolus dudum in-
quit scismata et dissensiones inter vos. Unde dicitur, omnium malorum inter vos
est dispersio et discordia, unde cetera mala oriuntur. Ubi enim est dispersio
ibi nichil rectum secundum illud Jacobi. Ubi zelus et contentio, ibi inconstantia
et omne opus pravum. Quod ut pateret clerus operibus eorum. Deinde arguit eos
quod eadem tempus non dicit. Convenientibus vobis ergo in unum, iam non est
dominicam cenam manducare. Ubi dicit glossa ordinaria. Hic redarguit eos de
hoc, quod corpus domini non eo modo sumebant, quo sumi oportebat, inter prandia
cum vel post prandium eucharistiam sumebant, quod ieiuni sumere patres de-
bebant, arbitrantes sic sumere, ex eo scilicet quod in manducantibus discipulis ac-
cepit panem et calicem et eis tradidit, iam celebrato veteri pascha. Quasi dicat.
Sic quod in vobis sunt scismata, ergo convenientibus vobis in unum quod semper
debet, non iam corporum conventu sed cordium glutinio, iam id est ex hoc solo
quod scismata sunt in vobis, non est id est non licet manducare dominicam cenam
vel iam id est in presenti, hoc dampnum habetis scilicet quod non licet vobis man-
ducare dominicam cenam in futuro, peius erit vobis dicam dominicam
cenam dicit acceptionem eucharistie. Hec glossa. Item super illud verbum, unusquisque
enim suam cenam presumit ad manducandum, dicit glossa, quasi diceret, ideo non licet vobis
manducare, quia unusquisque vestrum [illegible] suam [illegible] ante dominicam cenam
presumit non ad erogandum pauperibus, sed ad manducandum cenam suam.
Sequitur verbum, et alius quidem esurit, glossa cui nichil datur. Alius
autem ebrius est, cum sobrius esse deberet. Apostolus tangit eos qui
et pransi sumebant corpus domini de prandio suo luxuriose nichil tri-
buebant esurientibus, et hoc faciebant in ecclesia. Hec glossa. Ad quod [illegible] si
convenerint habuit. Deinde arguit eos quod irreverentia loci non dicit
numquid domos non habetis, glossa dicit, quasi diceret, cenam vestram manducatis, ad cenam
dominicam, nec pauperibus tribuitis, numquid non habetis domos ad manducandum
quasi dicat, in domibus hoc pariter oportet facere, quod in ecclesia. Hec glossa.
[illegible] et redarguit precepta insinuat institutorum. Sicut sacramentum ve-
nerabilis, unde dicit, quid dicam, laudo vos etc. glossa quasi diceret, et vos hoc
faciatis quid dicam vobis non invenio quid dignum sit vobis, laudo vos
in aliis sed in hoc non laudo id est in hoc nichil laudabile invenio in
vobis, vel ita distinguitur legendum, laudo vos, in hoc utique non laudo.
Sequitur [illegible] de [illegible] formam quam a Christo in [illegible] data est
tradidit publice. Ego enim etc. glossa dicit, quasi diceret, ideo non laudo vos de hac
quia corpus domini est quod debetis sumere in magna veneratione quod ego
a domino accepi id est didici et vobis tradidi. Sicut quidem dominus ihesus Christus
etc. Hec glossa. Forma autem tradita a Christo ut patet ex predictis. Hoc est
[illegible] sacerdotes [illegible] ut sumerent hoc sacramentum sub utraque specie, sed plebs
quandoque sub una specie tantum, et hanc Paulus accepit a domino et tra-
didit Corinthiis, et omnibus posteris fidelibus, alter tradidisset

aliquid Domini, quod non accepisset a domino, precepta non mandat nec
precipit, sed suadet devotum modum communicandi, cum dicit probet autem seipsum
homo, et sic de pane illo edat, et de calice bibat, ubi glossa dicit i. examinet
et purget, utrum peccata sint cottidiana vel non sint mortifera, et dimittat
caritatem, accessurus ad altare, et dicat dimitte nobis debita nostra sicut
et nos dimittimus debitoribus nostris, et sic securus accedens de pane illo edat
et de calice bibat etc. hec glossa. Et postilla super verba beati Pauli non inpugnat
plebi secundum communionem communicandi sub utraque specie indicit, sed communicationem
seu dispositionem insinuare dicens, Quicumque manducat et bibit indigne
iudicium sibi manducat et bibit non diiudicans corpus domini. Ex quibus
iam dictis patet quod beatus Paulus illis verbis quibus hussite adducunt
non construxit imperative seu preceptive, sed exhortative insinuative et
reprehensive. Unde ergo valde vacuum [illegible] audent hussite predicare
dicere sacre, quod apostolus sub anathemate verbis illis mandavit, populum communicare
communicare sub utraque specie scilicet panis et vini, cum nichil horum precipit
apostolus nec hoc quod falso predicant mandat. Sed per simplicia devota
vacuum, malas consuetudines redarguit, et institutionem corporis domini insi
nuat, ubi dicit, dominus noster Jhesus Christus in qua nocte tradebatur, accepit
panem etc. et hoc iuxta formam institutam a domino, de qua superius dictum est,
et precepta suadet devotum modum communicandi, ut patet ex predictis. Sed hussite
contra hoc possent sic arguere. Tu dicis quod beatus Paulus non man
dat, nec precipit populo communicare sub utraque specie. Concedis
tamen quod suadet devotum modum communicandi cum dicit probet autem seipsum
homo etc. et quia ibi loquitur de communicatione sub utraque specie, et loquitur
ad populum communem, ergo licet populo communi sic communicare sub utraque specie.
Contra. Quamvis quemque suadet apostolus, sacre hoc licitum est, sed quod apostolus
ibi loquitur ad populum communem patet ex predictis, etiam loquitur de communicatione
sub utraque specie patet quia non dicit, probet autem seipsum homo, et sic de
pane illo edat, et de calice bibat, ubi copulativam ponit, per
calicem intelligens sanguinem. Et similiter ibi Quicumque manducabit
panem hunc et biberit calicem, mortem domini annunciabit, ubi etiam
copulativam ponit. Secundo hussite arguunt sic. Quicumque prohibetur in lege
divina, contrarium illius est preceptum legis divine. Sed in lege divina prohibetur
indigna communicatio sub utraque specie populo communi, ergo digna communicatio
sub utraque specie populo communi est preceptum in lege divina, [illegible] esse
[illegible] dicunt esse notam inductive de singulis. Sed hoc
probant per illud beati Pauli Quicumque manducat et bibit indigne
iudicium sibi manducat et bibit non de[illegible]. Ubi beatus Paulus prohibet
indignam communicationem sub utraque specie populo communi, eo quod [illegible] dicit copulativam
scilicet manducat et bibit sed [illegible] quod ibi dicit copulativam scilicet de pane illo
edat, et de calice bibat, ubi applicate loquitur de sacerdotibus conficientibus
etiam principaliter communicantibus, proponens non implicite de communicantibus
principaliter institutionem domini nostri Jhesu Christi ut scilicet communicent sub utraque specie
[illegible]. Ad hoc sic respondetur. Nota quod beatus Paulus hec tradidit Co
rinthiis que accepit a domino, et quia ipse non solum accepit institutionem
huius sacramenti, sed etiam modum loquendi circa institutionem huius sacramenti.
Omnes namque discipulos bonos, scilicet et precipue modum loquendi circa
institutionem huius sacramenti sui magistri, dicendo scilicet ipsum esse [illegible]

bonum et optimum, qualis fuit modus loquendi, quem Christus et quando
proposuit promittens dare corpus et sanguinem suum ad manducandum et bi-
bendum fidelibus, primo locutus est omnibus fidelibus dicens, Siquis
manducaverit hunc panem, vivet in eternum, et panis quem ego dabo, caro
mea est pro mundi vita. Et qui manducat meam carnem et bibit meum
sanguinem etc. Jo. vi. Sed postea Christus complevit illam promissionem in sero in cena
sua ultima, ante mortem suam instituens hoc venerabile sacramentum explicite
locutus est solum ad sacerdotes offerentes, quia solum ad xii apostolos, qui
vicem gesserunt solum cum successorum sacerdotum offerentium, prout superius
ostensum est, eis dixit, Accipite etc. Et Hic est calix sanguinis etc. Et per hoc
explicite innuit quod soli sacerdotes offerentes debent manducare corpus
et bibere sanguinem suum sub duplici specie, et implicite per hoc eciam innuit, quod
plebs communis deberet corpus suum et sanguinem suum sumere sub una specie
tantum scilicet panis, cum iuxta promissionem suam eis dixit Siquis manducaverit
hunc panem vivet in eternum, et panis quem ego dabo caro mea est pro
mundi vita. Sic beatus Paulus iuxta modum loquendi, quem accepit a
domino magistro suo scribens toti communitati fidelium Sacerdotum et omnibus pos-
teris fidelium primo toti communitati insinuavit, modum communicandi a domino
Ihesu institutum eis dixit, Ego enim accepi a domino, quod et tradidi vobis, quoniam
dominus noster Ihesus Christus in qua nocte tradebatur, accepit panem etc., similiter et
calicem etc., postea vero predictus modus communicandi explicite, locutus est
solum ad sacerdotes offerentes, innuit quod soli sacerdotes debent communicare
sub utraque specie eis dixit, Probet autem seipsum homo, et sic de pane
illo edat, et de calice bibat, Implicite eciam presumit modum communicandi
plebis communis sub una specie tantum scilicet panis iuxta institucionem domini, nisi Ihesu
Christus superius dictum, alias aliquid tradidisset eis quod non accepisset
a domino, quod est falsum. Quod autem beatus Paulus hic explicite locutus sit
de sacerdotibus offerentibus, patet per illud quod dicit, Quocienscumque man-
ducabitis panem hunc, et calicem bibetis, mortem domini annunciabitis, id est
representabitis. Representacio autem mortis sive passionis domini explicite
fit in oblatione per sacerdotes, manducando panem hunc, et calicem bi-
bendo in presencia cum fidelium, et pro peccatis eorum, ut patet per beatum Thomam
in tercia parte summe sue q. lxxxiii ar. i in solucione 2i arti, ubi dicit
Sic representacio dominice passionis agitur in ipsa consecratione huius sacramenti,
in qua non debet corpus sine sanguine consecrari, sed autem a populo corpus
sine sanguine sumi, nec aliquod sequitur detrimentum, quia sa-
cerdos in persona omnium sanguinem offert et sumit, et sub utraque specie totus
Christus continetur. Hec ille. Et ex hiis patet quod [illegible] Quocienscumque man-
ducabitis panem hunc et calicem bibetis, mortem domini annunciabitis,
beatus Paulus locutus est ad sacerdotes offerentes. Et quia explicite per
hoc sacramentum non sunt ad ~~sacramentum~~ [illegible], sed solum ad [illegible], que
quo ad efficaciam tota est sumendo sub una specie tantum, prout superius
ostensum est. Ideo apostolus loquendo sic explicite de sacerdotibus offeren-
tibus, implicite locutus est de communi populo, presupponens iuxta institu-
cionem de qua superius dictum est de communi populo, quod debet communicari sub
una specie tantum. Hec patet per multas glosas eciam superius positas
quas in parte hic repetere expedit. Sanctorum super [illegible]

Nam super illo Convenientibus ergo vobis in unum, iam non est dominicam
cenam manducare, dicit glo. redarguit eos de hoc, quod corpus domini
non eo ordine sumebat, quo sumi oportebat. Item super illud In
hoc non laudo vos, ego enim dicit glosa, ideo non laudo vos, quia corpus
domini est quod debet sumi in eius commemoratione, quod ego et a domino
accepi. Sicut notum est et Hussite omnino hoc dicunt, quod hic beatus Paulus
locutus est ad [illegible], et tamen hic glosa dicit, quod corpus domini debet
sumi in eius commemoratione, nichil dicens de sanguine, nec etiam in glosa
textus precedentis. Item super illud Itaque fratres mei etc. dicit glo. cum convenitis
ad manducandum corpus christi etc. ut supra in glosa hic posita est et
nichil etiam dicit de sanguine, cum tamen textus ille loquatur de populo quem ut
dicunt hussite. Ex quo patet quod non fuit de intentione apostoli, quod populus
communis debet communicari sub utraque specie. Ad secundum dicitur negando
maiorem. Et cum non omne quod prohibetur in lege divina, contrarium eius est
preceptum legis divine, quia non furari, non mechari, etc. prohibetur
in lege divina, et tamen eorum contrarium scilicet furari vel mechari non est pre-
ceptum legis divine, ut notum est. Sed [illegible] quia illa non sunt prohibita sed
precepta. Respondetur quod in lege divina aliqua sunt precepta affirmativa
et illa dicuntur simpliciter et absolute precepta, alia sunt precepta negativa
in lege divina, et illa dicuntur precepta quia prohibitiva, prout patet de supra
dictis scilicet non furari etc. Sed ex quo hoc esset verum quod quicquid est
preceptum in lege divina, contrarium eius prohibetur in lege divina, utique
inductive de singulis hoc est illius rationis, est falsum, quia ibi
beatus Paulus illis verbis non utitur prohibitive, sicut nec aliis
preceptive, sed utitur eis commutative [illegible] inculcando, prout
superius dictum est. Et admisso hoc quod beatus Paulus utatur
illis verbis prohibitive, tunc dicitur quod loquitur ibi de assistentibus institutori
domini, de quo dictum est supra. Secundus textus apostoli totus sit ca-
tholice elucidatus contra hussite [illegible] et [illegible] sunt dicti [illegible] conven-
[illegible] dicti. Ex hiis patet quod non solum unus et simplex modus
sacramentalis manducandi sub specie panis traditus est a domino et ab eius
apostolo. Secundum unus est modus bibendi de calice sub forma sacramentali
vini, ergo dicit apostolus, probet seipsum et sic de pane illo edat
et de calice bibat, id est sumat non sacramentaliter corpus christi sub specie
panis, et modo bibendi sacramentaliter sanguinem eius sub specie vini. Hec
Hussite. Respondetur quod hec conclusio est falsum, contra dictum [illegible]
et statuta eius patet ex predictis, quia a domino et ab eius apostolo
traditus est. Secundum solum unus et simplex modus sacramentalis mandu-
candi sub specie panis, et sub eadem specie [illegible] modus bibendi sanguinis
christi [illegible] licet non in proprio expresso. Secundum sacerdotibus offeren-
tibus traditus sit a domino et ab eius apostolo modus manducandi et
bibendi corpus et sanguinem christi sub utraque specie scilicet panis et
vini. Et ita prout dictum est supra illud apostoli, probet seipsum homo etc.
prout verba sonant, sed explicatione [illegible] solum de sacerdotibus confi-
cientibus [illegible], tamen presupposito quod hic non [illegible] hoc sacramentaliter
probando seipsum sed edere de hoc pane id est sumere non sacramentaliter corpus

corpus xpi sub specie panis, et de calice id est sanguinem bibere sub eadem specie panis etc., licet non in textu expresso, quia hec est forma a Christo tradita a deo manducandi corpus xpi et bibendi eius sanguinem ipso quidem utique ex predictis, quam apostolus accepit a deo et tradidit Corinthiis utique per glo. ord. plures allegatam super 1o laudo vos etc., ubi dicit sed ut corrigant formam que a xpo in cena etc. data est tradidit sub duabus speciebus eam accepi a deo etc. Hec glo. super allegata circa duo tocium sed probat scriptura hoc etc. et per hominem hic intelligitur quamvis quilibet homo, ut quicumque vult accedere ad hoc sacramentum, sed sic vult probare, prius sint peccata sua lavans, et probando se iuxta modum prescriptum, et amplius se de pane illo edat supple ille qui secundum consuetudinem ecclesie se debet accipere sub una specie tantum, et peccata sua se probans de pane illo edat, et de calice bibat sub utraque specie sed panis et vini. Sed contra istam glosam hussite exclamant dicentes contra hanc infamem glo. ipsis scriptis frustra elaboratam, fideles autem primo supponunt quod apostolus paulus de hac comunione sacramentali integra et admirabili locutus est ad omnes communitates ecclesie et domesticos fidei, etiam ad convertendos infideles. Secundo dicunt supponunt quod regula communionis de quidam divine eukaristie utriusque speciei a deo accepta per paulum et corinthiis tradita, est regula universalis, non solum pro corinthiis communitatibus, sed etiam pro omnibus communitatibus ecclesie per universum orbem existentibus, quia alie non communitates ecclesie non acceptarent pro se hanc regulam de sacramento utriusque speciei per paulum traditam Corinthiis si ad eos non pertineret, ita bene sicut ad Corinthios. Et ergo predicta regula licet explicite [illegible] quoddam quasi ad personam indefinite [illegible] modum loquendi scripture catholice et gentilium indefinite [illegible] pro omnibus communitatibus fidelium ad salutem valet universaliter. Nulla ergo vel regula, probet scriptura homo, [illegible] quod probet scriptura omnis homo [illegible] ad fidem invitatus et vocatus ad cenam dominicam utriusque speciei. Tercio dicunt fideles supponunt ex supradictis, quod ubi probet scriptura hoc, hoc stat pro [illegible] communitates hominum [illegible] ad fidem verum xpi, ad huc in hac vita [illegible] mandatorum dei degentes sine criminibus, in quibus adhuc viget multa fragilitas ut infirmitas ad bonum et multa pronitas ad malum, que omnia indigent multa medicina restaurante atque confortacione quodammodo sensibili ut verbo dei et piis [illegible] sacramentis. Sed quia hec multa fragilitas et infirmitas humana communiter [illegible] in omnibus statibus communitatis ecclesie tam in sacerdotibus quam in vulgari populo, contra quam fragilitatem humanam et infirmitatem specialis et precipua medicina nova data est degustacio corporis xpi sub specie panis, et alia secunda medicina tam ardua et ad finem [illegible] hec sed degustacio vel sanguinis xpi sub specie vini. Si ergo ista duplex medicina [illegible] et forma est reposita tamquam contra multiplicem infirmitatem et fragilitatem hominum, tunc [illegible] tanta infirmitas et fragilitas in hominibus fidelibus reperitur racionabile est et expediens hanc duplicem

medicina huius duobus modis applicatur scilicet modo gustandi corpus
Christi sub specie panis, et modo gustandi sanguinem Christi sub specie vini
Sed cum ut dicit hec plurium infirmitas et fragilitas reperitur in vulgari
populo fideli, planum sequitur, quod sacerdos et episcopus porrectus est huic
vulgo hanc medicinam duplicem sub forma duplici applicare. Debet
ergo tam in ecclesia in quantitatibus positus sive sacerdos sive laicus
probet seipsum, et sic de pane illo sacramentali edat, et non solum hoc, sed et
de calice sacramentali bibat scilicet sanguinem Christi sub specie vini. Hec Hussite.
Respondeo quod Hussite hic dicunt, quod illa glosa superdicta sit infamis
et ex proprijs elaborata, non est verum. Sed videtur eis hoc sensus ex illo
quod in eis magis completur verbum illud ysaie prophete, quod dicit Dominus
instituit spiritum vertiginis in medio, videlicet et errare fecit eos quasi
egyptum in omni tempore suo, sicut errat ebrius et vomens. Hec ille.
Ultima allegando apostolum Ego accepi a domino etc. melius digessissent
verba sua sive in blasphemiam domus celestis magisterio plena nequaquam
dicerent illam glosam infamem nec ex proprijs elaboratam, cum illa glosa ha
beatur ex superadditis in sacra scriptura fundata. Ultimo dico
concedendo eorum primam suppositionem, sed medium eorum. Sed quomodo receptio speciei
in oblacione per sacerdotes et extra oblacionem sub una specie per laicos
est vera communio, et a domino accepta per Paulum et eis tradita et voluit
non solum pro Corinthiis sed pro omnibus Christi fidelibus. Et sic dico, quod
in prima illa vera communione sacramentali probet seipsum homo, est etiam verum, et
concedatur, ut in ea sequatur: quod probet seipsum omnis homo quicumque ad fidem
dignitatis et vocationis eorum dignitatem, ne in receptione speciei, nisi sacer
dotes in oblacione, quia ad illam soli illi sunt vocati, sed laici
sunt dignitati et vocati ad cenam dominicam unius speciei, ita quod solum
sub una specie dant sumere corpus et sanguinem Christi, ut ex superdictis.
Et quod omnis homo sive sacerdos sive laicus valent accedere
ad hoc sacramentum, debet seipsum probare, ut dictum est supra. Et tercia
eorum suppositio etiam est concedenda, nisi ibi contra quam fragilitatem
humanam et infirmitatem, specialis et propria medicina una data
est. Sed ubi dico, degustatio corporis Christi sub specie panis, et degustatio
sanguinis Christi, sub specie vini, non est duplex medicina, sed una tantum
data contra fragilitatem et infirmitatem humanam, que per sacerdotes debet
sumi et offerri pro peccatis omnium fidelium, quecumque peccata sunt fra
gilitates et infirmitates humane, et illa eadem medicina data est
laicis sub specie panis tantum, in qua dum gustatur corpus Christi, gus
tatur et sanguis eius, licet non in specie propria, et sic hec medicina
est ita sufficiens contra multiplicem fragilitatem et infirmitatem huma
nam, dicit enim doctor Remigius. Ulcerosum ... de carne virginis creavit
medicinam, et vir prudens non abhorrebit eam, super quo dicit beatus
Ambrosius: Corpus Christi medicina est spiritualis, que dum reverenter
degustata fuerit, sibi devotos sanat et purificat. Ad quam medicinam
sumendam quilibet tam in ecclesia in quantitatibus positus sive sacerdos
sive laicus probet seipsum et sic de pane illo scilicet sacramentali edat super
qui debet accipere sub una tantum specie, ut laicus, si sacerdos
probet seipsum, et sic de pane illo edat scilicet sacramentali, et non solum
hoc, sed et de calice sacramentali bibat scilicet sanguinem Christi sub specie

Et quod dicunt eukaristie receptionem speciei calicis quo ad plebem communem non est ita communicatum, nec est a domino per Paulum accepta et eis tradita

vini. Item in oblatione tui, patet quia extra oblationem sacerdos debet sumere
sub specie panis tui corpus et laicus. Patet quia degustatio corporis Christi
sub specie panis ~~et de Christo~~ Christi, et degustatio sanguinis eius sub specie vini
sit duplex medicina, unus est tamen una medicina contra infirmitates
et fragilitates humanas que sunt peccata, patet quia ad eam sumitur
sub illa duplici forma ut dictum est supra, sed que contra infirmitates
et fragilitates humanas sit medicina patet latius in 3a parte ubi tracta
bitur de effectibus huius sacramenti. Ex hiis patet quid sit dicendum ad
supradictam suppositionem, quod solum concedo quod degustatio corporis Christi sub
specie panis, et degustatio sanguinis eius sub specie vini, non sit duplex
medicina contra fragilitates et infirmitates humanas. Patet quia una tamen sunt tamen
ordinem est, tunc omnia dicta eorum supponunt falsa, non valent processus
utique quam dicti. Item hussite supradicti confirmantes se argumentum
in illa probet autem seipsum homo hoc supponit per sacramentum. Sed pre
cedunt quibus in civitatibus ... Christi degentibus quibus ... sub
et non alius voluit quantum ipsa predicatio primo, quilibet talis homo
probet seipsum, 2o quod quilibet talis homo de pane illo edat, patet sub una
specie, et non solum quilibet talis sic edat sed et de calice bibat. Sic
hanc duplicem gustationem et duplicem formam ergo non solum sacer
dotibus, sed et ceteris christianis debetur secundum hanc ... vel
utrumque confirmant, sed eadem est ratio medicinalis manducandi corpus
Christi sub specie panis data contra utramque fragilitatem humanam et infir
mitatem in vulgari populo fideli et in cetu sacerdotali. Sed eadem ratio
medicinalis correspondens ad plenam bibendi sanguinem Christi
sub specie vini ... contra eandem fragilitatem humanam et multiplicem
infirmitatem in cetu sacerdotum et in populo vulgari, circumscripto
officio speciali sacerdotali ad consecrandum offerendum vel ministrandum ergo
quia ratio in sacerdotibus sanguinis Christi sub specie vini ... ex
evangelica traditione sumitur et potatur. Ex quo eadem est ratio
fragilitatis et infirmitatis humane, tam in vulgo quam in sacerdo
tio. Et tamen contra hanc infirmitatem fragilitatem humanam eadem
est ratio medicinalis bibendi sanguinem Christi sub specie vini, tam
in sacerdote quam in laico, planum est, quod sicut quilibet homo sacerdos
de quantitate sacramenta sit et quilibet homo laicus de quantitate secundum
hunc processum scripture catholicam a sanctis patribus ... apud
... et sic de pane illo edat et de calice
bibat. Et tamen ipse Christus ... summus legislator
huius evangelice ... de hac ... sacramento, ipsi ...
Christi ... Marci ... Hic est enim sanguis meus novi
testamenti qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum ...
sanguis meus est qui ... sub specie vini et ... effuso
eius in remissionem peccatorum pro multis ... medicus ...
apostolis, et in eius ... quantitatibus fragilitatibus ... in ...
infirmitatis, quod iste meus sanguis sub specie vini libatur, non una
memoria effusus eius pro multis in remissionem peccatorum
peccata autem multorum sunt fragilitates et infirmitates tam clericorum quam
vulgaris populi, et remissio peccatorum est per libationem sanguinis

et vinum quia memoria effusionis eius pro multis i. pro multitudinibus
in qualitate ecclesie tam cleri quam vulgi est relevativa a fragilitate et
infirmitate humana que advenitur tam in sacerdotibus quam in laicis.
Cum igitur illa infirmitas aut similiter inveniatur in vulgari populo sicut et in
sacerdotibus contra quam constituta est medicina hec scilicet sanguinis Christi
ad bibendum sub specie vini, patet ex illis verbis: Hic est calix qui in remissionem
peccatorum et in relevacionem contra fragilitatem infirmitatis tam sacerdo-
tibus sicut et laicis ista medicinalis bibicio sanguinis Christi sub specie vini
quia non gratis dominus instituit est applicanda, et sicut loquitur doctor
Ambrosius de consecratione di. ii. c. Quotiescumque effunditur sanguis Christi in re-
missionem peccatorum effunditur, debeo semper accipere qui semper pecco, debeo
semper habere medicinam. Prava igitur et falsa est glosa adversariorum
et venenosa tam contra auctoritates sanctorum et racione divine scripture
sic leviter prolata que crudeliter et inhumane prohibet populo fra-
gili fidelium et firmiter bibere potum summe medicinalem sub forma vini
et fructuosissime a summo medico Christo institutum et gratissime populo
condonatum. Et si predicta adversariorum super io apostoli probet seipsum homo etc.
sit valitura tam auctoribus scripture et racionibus, ipsorum deberet haberi
prius quod pars evidencia contra legem novi testamenti [illegible] in scriptis fidei
contrarium et blasphemum. Fortasse eciam et ecclesie quorum non recipiunt
verba predicta apostoli ad sensum hunc receptum adversariorum, sed recipiunt
hec verba ad sensum catholicum, quod scilicet post probacionem sui corpus Christi
edunt sub forma panis et sanguinem eius bibunt sub forma vini, et
sic in facto ad hunc sensum regulariter hanc apostoli observaverunt. Hec
Hussite. Respondetur ad primam confirmacionem concedendo quod in illa verba
probet autem seipsum homo, hic homo supponit confuse [illegible] gratia pro aliis
hominibus quibus esse singulis et non aliis volunt convenire. Secundo
concedo scilicet quod quilibet talis homo probet seipsum. Sed negandum est quod
secundum secundum conveniat eis, puta quod quilibet talis homo de pane [illegible] edat
scilicet sub specie panis, et non solum quilibet talis sic edat, sed et de calice
bibat. Pro illa hac duplici distinctione, quia hac solum conveniunt sacerdotibus
in oblacione ut patet ex predictis. Ad terciam eorum confirmacionem dicitur quod extra obla-
cionem eadem racio medicinalis manducandi corpus Christi sub specie
panis contra multarum fragilitatem data est vulgo et sacerdotibus
[illegible] tam laicis debent manducare corpus sub specie panis, eciam
debent bibere eius sanguinem sub specie vini, sicut et sacerdos extra obla-
cionem. Sed tunc negandum est quod sit eadem racio medicinalis quo dependet
ad preparandum bibendi sanguinem Christi sub specie vini data sit vulgo et sa-
cerdotibus, quia extra oblacionem nec sacerdotibus nec laicis datum est sanguinem
Christi bibere sub specie vini, ut patet ex predictis. Sed iterum hic supponit
quod alia sit medicina manducandi corpus Christi sub specie panis, et
alia bibendi sanguinem sub specie vini, quod est falsum ut patet ex predictis.
Sed in oblacione tunc non est data eadem racio medicinalis manducandi
corpus Christi sub specie panis vulgo et sacerdotibus, quia sic datum est
manducare corpus Christi sub specie panis in oblacione sacerdotibus
quod manducando corpus Christi sub forma panis debent eciam bibere
sanguinem Christi sub specie vini. Bibere autem sanguinem Christi sub forma

vini non est dandum vulgo, nec datum est offerre sanguinem Christi vulgo
et sic cum sacerdotes offerant et sumunt sanguinem Christi sub specie vini
hoc habent ex officio sacerdotali, quo circumscripto, ut Hussite dicunt
tunc eadem racio est manducandi corpus Christi sub specie panis, et non bibendi
sanguinem Christi sub specie vini, eo circumscripto officio speciali sacerdotali ad
offerendum et consecrandum etc. tunc sicud laicus non debet bibere sanguinem Christi sub
specie vini, sic nec sacerdos. Et dato quod eadem racio fragilitatis et infirmi
tatis humane in sacerdotibus et in laicis, tunc adhuc non erit eadem
racio medicinalis bibendi sanguinem Christi sub specie vini in sacerdote et in
laico, quia sacerdoti datum est offerre et bibere sanguinem Christi pro se et pro
omnibus Christifidelibus, laico autem ex racione contraria non est datum bibere
sanguinem Christi sub specie vini, sed laico datum est manducare corpus
Christi sub specie panis, sub qua etiam bibit sanguinem Christi etc. licet non in
proprio expresso, et sic manducando et bibendo soli sibi laicus proficit
